CORPVS SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM LATINORVM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS

ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE

VINDOBONENSIS

VOL. XIIII.

LVCIFERI CALARITANI OPVSCVLA

EX RECENSIONE GVILELMI HARTELII.

VINDOBONAE

APVD C. GEROLDI FILIVM BIBLIOPOLAM ACADEMIAE

MDCCCLXXXVI.

LVCIFERI CALARITANI

OPVSCVLA.

RECENSVIT

ET COMMENTARIO CRITICO INSTRVXIT

GVILELMVS HARTEL.

VINDOBONAE

APVD C. GEROLDI FILIVM BIBLIOPOLAM ACADEMIAE

MDCCCLXXXVI.

PRAEFATIO.

Luciferi opusculorum, quae hoc uolumen continet, unus exstat codex Reginensis (= *V*) 133. membr. saec. IX—X a Reifferscheidio accurate in Bibliotheca patrum latinorum italica I p. 383 descriptus idem quem in Christinae bibliotheca se uidisse Is. Vossius testatur, neque qui ante nos ea imprimenda curauerunt alius libri in emendandis uerbis ope usi sunt. Ioannes Tilius (= *v*) quidem episcopus Meldensis, qui editionem principem a. 1568 Parisiis apud Michaelem Sonnium sub scuto Basiliensi uia Iacobaea publicauit, unde Calaritani scripta deprompta sint non dicit atque cum Corbeiensis codicis nr. 245 memoriam catalogi eius bibliothecae conseruent (cf. Delisle in Bibliothèque de l'école de chartes s. V. tom. I p. 499—511, G. Becker Catal. bibl. antiqui p. 283), hunc librum a Tilio usurpatum esse facile conicias; eo enim continebantur 'Iohannes Diaconus super pentateuchum. Luciferi episcopi pro Athanasio libri duo. de regibus apostaticis liber unus. de non conueniendo cum hereticis liber unus. de non parcendo in deum delinquentibus liber unus. quod moriendum sit pro dei filio liber unus. epistola Florentii liber unus. Athanasii libri duo. liber ad Constantium. Athanasius ad monachos', quae eodem ordine editio habet, nisi quod Florentii ad Luciferum epistula eiusque responsum in catalogo ut 'epistola Florentii liber unus' numerentur. a nobis uero codex ille frustra quaesitus est et nuper etiam, cum Delisle harum rerum religiosissimus et doctissimus auctor in bibliotheca Parisina sub nr. 12309 exstare eum testari uideretur (cf. Cabinet des mss. II p. 438), E. Haulerum meum litteris adii, ut denuo illum codicem inspiceret, num forte in eo quae

ad Luciferum pertinerent inessent. ille uero codicem saec. XI foll. 185 praeter Iohannis diaconi expositionem in Genesim aliosque Pentateuchi libros quicquam continere aut olim plura continuisse indicium ullum relictum esse negauit. nam quod in fol. 1^r inuenitur decretum *Presbiteri qui inmolauerunt et postea iterum certamen exierunt — hoc autem obseruari conuenit et de clericis et de omnibus laicis*, quibus manus altera *S^{ti} Germani a Pratis n. 838* et tertia *olim 60* adiecerunt, ad rem nihil conferunt.

Neque in ipso libro Reginensi, quem dum haec conscribo iterum H. St. Sedlmayerus denuo accuratius examinauit, pristinae originis ulla certa indicia relicta sunt [1]), ut coniecturis contenti neque ex Reginensi codice saeculo undecimo Corbeiensem descriptum atque cum Iohannis diaconi expositione uno uolumine coniunctum esse pro certo affirmare neque Luciferi codicem saec. IX, qui nunc in Reginensi bibliotheca asseruatur, cum recentiore Iohannis libro in bibliotheca Corbeiensi unum uolumen confecisse, deinde in Christinae reginae collectionem et cum ea in Vaticanam peruenisse negare possimus. Tilium certe Vaticano exemplari usum esse uerborum plenissimus consensus atque summa in erroribus grauissimis minimisque concordia confirmant; discrepant tantum ea quae describentis imprimentisue incuria aut cura obiter adhibita edentis mutari solent. religiosi enim uiri non tam intererat quid in oratione non minus stili tenebris quam errorum nubibus obscura et difficili emendanda arte et eruditione ualeret demonstrare, quam religionis sacrorumque condicionem quae tum in Gallia erat cum Luciferi temporibus comparare atque suis animosi confessoris exemplum proponere, qui 'serpentem. belluam et immanissimam feram, latronem,

---

[1]) Codex signum *75 N. P.*, cuius Coleti mentionem fecerunt prae se fert et in fol. 1^r superiore parte a dextra scriptum est: *Volumen LXXV Non Petarianum.* quaternionum signa suo loco posita sunt, nisi quod nr. *XII* in fol. 94^v non ut exspectaueris in fol. 96^v inuenitur, postremus uero numerus *XXI* in fol. 166^v euanuit. fortasse ad codicis patriam eosque quorum in possessione erat ea pertinebant, quae in postremo folio infra Vaticanae bibliothecae sigillum deleta sunt.

sacrilegum, carnificem, homicidam, idololatram, templum daemonum et religionis euersorem, haereticum, apostatam, antichristi praecursorem atque adeo ipsum antichristum Constantium uocauerit'. nonnulla tamen egregie correxit legentiumque commoditati eo prospexit, ut scholia optimae frugis plena ad explicandum scriptoris sermonem in calce adderet pluraque libri et descripti et impressi menda ibi tolleret: testimoniorum e sacra scriptura petitorum, quibus Luciferi libri referti sunt, sermonem a uulgata recensione mirum quantum distantem notauit sed laudabili consilio intactum reliquit.

Viri docti, qui post Tilium his libris operam nauarunt, nullorum codicum auctoritate adstricti, in arte exercenda liberius uersati sunt, inter quos principem locum Latinus Latinius obtinet iudicii sobrietate et ingenii felicitate excellens, cuius coniecturae et obseruationes in 'Latini Latinii Viterbiensis bibliotheca profana et sacra e marginalibus notis codicum eiusdem a Dominico Macro Melitensi cum nonnullis Consalui Poncii meditationibus collectae' Romae 1727 p. 157 sqq. editae sunt, quamquam ne ille quidem sacrae scripturae locos cautione qua debebat tractauit. et numero et pretio minora sunt quae Io. Baptista Cotelerius, qui editionem incohauerat, in notis ad 'Constitutiones apostolicas' et in 'Monumentis ecclesiae graecae' et Ludouicus La Cerda in 'Aduersariis sacris' cap. 37. 38 et 47 contulerunt: tamen ea bonitate et modestia longe superant Lugdunenses, qui tomo IV 'Bibliothecae sacrae' Luciferi opera a. 1687 inseruerunt, et ipsum Andream Gallandium, qui ea in 'Bibl. uett. pp.' tomo VI Venetiis a. 1770 edidit. ii enim maxima audacia in scriptoris uerba grassati sunt, plurimis uero locis sacrae scripturae testimonia, quae propter uulgarem et antiquum sermonem, quem prae se ferunt, maximi pretii sunt, corruperunt. post eos fratres Dominicus et Iacobus Coleti magnam sibi parauerunt iustamque laudem, qui cum Venetiis a. 1778 Luciferum ederent, in praefatione doctis quaestionibus uitam auctoris opusculorumque ordinem illustrabant, uerborum integritatem ad codicum i. e. unici Vati-

cani et cuiusdam Veneti auctoritatem reuocabant, quae obscuriora uiderentur diligenter interpretabantur. quod uero multa imperfecta uel intacta reliquerunt quae codicis auxilio nullo negotio expedire poterant, ueniam non denegabimus uiris optimis, qui ut tunc temporis plerique omnes sibi libris impressis nimis imponi paterentur. de subsidiis uero quibus usi sint et editionis consilio haec habent in praef. p. VIII: 'ac primum ipsam Tilii editionem nobis sequendam proposuimus, quippe quae ueterum codicum, unde is Luciferi libros primus eruit, genuinum sit exemplum; neque enim quae illi insunt menda, typographi magis, quam librariorum antiquorum inscitiae aut incuriae sunt tribuenda, uti inferius monebimus: caeterae uero editiones, si Gallandium excipias, tantum auctoritatis prae se non ferunt, ut illas tuto sequi possemus, cum editorum arbitrium, non aequa animaduersio, errores forte sustulerit aliquot, non paucos certe in easdem intulerit. sed cum codicis alicuius opem nobis esse necessariam uideremus, quocum Tiliana editio conferretur, illum opportune in Vaticana bibliotheca nacti sumus saeculo, ut aiunt, nono descriptum, et in loculis bibliothecae distinctum num. 75 litt. N. P., cuius diuersae a Tilianis dictiones exscriptae ad nos perhumaniter transmissae sunt; sed non eiusmodi sunt, quae sententiam immutent, et uarias plerumque uoces, uaria ab editis ex Tiliano codice nomina solummodo exhibent; unde coniicias, plures, qui leguntur errores in libris Luciferi, inculto potius et paene barbaro hominis stilo esse tribuendos, quam librariorum culpae. alium praeterea codicem nobis adhibendum tribuit humanissimus sane et multiplici eruditione illustris presbyter D. Matthaeus Aloysius ciuis Venetus e sua bibliotheca uetustissimorum, praesertim Biblicorum codicum ditissima. codex iste, quem Venetum appellamus, ante annos fere octingentos scriptus Athanasii et Athanasio quaedam attributa opera continet, in iisque longiorem huius epistolam ad Luciferum, cuius ms. exemplum cum Tiliana iam edita contulimus'.

Inde Coletos de pluribus codicibus, qui Tilio praesto fuerint, falso cogitasse neque unum eundemque esse Vaticanum suum

et Tilii codicem intellexisse apparet, quod nemo mirabitur, qui Coletos illum recentis correctoris manu uarie deformatum non ipsum inspexisse sed specimina tantum scripturae, quae utrum genuinas lectiones an quae ab his saepius longe recedunt correcturas suppeditauerint incertum est, nactos esse considerauerit. codex uero Venetus, cuius mentionem Coleti faciunt, unam tantum epistulam, quae in hanc editionem p. 324 recepta est, continebat neque ulla uirtute commendabatur. quae cum ita essent, et Noltius uir doctissimus qui Luciferi in hoc corpore edendi curam multos ante annos susceperat et ipse, qui mortuo illo in hoc officio successi, ad noua subsidia suggerenda summa cum diligentia bibliothecas perscrutati sumus, sed frustra. ne spes quidem, quam Io. Alb. Fabricius attulerat, cum in bibliotheca Iohannea Hamburgensi se Tilianam editionem cum bonae notae codice ms. collatam euoluisse testaretur (in bibl. med. et inf. lat. IV p. 839), expleta est. Eyssenhardtius enim uir humanissimus, qui ei bibliothecae praeest, Tilianam quidem editionem ibi exstare sed praeter locutiones Luciferianas in postremo folio adiectas, quas Fabricium decipere potuisse suspiceris, neque aliud quicquam neque ulla codicis noui testimonia continere roganti rescripsit.

Cum igitur qui Luciferi opera emendabant ab unius codicis auctoritate pendentes eum reapse multifariam corruptum uiderent singularemque eius uirtutem, qui Luciferi sermonem insolitis uerborum formis sensibusque, arbitrario casuum modorum temporum usu, immoderato asyndeti amore insignem fideliter conseruaret, maioris etiam deprauationis indicium haberent necesse esset, fieri non potuit, quin ea quae facile ad communes linguae leges reuocari possent sine ulla haesitatione mutare certarent itaque innumeris locis scriptoris manum oblitterarent. quare plurima quae illi nouauerant confidenter reieci, pauca eius generis quae dubitanter retinui uereor ut possint defendi, uelut 7, 15 *qui — fuerit missus*, 15, 21 *ut* (= quomodo) *sint Valens Ursacius*, 78, 16 *haec sunt praemia quae tua egregia conquirunt consilia, haec illa optima quae mortem pariant sempiternam, haec quae demergant*

hominem, 259, 13 *reccide rint* (ubi Tilius indicatiuos in locum substituit coniunctiuorum, quos Lucifer in enuntiatis relatiuis et comparatiuis ponere solet neque in eisdem enuntiatis cum indicatiuis miscere grauatur, quod exempla in ind. p. 368 collecta demonstrant), 26, 25 *dogmatis tuae*, 62, 18 *d. Arrianae* (*d. tui — Ariani* v: apud Luciferum genitiuus certe huius uocis uno loco 143, 21 excepto feminini generis est; cf. ind. p. 363; 307, 14 uero V exhibet: *defendenda est — susceptum Arrianum dogma*), 63, 14 *quod enim tua opera sit* (*sint* v) *deo accepta* (cf. ind. p. 370), 71, 20 *in Deuteronomio repetit gloriosus Moyses dixisse ad iudices quos populo dederat* (ubi Tilius cum *deum dixisse* intellegendum esse non uideret, *reperitur* pro *repetit* inuexit), 126, 1 *retines in carcerem* (*carcere* v) et 177, 1 *nullam culpam persequeris in dei sacerdotem* (quod manum 2. male mutasse cum alia exempla ind. p. 364 tum haec duo confirmant: 246, 21 *retines nos in custodias* et 190, 5 *quem in nos persequeris*), 141, 13 *aut negabis te impium dei cultorem, cum te non neges fusorem sanguinis* (ubi V uerum habere concedes, modo mecum distinxeris: *aut negabis te impium, dei cultorum cum te non neges fusorem sanguinis*; nam genitiuos ita cumulare amat e. g. 22, 15 *illius gentis imitatores omnis perfidiae*, 294, 6 *militum Christi incorruptam fidei firmitatem*, 158, 18 *in nostra omnium conscientia domini sacerdotum*; 97, 31 incertum est), 144, 27 et 145, 3 *tenebrae tibi ut meridie erunt* (*meridiae* V, *meridies* v); nam bis erratum esse non probabile fit: facile uero interpres latinus quod est in uerbis graecis (καὶ τὸ σκότος ὡς μεσημβρία) μεσημβρία pro datiuo accipere et per ablatiuum *meridie* reddere uel etiam *meridie* ad exemplum uocis *mane* ut indeclinabile usurpare potuit.

Nos autem cum totum recensendi negotium ab unius libri memoria suspensum esse uideremus, maiore diligentia eius scripturas eruendas colligendasque esse censuimus, quod cum H. St. Sedlmayerus meus ante hos quinque annos in Noltii usum maxima industria perfecerat, eius collationem post Noltii mortem nobis restitutam, cuius non exigua pars periisset, non minore cura ante hunc annum I. M. Stowasser

suppleuit atque ille et I. Egger, ubi de lectionibus dubitabam uel in distinguendis correctorum manibus haerebam, me rogante iterum iterumque codicem examinauerunt. eius uerba enim librarius ipse ad codicem, quem descripturus erat, deinde altera manus eaque paullo ut uidetur recentior nec constanti cura (= *m. alt.*), postremo manus recentissima, quae ab editionis principis aetate propius abest (= *m. rec.*), nimis sedulo retractauerunt et correxerunt. atqui hanc ipsam, quae genuina uerba saepissime oblitterauit atque omnibus adhuc fraudi fuit, nullius auctoritatis esse ut probetur, ex innumeris exemplis pauca sufficient; alia occasione data in hac praefatione addentur: p. 115, 6 Lucifer peruersum Constantii studium describit, qui Athanasium, cui ut in angustiis uersanti tutelam praeberi deus iubeat, damnari uelit: *deus nos subuenire uult in pressuris atque angustiis constitutis; et tu eos quos benefacere oportet malefacere urgues.* manus rec. *nos* in *nobis* mutauit, cum a uerbo *uult* accusatiuum c. inf. pendere non uideret, idque Tilius recepit et Latinius, qui *subueniri* scribebat, defendere studuit scriptoris sententia quid Christianos facere deceret docentis prorsus sublata. — p. 120, 22 interrogat Constantium: *legisti 'nolite zelari mortem —' an minime? si legisti, cur praecepisti quaereremus nobismet ipsis mortem? si non legisti, cognosce quid nos facere fueris hortatus.* ubi solito more *minime* pro *non* usurpauit, quod tam obscurum correctori uisum est, ut *an meministi legisse* emendaret, quod item in Tilii editionem transiit. — p. 127, 24 *noluimus iniuste tecum persequi iustitiae plenum fructibus, ne dum de te uindictam coepisset consequi, fuisset consecutus etiam de nobis*, i. e. ne dum tu punireris, etiam nos puniremur. tenue autem quod adhaeret scripturae codicis uitium *uindicta* induxit correctorem, qui *consequi* pro *sequi* accipiens audacter reposuit: *ne dum de te uindicta coepisset consequi, fuisset consecuta etiam de nobis.* — 149, 11 *noluimus damnare absentem, noluimus nocentum ferre sententiam.* Lucifer Constantium et Arrianos, quorum sententias catholici episcopi sequi noluerunt, *nocentes* dicit, i. e. nefarios. eodem sensu ipse 289, 12 *nocentes coguntur*

ad confitendum, Cyprianus uero, cuius uestigia plerumque pressit, sexies (cf. ind. edit. Vindob. III p. 439) hoc uocabulum usurpauit. manus rec. *in innocentum* scribendo emendationem incohauit, quam Tilii coniectura *in innocentem* confecit. — eadem denique manus rariores formas ut 109, 13 *conteruit*, 126, 25 *disperies* multisque locis *cur*, quod Lucifer pro *quia* ponere amat, expunxit. atque huius temeritatis exempla in quoque folio, aliquanto tamen plura in priore codicis parte apparent.

Haec temeritas uero, quae prudentiores ut Tilium et Latinium in fraudem induxit, codicis indole, qui omnis generis erroribus et ueris et speciosis Luciferiani usus prorsus ignaro omniaque ad bonum simplicemque sermonem pensanti refertus esse non uideri non poterat, maxime incitabatur et alebatur. feliciter autem accidit, ut errorum ingentem multitudinem grauitas non aequet, quippe quos magnam partem a Tilio, Latinio aliis lenioribus medellis curatos uideris uel nullo negotio ipse tollas, modo auctoris intricatum dicendi uel potius praedicandi genus didiceris, oculis archetypi litterarum formas recte fingas, eius linguam ut ita dicam barbare sonantem auribus acriter percipias. haec enim diligenter obseruari et sciri nescio an in nullius textus emendatione magis intersit. atque quae ad cognoscendum sermonem alicuius momenti erant pro finibus indicis copiose ibi congessi et peculiari dissertatione, quae in Woelffliniani archiui tom. III publicabitur, illustraui; breuius hoc loco de emendandi legibus disputabo, quae ab archetypi indole recte perspecta et frequentiore quarundam uocalium et consonarum mutatione repetendae sunt.

Quicumque per aliquot folia codicis scripturas examinauerit, nullo alio uitio uerba quam singularum syllabarum litterarumue omissione saepius maculari inueniet; rarius tota uocabula interciderunt. ea uero uitia non in scribendo inrepsisse omnia sed iam archetypo bonam partem eorum inhaesisse inde iure conicias, quod librarius, cum scripturam suam ipse diligenter supra scribendo quae omiserat corrigeret, permulta intacta reliquit. qua de causa orationis defectui additamentis succurrere minime dubitaui atque uocabula recte inseruisse

mihi uideor his locis: 15, 31 *eat* ⟨*ad*⟩ *diaboli monumentum*, ubi in corruptis primae manus uerbis *ead aboli* manus 2. *diaboli* recte detexit, Tilius suo inuento *eam dat* magis corrupit; nam coniunctiuo *derelinquat* praecedente indicatiuum secutum esse non probabile est, ne dicam de *dandi* uerbi sensu insolito. — 69, 31 *et munera* ⟨*non accipies; munera*⟩ *enim excaecant*. praeter textum graecum *et* ante *munera*, quod Tilius expunxit, certum lacunae indicium seruat. — 124, 11 *non, inquam, haec scripta inueneras*, ⟨*ut*⟩ *auderes ad tantam nos prouocare inhumanitatem?* possis etiam scribere *audens*, sed id abhorret a stilo Luciferi; prorsus ineptum est, quod manus rec. dedit: *si haec scripta inueneras*. — commendationem uero uix desiderare uidentur quae aliis locis inserenda proposui uocabula, praesertim cum plurima eorum lacunae originem ipsa satis explicent, ut 149, 31 ⟨*qui*⟩ *quidem*, 164, 27 ⟨*te*⟩ *torquente*, 165, 4 *eripere* ⟨*e*⟩ *crimine*, 219, 15 *interfecerunt* ⟨*et inposuerunt*⟩, 222, 18 ⟨*dicite haec*⟩ *dicit* (suadente utroque loco textu graeco), 230, 16 *numquid* ⟨*non*⟩ *dixit*, 254, 10 ⟨*sed*⟩, 268, 17 *transfigurasse* ⟨*se*⟩, 300, 18 ⟨*per*⟩ *perpetua uinci tormenta* (quae uerba ad *non posse* referenda sunt), 319, 10 *inuadente* ⟨*te*⟩, 333, 8 ⟨*qui*⟩ *quae*. alibi lacuna certa, supplementum incertum est, uelut 173, 18 *cur in tenebras constitutos* (*constitutus* V) *in lumine* ⟨*urgues*⟩*: 'odite mecum et uos eum, quem ego iniuste odi*. inserui *urgues* uel rectius *urges*, quam formam Lucifer praefert, *constitutus* ⟨*non*⟩ *in lumine* ⟨*dicis*⟩ Tilius; uerbum quod addidi dicendi uim habet ut 168, 13 *cum te urgueremus legati* (sc. dicentes) *sectam damnandam Arrii et illam magis dixisti esse catholicam*, uel *dicens* eadem facilitate qua 246, 26 *dicit* addi potest. — 173, 25 *sed tibi nihil uidetur homicidae* ⟨*crimen*⟩, nisi praeferas *homicida esse* (= *homicidaee*), quod a codicis scriptura *homicidae* minus etiam recedit (cf. 176, 25). — 283, 12 *temet, desertor dei*, ⟨*dei*⟩ *repraesentes domui* (cf. 175, 17 *dei domus antistitem*, 188, 11 *fores dei domus*, 221, 7 *de domo domini*) uel etiam *eius* addi potest, nam ecclesia intellegitur. — 287, 5 *adstruendo te — edicto tuo* ⟨*fidei*⟩ *rescissore*. per se enim *rescissore* nihil dicit.

Pluribus locis ad sustentandam constructionem coniunctiones, unde coniunctiui suspensi essent, abesse non posse putaui itaque scripsi 59, 7 *doleo tibi, imperator,* ⟨*cur*⟩ *cum tantae sis insipientiae, digneris tamen dicere.* exempla enim, ubi coniunctione nulla praecedente coniunctiui post uerba *aequum esse, cogere, dicere, dignum esse, hortari, iubere, mandare, nolle, uelle, praecipere, prius est, rogare, superesse, urgere* insolentius ponuntur, certam quandam loquendi analogiam scribenti obuersatam esse demonstrant atque prorsus dissimilia sunt. unum uero, quod comparari possit 141, 23 *si enim tempore ieiuniorum pugnis subditos nobis* ⟨*quia*⟩ *percusserimus, taliter indignatur dominus, quanto magis, si eius cultores mactauerimus,* reuera lacuna laborare, eadem periodus paucis lineis ante prolata (l. 14) *deinde si tempore ieiuniorum subditos quia percusserint pugnis et aliis iniuriarum generibus laeserint, contra eos huiusmodi increpationem* (sic scribendum est, *increpationib;* em. m. rec.) *protulit deus, qualem contra nos protulisset?* spondet. alia uero et numero suo et periodorum aequalitate nos cauere iubent, ne quae contra grammaticam peccare nobis uideantur, ad arbitrium corrigamus interpolandoque genuinum colorem, qualiscumque fuit, abstergeamus. ita 41, 10 *quando quidem uideas, posteaquam unctus fuerit in regem gloriosus filius Iesse David, tamen Saul diu regnauerit et persequendi etiam eum habuerit potestatem,* 51, 10 *quando uideas huic Achab et uxori eius Iezabel — pepercitum fuerit diutissime,* 212, 31 *quando uideas, cur contra diuina fecerit monita Achar unus e populo, cur furto abstulisset ab Hiericho certam partem uestis argenti aurique, sic fuerit multatus morte* nudos coniunctiuos legimus, quorum loco *quando uideas quod — regnauerit* (*pepercitum fuerit — sic fuerit multatus*) exspectamus. eis uero eandem uim quam coniunctioni *quod* cum coniunctiuo inesse, exempla ubi Lucifer suo uariandi studio ductus accusatiuos cum inf. iuxta simplices coniunctiuos ponit, satis docent, uelut 43, 1 *quando uideas etiam Hieroboam domini religionem funditus uertere ut tu fuisse conatum et tamen superuixerit annis quam plurimis,*

48, 29 *cum uideas et Hieroboam diu regnasse, sed et filium Salomonis in eodem defunctum scelere, item eius filium Abiud — et tamen fuerint in regno et mortui sint in ea dignitate et tradiderint filiis suis auctoritatem regni*, 98, 11 *quando uideas potuisse ad petitum Heliae extingui Achab et Iezabel, et tamen fuerint reseruati.* animaduertendum tamen est haec exempla in prioribus Luciferi opusculis, quae plura durioris sermonis indicia praebent, inueniri, quare 212, 31 in libello posterioris temporis *quando uideas* — ⟨*quod*⟩ *sic* uoculam, quae post *aurique* facile intercidit, inserere ausus sum. eandemque aegre 221, 13 desideres: *hinc petulans* (add. *sum* uel *sim*), *quia te urgeam elephantiam reicere Arrii atque* ⟨*quod*⟩ — *tuae menti es adeptus sospitatem teque totum ereptum e laqueis diaboli, temet in aeternum gaudeas deo quaesitum*, i. e. quia te urgeam, ut reicias et gaudeas, quod adeptus es sospitatem atque ereptus deoque quaesitus es. si enim uariandi studium, cui hoc loco bis scriptor indulsit (*urgeam reicere atque gaudeas* et *quod es adeptus teque ereptum*) asyndetorumque frequentiam, quae omni perspicuitatis cura omissa ille libenter admittit, respexeris, *quod* addere quam *es*⟨*se*⟩ *adeptum* (sc. te) scribere praeferes neque praeterea quicquam in oratione sane impedita uituperabis. — eadem causa *si* addi necesse est 255, 28 ⟨*si*⟩ *illum uera dicentem negabis superbum, nec me debes iudicare insolentem* et 280, 10 *mentiri te cognoscere,* ⟨*si*⟩ *aliquid hominis es gestans, poteris*, quod num 215, 5 ⟨*si*⟩ *Achar — talia est consecutus, tu qualia mereris, hinc intellegi datur* quoque addi necesse sit, in medio relinquemus. — saepius pronominibus *me te se* additis obscuritatem sermonis remoueas uelut 153, 8 *dicis requiem* ⟨*me*⟩ *aeternam possessurum*, 248, 31 *tu qui dicis, quia uera dicam,* ⟨*me*⟩ *superbum, quem me uis inueniri*, 289, 5 *his illa ingeris mala qui* ⟨*te*⟩ *aeternam cupimus consequi beatitudinem* (cf. 130, 26 *conspice te homicidas et sacrilegos nos efficere uoluisse*, ubi *te* ex *et* feci), nisi certorum exemplorum multitudine pronomina Luciferum etiam durius omittere solere noueris (cf. ind. p. 360), quare uereor, ne 67, 15 me alterius manus correctura in errorem induci

passus sim, quae *te* s. l. adscripsit, quod expungere debebam: *tu ex hominibus serpentem* [*te*] *fieri potuisse es arbitratus.* eidem immerito fidem habui, cum 71, 16 *et mensura iusta est* (*est* add. man. 2), *ut statuisses fuisse per nos necandum innocentem?* ubi Lucifer certe *sit* uel *esset* dedisset, atque aliud nisi fallor mendum subest auctorique reddendum *et mensura iusta tu statuisses.* — dubito etiam, num 64, 17 *fuge adulatorum, qui tibi non fuerint dignati quae se habent dicere, perniciosam laudem* uocula *in* ante *se* necessaria sit, cum *quae se habent* idem quod *quae sunt* significare uerba 51, 20 *qui credunt quomodo sese continet illa fides descripta apud Niciam* probare possint. et 124, 15 Luciferum scripsisse quod codex suppeditat *cognosce itaque a quali nos uolueris pertrahere ad mortem* putauerim: manus recens *a quali nos bono*, ipse *a quali spe* (cf. l. 12 *quomodo bonae spei filii erimus?*) dedi. *a quali* enim pro *a quo* = *unde* dictum esse potest. — simili inter se condicione alteri duo loci sunt, quibus iam non additamentis sed explicatione succurrendum esse persuasum habeam: 204, 21 *dicentem itaque istum serpentem per te ad nos 'magis eritis iusti, si — susceperitis perfidiam' calcatur* (sc. serpens) *propitio deo in te quidem iam a nobis fallaciam ipsius scientibus* et 218, 13 *Amasiam regem Iudae commonitum a deo per prophetam, ne ex filiis Israel quos — conduxerat secum fuissent profecti ad bellum —, obtemperauit rex prophetae uerbis?* nempe accusatiui illi *dicentem — serpentem, Amasiam regem commonitum* locum ablatiuorum absolutorum tenent, quorum exemplum etiam in scripturae uerbis 257, 21 codex praebet *sed ad ista adolescentem non intendentem* (*adolescente non intendente* Coleti) *uocauit matrem et suadebat*, duo in Ennodio 392, 8 et 470, 24 ed. nostrae Fr. Vogelii acumen dispexit.

Reliquos locos iam ordine paginarum persequar, ubi ab aliis uel a me ipso falso lacunae suspicio mota est: 44, 17 *hortamur ut temet tantis a malis eripere digneris. et es habens* ⟨*exempla*⟩ *insuper, non tu primus facis.* exempla enim Lucifer recensuerat, quibus tarde licet, inimicos suos deum punire doceret, ut inde suppleri possit: cum ante oculos habeas eos qui ante te talia perpetrauerunt. uerum hoc sup-

plementum neque cogitando neque scribendo addi necesse est; nam *es habens insuper* idem est quod *insuper habes*, i. e. neglegis, contemnis ea scilicet quae te hortantur, ut 44, 17. 201, 18 et 73, 4, ubi legendum propono *numquam profecto Moysis uocem* ⟨*in*⟩*super habuissent;* nam *superhabere* idem ualere non constat. — 52, 2 *obsederat enim filius Ader rex Samariam — iactitans adeo tamquam nihil se habere Israelitas, ut unum se hominem omnem multitudinem Israelitarum superaturum. crederet* aut *diceret* addunt Coleti asyndetum et *ut* ad exemplum graeci ὡς dici non intellegentes. idem uero mihi accidit in simili exemplo 58, 3 *numquid legis in bello illum interisse, ut aliqua ualitudine praegrauatum?* et in altero quod non ita diuersum est 28, 23 *quis diximus tam stultus est, ut nolit in se deum inhabitare, qui nolit se receptum a deo reputari inter eos quos filios appellare dignatus est, ut non fugiat te inmundum per haeresim tuam effectum?* cum *aut* proponerem: sed utroque loco asyndetum, altero loco uarietas structurae quam maxime affectat (cf. ind. p. 378) toleratur. — 65, 4 *illic hanc consequi desideraturus* (*eris* addere uolui), *ubi nihil eris praeter cruciamenta percepturus poenarum.* hoc enim ellipsis genus in participio futuri ubique frequentari aliis exemplis constat 61, 18. 122, 13. 15. 23. 264, 5 et ind. p. 360). — 150, 16 *tu contra cum et fidem tollere uolueris de cordibus populorum dei et perfidiam tuam inserere, cum iustitiam* ⟨*in*⟩ *dei uis ecclesia fieri, ut absens et innocens damnetur et* ⟨*a*⟩ *iustitiae sectatoribus, per* (*et per* V) *sacerdotes puniatur consacerdos eorum, quomodo uideri poteris non esse exterminator pascuae dominici gregis?* uocula *in*, quam manus rec. post *uis* inseruit, post *iustitiam* eo libentius addidi, quod in V *iustitia* exstat atque *iustitiam fieri* pro *damnari* dici putaui; neque tum mihi exempla ablatiui cum uerbis passiuis coniuncti praesto erant (cf. p. 351). iam lenissima mutatione codicis scripturas teneo: *cũ iniustitia*⟨*m*⟩ *dei uis ecclesia fieri ut absens et innocens damnetur et iustitiae sectatoribus.* nempe id summum Constantii crimen est, ut Athanasium per episcopos i. e. per ipsam ecclesiam iniuste

damnari iusserit. — 161, 24 *cur enim cogebamur — tamen communioni misceremur Arrianorum.* in adnotatione *ut tamen* proposui, sed liberior coniunctiui usus a similibus uerbis uelut *mandare, praecipere, urgere* suspensi (cf. p. 336) hanc suspicionem refutat. item 173, 11 *et apostata praecursor antichristi dicis* pronomen *tu,* quod ante, non post *apostata* inserere uolui, superfluum est. — 224, 20 *quid cognoscis, Constanti, factum esse a rege cultore dei? et nos te — percutimus,* ubi *quid? ⟨hoc⟩* uel *quod — dei, et nos* proposui, nihil mutandum est. simile enim est 38, 16 *quid sentis arbitrari nos posse Christianos eripi?* dum apud Ciceronem cum formula tantum *quid censes* (cf. de nat. 3. 1, 27. 78. de or. 3, 9. 34) hic usus coniunctus esse uidetur. — 242, 1 *dominum nostrum ⟨in⟩ quem omnia potentem ut nos credimus credentes.* plerumque quidem *credere in aliquem,* tamen hic illic *credere aliquem* dicitur (cf. p. 358). — 249, 2 ex asyndetis unum idque durissimum particula *et* post *repraesentauerit* inserta remouere studui, quod iam inter cetera tolerandum, non remouendum esse censeo. — incerta etiam suspicione *te* suppleri posse dixi 284, 22 *an ⟨te⟩ defendere temptabis, quod enim per hanc haeresem tuam conprehensurus sis regnum caelorum,* quod m. 1 scriptura *tefendere* suadere uidebatur; sed *defendere* etiam sine obiecto usurpatur neque raro tenuis *t* loco mediae *d* a librario ponitur, ut 230, 3 et *iugulan*[d]*tos,* 127, 18 *conf*[d]*itere* 138, 1 *haere*[t]*dicam*, 293. 25 ubi ad Cypriani exemplar (III 31. 9 *qui morte uitam condemnat ut uitam morte custodiat*) *martyrii cogit dignitas, ut uitam Christiani morte condemnemus* (*contemnamus* V, *contra emamus* Latinius) emendaui.

Contrario uitio, dico totorum uocabulorum uel sententiarum interpolationem consilio factam, codex prorsus immunis est, semel m. 1 uocabulum supra scriptum 68, 16 *inquis* [l *dicis*], perraro uero errore repetitum est, ut 41, 14 *eum quem diligebat* [*eum*], 52, 14 *et dixit* [*et dixit*] *rex,* 75, 14 [*si ius*] *si iusta,* 140 2 *ut fuerit* [*ut*], 166, 3 *nunc tamen hanc si* [*tam̄*], 241, 23 *eius in stercore* [*eius*], 278, 6 *et humanitas* [*et*]; et nescio

an 115, 22 alterum *te*, quod corrector ut repetitum expunxit interpunctione sic mutata defendi possit: *interea quia te arguamus, te mortis iter tenentem quia corripiamus, conspicis quae nobis merces promittatur.* praeterea uerba ut falsa repetitione inuecta delenda sunt 74, 9 [*aut negabis bonum*] *aut negabis bona te mala esse intellegere et mala bona*, quae nisi artificiosa interpretatione (*aut negabis bonum bonum esse*) explicari non possint, et 303, 10 *rapis nos*, [*negas*], *egenos facis, damnas, uincis, uris, miseris etiam modis necas*, ubi *necas* aberratione oculorum praeceptum et solito errore *negas* scriptum esse patet.

Nullus uero error, ut supra diximus, in hoc codice tam frequens est quam singularum litterarum uel syllabarum et in mediis uocabulis et in extremis omissio, quem ad explicandum abbreuiationis signa neglecta suppetere rarissime inuenias: nisi quod in uerborum exitu, ut in solita compendiorum sede, saepius eiusmodi menda deprehenduntur. talia recte sustulisse mihi uideor: 22, 15 *cum uos esse uideremus illius gentis imitato⟨res om⟩nis perfidiae.* nam ex *imitatonis* ortum est quod V exhibet *imitationis.* — 55, 14 *sed tu in eo potior Oziae regi⟨s⟩*, nisi forte *regi* idem est quod *rege*. ut 7, 18 *homini* pro *homine* et *i* pro *e* in plurimis uocabulis scribitur: atque *Ozia regi* sponte in *Oziae regi* abiit. sed eiusdem genitiui comparatiui in eadem pagina alterum exstat exemplum l. 30 *cernens Manassem, cuius tu in crudelitate et sacrilegio non minor es.* res uero incerta fit uerbis 277, 20 *nec cuiquam te superiorem dicere*, ubi datiuus suum locum defendit. — 69, 4 *cur tu inquie⟨n⟩s*, ubi *es* addi non necesse est sed ut 236, 19. 283, 9 omittitur. eiusdem generis est 255, 22 *potestatem habe⟨n⟩s, cum sis corruptibilis, facis quod uis* (ἐξουσίαν ἔχων φθαρτὸς ὢν ὃ θέλεις ποιεῖς). idem uitium m. 1 et rec. saepius sustulerunt 68, 19. 150, 1. 174, 19. 176, 29 (cf. 60, 7. 63, 22. 72, 1. 79, 29). — 77, 1 *scribe⟨t⟩ei.* — 87, 19 *e⟨t⟩ quidem eum. equidem* ita explicationi seruiens nusquam legitur, *et quidem* frequenter. cf. p. 361. — 98, 5 *uos — ut bestias inmanes saeuire in ⟨cer⟩uicem dei cultorum*, ubi manus 1. *uicem* in *uocem* mutasse uidetur, manus rec. *gregem*

sine ulla probabilitate supra scripsit. cf. 304, 7 *non ceruicem subducimus sed damus:* 313, 32 *ceruicem mihi incidas* — 98, 16 *ignem petit dari de caelo, ilico descendit; pluuia⟨m⟩, quae triennio fuerat ablata et mensibus sex, petit, et ilico datur*, ubi mendum nisi inepta distinctione, quam editores receperunt *ilico descendit pluuia, quae*, conseruari nequiuit. idem corrigendum fuit 127, 25 *uindicta⟨m⟩* (cf. supra p. VII), 172, 18 *descendit Caesarea⟨m⟩* (*εἰς τὴν Καισάρειαν*), 175, 6 *in morte⟨m⟩ manere* (cf. l. 2 et 8). — 102, 25 *et ut uideas te esse ⟨s⟩in⟨e⟩ deo,* ubi *te non esse in* man. rec. tentauit. — 132, 13 *quies⟨ci⟩tote.* — 138, 4 *hanc fidem, ⟨in⟩quam, dicis haereticam et tuam adstruis catholicam.* — 155, 16 *si⟨c⟩ uoluntatem patris unici dei filii facis, ut eius filium neges?* quae uerba manu recenti duce editores audacter interpolauerunt scribendo: *si — facis, quomodo fit ut — neges.* — 204, 17 *ut ⟨in⟩auditum damnemus.* — 217, 30 *an quia eos fuerit etiam gladio persecutus ⟨s⟩eu quia interfecerit filium.* — 250, 21 *correptus sacrarum litterarum auctori⟨tate temperan⟩tem te iam hominem praebuisses*, ubi iam uero *auctoritate te* uel *temet* praestare putauerim. cum etiam alibi (cf. 168, 10. 280, 11 et 295, 12) *homo* praegnanti sensu is, cuius animus bonis consiliis amorique diuino pateat, dicatur. — 268, 20 *mirari non possumus, si te ministrum eius* (i. e. satanae) *conspiciamus, si uelut iustitiae transfiguratum ministrum ⟨in⟩iustitiae. hortamur, utinam temet conuertas.* respicit epistolam ad Cor. II 11. 15 *non magnum si ministri eius transfigurantur sicut ministri iustitiae*, atque alterum *iustitiae* ut falso repetitum non iniuria expelli posset, nisi lenius remedium syllabae *in* post *m* adiectae se offerret. — 277, 18 *quae uero te iubent facere illa fingis non nosse, illa quae te monea⟨n⟩t domini* (*dn̄s* V) *sacerdotibus oboedire.* Constantius nouit quae quid ipsi honoris debeatur doceant, quae uero ipsum quid praestare debeat instruant nescit. — 280, 24 *illorum maligno⟨rum⟩ haerendo concilio*, ut 281, 14 et 24 *malignantium concilium* dicitur, nisi forte, si quid mutandum est, *illo malignorum* praestet. ad defendendam tamen codicis scripturam uerba 306, 17 *habeasque dictatorum desig-*

gnatum numerum, i. e. qui ad hoc officium designati sunt aliquid ualent. — 280, 28 *si fugi⟨t⟩ te ita uocitatos uos a deo, audi per Esaiam ipsum dicentem.* manus 2 ex *fugite* nescio quid efficere uoluit, cum *is* s ita supra scriberet *fugite*, unde Tilius formam sine sensu et constructione *fugitis* hausit, neque pluris est quod Latinius coniecit *fugis.* — 286, 10 *sed hi omnes — martyres sunt, illos omnes — in paradiso esse ⟨uti⟩que* (*qui* V, *quin* Gallandius) *credimus.* quid sibi *qui* uelit, non extrico. *utique* uero affirmantis est nec certam in enuntiato sedem habet. — 288, 22 *stabimusque inmobiles te tor⟨to⟩re atque omnibus poenis tuis fortiores.* manus prima exhibet *torrae*, unde manus 2, quam non maioris auctoritatis quam manum rec. esse diximus, *torrae* i. e. *torrere* obscura emendatione fecit: nam rarissimum uocabulum *torre* idque insolenter appositum (*te torre* ut sit qui nos ut torris uris) illam restituturum fuisse non puto. — eadem uia fortasse 97, 31 corruptum est: *eos dignaris diligere quos haeresis Arrianae sectae uides homines.* nempe cum detruncatum uocabulum *haere* librarius inueniret, non addidit quod debebat *haere⟨re⟩*, sed quod se in hoc de haeresibus opusculo auribus sponte inculcauit *haeresis* scripsit, id *sectae* praemissum abundare nihil curans: nam 220, 13 *idololatriae Arrianae haeresis auctori* diuersum est. — sic etiam 309, 6 *pergis caeco et inrationabili furere* (*furore* V) *illorum instinctu, qui — instigant nescium furore*, in archetypo *fure* exstitisse probabile est, unde fallente proximo *furore* uitium inrepsit. — neque aliter de 192, 11 iudico: (*Festum*) *tam ipsos nec non et Paulum positos in unum esse auditurum*, ubi *posse*, quod est in V quodque in *esse* uel *fuisse* mutauerunt, ex *pos* enatum esse suspicor. — 291, 32 et 310, 8 *qui fieri potest*, cum utroque loco V *quin* exhibeat, nescio an *quine* scribendum sit. — 302, 27 *placuerat enim cordi tuo — nos omnes per tuam haeresem a deo conuerte⟨re⟩, primo tuos clientes efficere, deinde consatellites.* saepius ea ipsa syllaba intercidit ut 52, 28 *perime⟨re⟩*, 281, 20 *dice*, 12, 19. 75, 4. — 304, 2 *faucas stultitiae tuae tibi i⟨n⟩g⟨e⟩nitae.* quid enim *ignita*

stultitia sit, prorsus obscurum est et desideratur aliquid cui datiuus *tibi* conueniat. — 312, 26 *tu licet sis augustus, sed* (*et* V) *in te obteritur rugiens serpens.* cf. Ennodium 236, 4 *etsi sit spes caeca, sed promeruit*, 369, 7 *quamuis inponeret, sed exuperat.* — 314, 16 *talibus ac* ⟨*tan*⟩*tis* (*actis* V) *ferinae inmanitatis tuae uiribus.* — 330, 21 *proposuisse tamen conditionem, ut, si idem Arrii haeresem condemnassent, hoc genere* ⟨*es*⟩*se*⟨*nt*⟩ *inclinati eorum sententiis oboedire.* id quidem probabilius uidetur quam quod restitui praecedens *ut* certe non uetat: *se inclinari.* — eadem medella plura Latinius egregie restituit ut 317, 16 *mala sint* (*in* V) *aeterna successura*; nam codex, ubi ante *in* rasura duarum fere litterarum est, *t* in fine saepissime omittit (cf. 73, 4. 87, 23. 123, 23. 172, 8. 227, 30. 228, 3. 7 al.). errauit autem, cum 29, 32 *nisi quia — una sit claritas, una potentia una*⟨*q*⟩*ue magnitudo* scriberet; nam *ue* idem quod *uel* (= *et*) significat (cf. 220, 28 *quaeue*, 301, 8 *nullamue*). neque Tilium iam sequar qui 136, 23 *neque omnia genera tormentorum inferendo des*⟨*in*⟩*is* (*desis* V) *neque uarie puniendo* (ita emendaui, *puniendum* V) restituit, cum *desinere* quidem saepissime, semel tamen etiam *deesse* (292, 73 *firmando non desumus*) cum gerundio coniungatur. denique 181, 25 in singulari *hodieque* non offendere debebam — *hodie quo*⟨*que*⟩ proposui — cum eodem uocabulo non pluries Cyprianus (21, 2) usus sit, neque magis 38, 17 in *an necne* (*negne* V, *neg*⟨*as*⟩ *ne*⟨*c*⟩ conieci), cum Tertulliani codices adu. Iud. c. 6 *an necne* exhibeant.

Contrarium uitium, syllabarum uel litterarum falsa adiectio ubique fere uel a correctoribus (cf. 5, 1. 7, 16. 9, 19. 133, 27. 183, 18. 236, 24. 358, 10 al.) uel ab editoribus recte sublatum est, neglexerant tamen haec: 32, 25 *existima*[*s*]: nam uerba hortantis sunt, non enarrantis. — 80, 10 *neque enim posset impleri uirtute*[*m*] *spiritus sancti ad dei gubernandum populum nisi is quem deus allegisset.* manus rec. quod sequitur subiectum *nisi is* non curans *uirtus* fecit idque editores receperunt. sed si accusatiui exempla a uerbis induendi infundendique pendentis examinaueris (cf. ind. p. 352), codicis scripturam *uirtutem* reicere fortasse dubitabis. error autem

ipse quo *m* falso adicitur, cum in aliis libris tum in Vaticano frequens est: 134, 9 *quos cernebas calcare ueritate*[*m*] *regni tui auctoritatem*. *ueritate* idem est quod ueritatis uiribus uel studio, id quod sententia postulat, quam manus rec. *propter ueritatem* scribens non assecuta est. 157, 12 *si sapiens es, cur damnante te* (*damantem se*) *dei sacerdos audiri debeo*. correctura manus recentis ut semper fere deceptus Tilius *damnantem te — audire* edidit inepte; id enim dicturus est: si Athanasium damnare constituisti, cur concilium conuocasti ibique nostram episcoporum sententiam audire desideras? 188, 31 *negare non audebis te de uiperae* (*uipere* Vv) *esse progenie*[*m*]. id facilius et aptius est quam *de uipera esse progeniem* scribere. 252, 4 *te — omnium inuitante*[*m*] *corda*, quod proximo participio *et haeresem tuam firmare satis agente* magis commendatur, quam accusatiuus absolutus, quem supra pluribus locis ex codice recepimus. 286, 13 *melius esse deum habere amatorem quam tecum Iudas Scariothae atque Iudaeorum imitatore[m] puniri*. sic lenissima medella locus emendatur, quem Tilius, cum *tecum Iuda Scarioth imitatorem* scriberet, maxima licentia magis corrupit. — 83, 27 *ab* [*h*]*om*[*i*]-*nibus cultoribus teneri dei*, quo insolita consociatio *homines cultores* remouetur (cf. 255, 12). — 98, 17 *ali*[*qu*]*a quam plurima signa fiunt*. duo signa ignis et pluuiae praecedunt. Latinius igitur *aliqua* in *aqua* mutauit et cum iis coniunxit: *pluuiam petit — et ilico datur aqua*, ubi superfluum, immo post *pluuiam* ineptum est. — 131, 13 *cum haec ita se habeant —, superest aut*[*em*] *unum te facias esse ex eius* (i. e. dei) *seruis et discas iudicium proferre, aut — iudicium tuum solus prome*, ubi contrarii propositionem *aut — aut* unice locum habere patet. *autem* uero anacoluthum prorsus singulare efficeret. — 152, 27 *in quo essemus potiores a*[*c*] *scribis et Pharisaeis?* comparatio praepositione *a* c. abl. saepius etiam exprimitur (cf. 24, 28. 163, 29. 266, 27. 276, 22), quod cum Tilium fugeret, *ac* deleuit. — 162, 20 *et nos crimina mox ut uidissemus inposita a uobis, extincturi eramus face*[*re*]*s nostras, quoniam essemus ut estis nos tenebrae?* i. e. sperauistis nos lumen ueritatis et fidei, quod nobis lucet, exstinc-

turos esse, cum uobis similes tenebrisque obnoxii uideremur. solita audacia *faceres nr̄as* manus rec. in *fratres nostros* mutauit atque totius sententiae imaginem ac uim deleuit. — 165, 13 *non mirandum si[t] haec circa Athanasium fuerit — constructa machina.* Tilius *sit si* dedit; sed copula abstinet in locutionibus *non mirandum mirum*, ut 117, 25. 174, 14 (cf. *non nouum si* 45, 25). — eadem uero uocula saepius labem traxit: 191, 32 *si non petisti, [ni]si non aliud finxisti,* ubi *si non* et sensu et orationis figura flagitatur. idem 268, 1 inrepsit *[ni]si non es operarius dolosus, tu proba* et tertio loco 146, 25 Tilius remouit. aliter eadem uox corrupta est 199, 11 *sin[us] fauet praescriptionibus tuis nulla pars,* ubi Tilius *si minus* edidit, qua scriptura deceptus Latinius *si minus — ulla* coniecit. si quis uero in syllaba illa *iis* uel rectius *his* latere suspicetur, non contra dicam. contrarium errorem, quem manus rec. 108, 20 correxit, dispexisse mihi uidebar 203, 22 *si fuisses de ecclesiae dei membris, mihi crede quod numquam mendacium pertulisses ad ecclesiam; ni⟨si⟩ quia sis illius homo, qui deceperit Adam per fallaciam et Euam: idcirco pertulisti mendacium;* sed rectius Latinium iudicasse qui *si* in *sed* mutauit uerbis probatur 191, 1: *si seruum te unici cognosceres dei filii, numquam iugulari mandares; sed quia sis amator tenebrarum —, noluisti rem plenissime examinari.* sed restat alius locus isque difficillimus, qui emendandi artem diu elusit, ubi tandem uerum mihi uideor recuperasse sic: 145, 8 *ista enim quae agere dignaris non sunt dei, sed diaboli. ⟨ni⟩si opera est illa dei, ut proscribas certos, cur aut Athanasium non damnauerint innocentem — cur nolint effici coapostatae tui. possumus* (*possunt* V) *sane aestimare, si opera deo sit placita, item si eleemosyna est.* uulgo post *diaboli* grauiter interpungitur, ut sequens periodus duplici protasi circumdetur (*si opera est illa dei, possumus* uel, ut uulgo legitur, *possunt sane aestimare, si opera deo sit placita*), quod quam peruersum sit quisque sentiat. uocula *nisi* recepta sine ullis salebris decurrit oratio. — 122, 15 *dicturus* (sc. *eris*) *haec quae dicit dicturos [s]uos persecutores militum Christi scriptura sancta: 'ergo erraui-*

mus a uia ueritatis'. haec Latinii coniectura simplicitate commendatur, cum *suos* uix defendi possit; nam ad subiectum *scriptura sancta* referri nequit. quod ipse tentaui *tuos* si non falsum, at artificiosum est (*tuos* i. e. qui tui similes sunt.) — 190, 8 *nisi ueniam facinorum tuorum credens in eum quem nega*[*n*]*s fueris consecutus, toties merearis percuti gladio.* cauendum est, ne suppleto uerbo *es*, quod saepius omitti p. 360 obseruauimus, locum expediri credas, ceterum eodem modo erratum esse 316, 25 *nos quos torque*[*n*]*s lanias interficis* indicaui. — 217, 23 *dicis nos petulantes, quoniam quidem quod es*[*t*] *tibi dicamus.* praecedit: *quae te facere cernimus haec te dicimus* (*te dicimus* emendaui, *didicimus* V), *quod es hoc te esse clamamus* et hic generis neutri usus sollemnis est (cf. 369). — 251, 6 *tu* [*t*]*ibi arbitraris contumeliam te pati*, nisi *tibi arbitraris* ad exemplum *tibi uideris* fictum et cum accusatiuo c. inf. ut similia uerba 162, 14. 260, 27 constructum esse putare malis. — 295, 25 *hinc est quod serui*[*en*]*s iniustitiae tuae ac ministris — stemus fortiores.* ubi Latinius *seruientibus* proposuit; quod fortasse ferri possit, sed contra codicis auctoritatem minore probabilitate intruditur. — 313, 23 *quos interior aliqua suppuratio inflauit et neruorum secum luctantium dolor*[*e*] *contraxit.* diuersorum morborum diuersos effectus notari patet. — his locis errorum sedes et causas me recte uidisse confido: erraui fortasse cum ad eundem modulum 54, 5 redigere suaderem: *nos omnes execraris, — cur non tibi adulemur, cur te in periculo esse asse*[*ue*]*ramus et dicamus.* Luciferum enim diuersorum modorum in eodem enuntiato consociationem nulla moderatione coercuisse certissimorum exemplorum multitudine iam satis constat (cf. ind. p. 336 et p. 378).

Perraro talium deprauationum causas in compendiis scripturae positas esse supra diximus. exstant uero exempla, quibus uel singula uocabula compendiose scripta uel nominum et uerborum terminationes ligaturis minus perspicuis uel signo quodam expressos errandi copiam fecisse tibi persuadeas. atque ad hoc genus retulerim haec: 255, 31 *dicam tibi* —

te contra ad nihilum uenturum (*uenturus* V), quod Latinius egregie restituit, interpolauerunt Coleti *te⟨qui sis⟩ — uenturus* scribentes, qui contra 285, 16 *superaturum* (*superaturos* V) ut 258, 32 *reconciliaturus* (*—um* V) Tilius recte reuocauerunt; 256, 11 *futur̄* = *futurum*, 314, 20 *latur̄* = *laturum* in codice exstat. — 76, 12 *quare quis tu* (*quistu* V, *istam* v) *tibi sumis dei sacerdotum* (*sacerdotem* V) *auctoritatem*, i. e. auctoritatem iudicandi episcopum, quam non tibi sed sacerdotibus deus dedit, id quod hoc loco demonstraturus est et l. 23 his repetit uerbis: *quasi quis inquam tibi usurpasti hanc auctoritatem, quam tibi deus non tradidit?* genitiuus *sacerdotum* igitur iure a me reuocatus est. tamen aegre fero quod l. 12 Tilii audacia deceptus scriptura *istam* in textum recepta cum *i* pro *ae* hic illic scribi uiderem (62, 13 *quisisse*), *quaeso tu* in adnotatione proposui. atqui si l. 12 *quare quis* tenemus, l. 23 *quasi quis inquam* nullo pacto tentandum est, cuius loco *quasi is qui inquam* commendaueram. manus recens uero solita licentia *quasi dicat quis es tu inquam* interpolauit. etiam 102, 17 *quis, homo, dicis?* et 190, 10 *quis, homo, dixisti?* pronomen idem quod *quis es qui dicas* (*dixeris*) significat. — 227, 3 *rememoratus sum sermonem* (*sermonum* V) *quem locutus est*. — 294, 6 *quando uideas militum* (*militem* V) *Christi incorruptam fidei firmitatem quod non blanditiae decipiant.* his certis nisus exemplis 130, 11 *speluncam latronum sis per sanguinum* (*sanguinem* m. rec. corr.) *fusionem aedificans* conicere ausus sum, cum insoliti pluralis in libris sacris frequentati (cf. Neue I² 400) et Hab. 2, 12 *uae qui aedificant ciuitatem in sanguibus* praecedere meminissem. denique eo modo *em* in *um* transiit 107, 23 *Scariothem* (*Scariothum* V), nisi forte rectius ut 265, 7 *Scariotham* scribitur. 111, 32 in *Scarioth et* latere *Scariothes* Knoellius uidit. — 120, 9 et 230, 1 *ei⟨us⟩*, unde etiam firmatur quod 4, 26 *misereamini eis* (*eius* V, *eorum* v) restitui. etiam 144, 10 m. 1 *eius* in *eis* recte mutauit. — 15, 27 (*nos*) *qui ad illa consequenda tendam⟨us⟩* et 293, 26, ubi tamen personarum mutatio per se durissima fortasse ferri possit *peream⟨us⟩*. scripturae compendium hic illic, ut 10,

20 *iuncxissem*, codex seruat. — 30, 21 *si quidem non fuisset dignum habentes deum cum inimicis eius demorarem⟨ur⟩* (*demararẽ* V, *demorari* Latinius, *demorare* v) *diuinae magnitudinis*, de constructione cf. 23, 15 *dignum fuerat nos fugeremus* et 232, 25. 239, 13. — 235, 1 *ut quid istud factus sum uidere — et sedere* (*sederunt* V) *illic* ad graecum exemplar: *ἱνατί τοῦτο ἐγεννήθην ἰδεῖν — καὶ καθίσαι ἐκεῖ*. — 262, 26 *ita cum — temptatis, utique et uos esse inter antichristos pronuntiarit⟨is⟩*, quod aduersus Tilii *pronunciari* uel Poncii *pronunciatis* commendare non opus est (*cf.* 71, 24 *iudicat*, 146, 12 *dic̃*). ita uero coniunctiuus perfecti saepius adhibetur ut 32, 7. 199, 14. — 309, 7 *hi s⟨unt⟩* (= *hi s̃*) *spiritus quibus tu sacrificare dinosceris*. — 143, 14 *quando quidem tenebrae inextricabiles obsederint animum tuum atque praetex⟨u⟩erint* (*pertexerint* V) *errorum caligines*. sed rarius uerbum *pertexerint*, quod nusquam apud Luciferum inuenitur, facilius feretur, si *caligine* pro *caligines* reposueris. 33, 12 uero *proponens* (*praeponens* Vv) *exempla* et 151, 19 *proferre* (*praeferre* Vv) *dicentes* exspectes (cf. in codice 44, 15. 254, 27 *prodecessor*).

Hic iam adiungam reliqua exempla, quae terminationes uerborum deprauationi maxime obnoxias fuisse ostendant. quamquam errandi causas in similitudine potius uel ductuum uel sonorum litterarum uel etiam in relatione uocabulorum falso accepta quam in compendiorum obscuritate positas fuisse arbitror: 4, 9 uerba, quibus imperatoris accusati defensio ad Moysen reuocantis, qui populum suum non deseruerit sed ad corrigendos errores cohortatus sit, inducitur *sed inquit: ecce Moyses — non deseruit*, in textu reliqui. cum *inquit* de scriptura sacra dictum esse putarem, in notis *inquis* conieci, quod recipere debebam. saepissime enim litterae *s* et *t* mutantur (cf. 75, 12. 79, 17. 94, 4. 153, 10. 191, 11. 229, 22. 277, 2. 285, 23) et locus 58, 13 est similis, ubi sic distinguendum est: *sed inquis: ille filios suos — consecrauit* (non *sed, inquis, ille*). — idem mendum exstabat 181, 21 *cum tu loco innocentis, in quem nihil ueri consti-*

tueris (*constituerit* V), *loco catholici miseris consacrilegum tuum Georgium,* quae Latinius liberius immutauit *loco i. iniquum nihil ueritus restitueris* nec recte; nam de restituendo Georgio non agebatur. — 4, 15 *id quod ergo intendere coeperamus quo penitus possimus* (*possumus* V) *perducere ad probationem, legistis deum dixisse.* sic recte Tilius 265, 15 *quo — possint* (*possunt* V). Lucifer enim amat *quo* loco *ut* ante formas uerbi *posse* adhibere et cum *penitus* coniungere (cf. ind. p. 373): *u* et *i* uero saepius fluctuant; cf. 9, 29 *abstilisti,* 303, 15 *dicat,* 250, 17 *condicant* (cf. 254, 1) itaque 16, 18 *unde et fugiendum duximus* (*diximus* V) *te ac tuos* Latinius, 190, 10 *quis homo dei sacerdotibus inponendam duxisti* (*dixisti* V) *necessitatem* non sine probabilitate *ipse* conieci. etiam 277, 21 *te superiorem ducere* (*dicere* V) magis placeret. — 8, 31 *si uobiscum Arrianis precem fudissemus, si denique passi* (*passos* V) *nos fuissemus omnia — celebrare,* quae corrupta esse neminem uidisse iure mireris. melius etiam 24, 11 scriberetur *dignum esset magis uos filios* (*filii* V) *aduersarii nostri congregatos in unum uideri et nos contra milites Christi in unum,* sed durius etiam esse apparet quod 32, 30 legitur: *uobis, aduersarii dei religionis, serui Christi potueramus esse coniuncti,* cuius loco *aduersariis* exspectes. — 18, 12 *sic Marcion se* (*marcionem* V) *excisum proiecit qui noluerit dei filium hominem suscepisse confiteri.* id enim lenius est remedium, quam uocem *ecclesia* addere (*Marcionem ecclesia proiecit*) aut supplere, cuius de actione nihil dictum est. sequitur etiam l. 14 *sic excisus est atque abiectus Paullus,* praecedit l. 5 *sic inquam sectus est atque proiectus tuus magister Arrius* et 17, 27 *secuisse se Arrium et proiecisse.* — 66, 21 *cum igitur huiusmodi formam iudicandi dedisse deum aduerteris* (*aduertens* V, *aduertas* v), *cum — collegeris,* quod me recte emendasse confirmant similes corruptelae 180, 10 *conuincens,* quod in *conuinceres* mutaui, ne enuntiato suum uerbum deesset, et 166, 29 *iudicaris,* quam man. rec. correxit. — 74, 1 *et haec dicis diuina mandata calcando* (*calcanda* V): '*suscipite idololatriam*'.

frequentem hunc gerundii usum indicis exempla p. 363 illustrant. — 113, 26 *possunt rugitus tuos timere coarriani tui, quia sint* (*sitis* V) *sine notitia dei, quia sint minime arma dei induti*. scribendum erat aut *sint* — *sint* aut *sitis* — *sitis*. sed *sitis* in V facilius proxima uoce *tui* inrepsit. — 145, 12 *possumus* (*possunt* V) cf. supra p. XX. — 137, 2 *ad quem confugerit ille iustitiae amator in omnibus probationibus* (*probatione* V) *Iob*. possis etiam scribere *in omni probatione*. contra 141, 16 *increpationes* (sic m. rec.) uel *increpationem* genuinum est, ubi codex *increpationib;* exhibet. — 298, 29 *aduerte quod — receptaculi poenarii* (*poenarii* V) *horrorem roboris sui uigore subigat*. hanc correcturam Cypriano (578, 14 editionis meae *squalorem carceris ac receptaculi poenalis horrorem roboris uigore calcatis*), quem Lucifer saepius imitatus est, debemus. quod autem rariorem ut lexica docent formam (cf. Quintil. 4, 3, 9, 7, 4, 20) inuexi, in hoc Luciferi opusculo, cui *Moriendum esse pro dei filio* inscribitur, exquisitum genus dicendi affectanti nulla prorsus excusatione eget. — 290, 28 *eo protegente contra tuam beluae* (*beluam* V, *belua* v) *inmanitatem*. tales genitiuos a pronominibus possessiuis pendentes maxime amat. cf. 101, 29 *non nouum nobis tuum haeretici* (*haeretice* m. rec.) *factum*, 118, 20 *de manu tua liberari carnificis*, 155, 4 *insidiae tuae lupi rapacis*, 165, 9 *eripere a gladio tuo carnificis*, 195, 26 *si tua sacrilegi praecepta custodiremus*. — 307, 32 *uolueras et nos redire ad ueterem caecitatem, ut — cum lumine uideremur* (*uideremus* V) *amisisse prudentiam*. quod hoc loco sententia ipsa flagitatur, Luciferi sermo 195, 14 commendat: *quomodo dilexisse nos eum monstrabamur* (*monstrabamus* V), *si ut tu mandata eius calcaremus*, qui ubicumque fieri potest passiuam uerbi formam c. inf. praefert (cf. ind. *infinitiuus* p. 365). eandem maculam 327, 1 *nec fratres permittimur* (*—us* V) *uidere* Tilius in notis eluit; *r* et *s* uero saepissime confunduntur (cf. 142, 19. 214, 12. 312, 11. 314, 12). — 314, 5 *nihil refert, utrum — omni subtilitate subtiliore* (*subtiliora* V sed *a* exp. m. 2) *sagitta diutissime figens in meo corpore ludas*. nam *subtilior*, quod m. 2 correxit

et Tilius recepit, sensu caret; subtilissima uero sagitta labandagini, quo instrumento uastissimo ictu caput excutiatur, optime opponitur.

Nominum uero casus in *-um -o -us -os* propter confusionem uocalium quae in pronuntiatione saeculi p. Chr. quarti iam late patebat, deprauationi maxime obnoxios fuisse corrigentium industria quae per totam adnotationem criticam obseruatur docet, quam tamen nonnullae labes altius tectae fugerunt, uelut 41, 8 *cognoscere iam poteris etiam reprobatos* (*-tus* V) *a domino, etiam ad aeternam destinatos* (*-tus* V) *mortem diu regnare*. nam non Constantius quamuis a domino reprobatus cognoscere posse dicitur, sed quid cognoscere possit, sc. etiam peccatores diu regnare seroque saepe eos poenam consequi, exponitur. — 108, 17 *tu inter istos inimicos* (*-us* V) *es domini constitutus*. isti inter quos Constantius est, sequente scripturae loco *inimici domini* appellantur. — 220, 14 *non licet tibi, Constanti, Arriano cum dei conuenire populo, non licet tibi idololatriae Arrianae haeresis auctori, negator* (*-tur* V) *unici filii dei, de dei sacerdotibus iudicare, sacrilegus fingens te Christianum, cum sis antichristi praecursor*. una illa litterula mutata omnia in his uerbis sana sunt quae grauius corrupta habuerunt magisque corruperunt Tilius et Coleti, quorum ille *negatori — sacrilego*, hic, ne constructio desideraretur, *sacrilego fingere* scripserunt; hoc loco tamen non uituperat Constantium, quod se fingat Christianum, sed quod de catholico episcopo iudicare audet, cum haereticus sit qui se Christianum fingat. nempe nominatiuum loco uocatiui usurpari, ut 21, 23 *quis est talis nisi tu Constantius imperator?* 198, 27 et saepius, non intellexerunt. semel 124, 27 ipse fortasse manu rec. deceptus *Constanti* male recepi, ubi V exhibet: (*dominus*) *non est ut tu uis, Constantius, creatura*. contrario uitio laborabat 256, 27 *quique omnium scrutatur* (*-tor* V) *originem*. — 77, 2 *scribe⟨t⟩ ei deuteronomium* (*-io* V) *hoc in libro* (Deut. 17, 18 καὶ γράψει αὐτῷ τὸ δευτερονόμιον τοῦτο εἰς βιβλίον). 134, 12 *quos* (*deus*) *praescius futurorum ore sanctissimo* (*-mum* V) *Malachiae praeostenderit prophetae*. 136, 23 *qui neque omnia*

genera tormentorum inferendo desis neque uarie puniendo (*dum* V). 153, 5 *si iratus fuero sine causa fratri meo, si dixero eum* (*ei* m. rec.) *fatuum* (*fatuo* V, *fatue* m. rec.). 224, 10 *idolo* (*-um* V). incertiora sunt quae tentaui 22, 8 (*uerbum dei*) *acutum omni gladio acutissimum* (*-mo* V), ubi insolentior ablatiuus comparatiuus (= magis acutum quam gladius acutissimus) latere potest. 37, 29 *regnumque suum* (*regnoque suo* V) *potitum*, 128, 10 *dedisti disciplinam exemplo* (*-um* V) *damnandi*, ubi asyndetum, quod amat Lucifer, suum locum defendit.

Frequentius etiam uocales *e i* et terminationes quae has habent uocales confundebantur, ut non audaciores uideamur, si saepius contra auctoritatem codicis fecerimus, quamquam liberior huius scriptoris et temporum et modorum usus emendantis fiduciam non raro inminuit. sed scribere uel conicere non dubitaui: 75, 13 *tu nec quidem audientiam nolueris praeberi uiro deo dicato eique negari* (*-re* Vv) *fecisti audientiam*. nam *bene* et *male facere* cum infinitiuo uel gerundio construitur, simplex uerbum non item. recte contra in infinitiuis coordinatis passiuam formam actiua excipit neque eas aequemus necesse est 118, 26 *si enim malum esse uidetur deo damnari innocentem, dare aduersus absentem et quidem iustum uirum sententiam, quid est aliud quod nos cogis facere nisi quod odio habeat deus?* nam ut saepe iam uidimus, ubicumque potest Lucifer orationem uariare studet. — 109, 7 *dubitari* (*-re* V) *itaque non poterit*, sed 229, 1 *non poteris* (*poterit* v) *dubitare* (*-ri* V) reposui, quia hoc loco oratio magis ad Constantium conuersa est. 113, 14 (*Athanasium*) *inauditum quia puniri* (*-re* V) *non noluerimus*. eorum enim non intererat ut puniretur sed ut audiretur. 189, 22 *a quibus criminibus si te nolueris liberare* (*-ri* V), *sanguis tuus requiratur a te*. praecedit *sed iam credimus — daturum te operam quo possis curare uulnera*. 196, 21 *quod* (*officium*) *sit dignum praeberi* (*-re* V) *deo*. durum est supplere *episcopum*. 201, 3 *cur fuisti ausus tollere pastores quos gregi suo deus uoluerit praeesse? cur? nisi ut tecum omni uento doctrinae possent dei circumferri* (*-re* V) *supra do-*

minicum gregem pastores. alludit ad epistulam Ephes. 4, 14 *ut iam non simus paruuli et circumferamur omni uento doctrinae.* id autem uoluit Constantius, ut dei pastores qui supra domini gregem positi erant ut ipse (*tecum*) susciperent haeresim et a radice separati ecclesiae circumferrentur. quae cum Tilius non intellegeret, *ut te cum omni uento — circumferre* scripsit et mala distinctione quae sequuntur corrupit. hunc uero aduerbii usum ad Tertulliani exemplum Lucifer amat (cf. ind. p. 352), qui 259, 21 *tu uero semper in tormenta abiturus*, i. e. in sempiterna, ut Tertullianus de pall. c. 1 *principes semper Africae*, dixit. 265, 20 *apud Niciam descriptam fidem fecisti iudicari* (*-re* V) *haereticam;* sequitur *blasphemiam tuam fecisti dici catholicam*, neque episcopi Ariminensi concilio congregati quos id facere iusserat ullo uerbo indicantur. — 221, 6 *quanto magis nos digni* (*-ne* V) *te, conspice, ex ecclesia pellere Christi.* i. e. conspice quanto nos magis digni simus uel ius habeamus, de qua uocis *dignus* significatione et ellipsi cf. ind. p. 360. — 12, 16 *haec sunt meditationes* (*-is* V) *uestrae.* genitiuus insolentior, neutrum *haec uero* sine offensione est. 24, 30 *si — intellegis* (*-es* V), *conspice.* 58, 4 *sed quid sentis? credo — dices* (*-is* V), nisi solitum post *credo* modum (*dicas*) praetuleris. 62, 20 *desines* (*-is* V) *inquam dicere* (praecedit l. 16 *iam credo — desinas dicere*). 161, 27 *sed credo adhuc temptes* (*-is* V corr. m. rec.). 187, 20 *homo qui — proscribas —, deportes* (*-is* V, *deportas* v), *torqueas, postremo interficias.* 112, 8 *non legeras scriptum — ut innocentem tecum nos interficere traheres* (*-is* V). 198, 17 *quid tibi uisum est ut inuitaris ad homicidium faciendum.* proposui *inuitares* sed nihil mutandum est (cf. ind. *tempora* p. 376). — 109, 15 *intendet* (*-it* V) *arcum* (ἐντενεῖ τὸ τόξον). 320, 8 *et hic probabiles deo ostendit* (*-et* V) *et iam ad futuram gloriam martyres designauit.* — 27, 14 *ut fermentum fuisse doctrinam non sanam, quam uidelicet — proferitis* (*propheretis* V) *haeretici, nobis manifestaret, sequitur scriptura.* in forma non haerendum est. concedendum tamen coniunctiuum *proferretis* ab enuntiato relatiuo alienum non esse. 124, 23 *quomodo*

uos poteritis Christi probare seruos, cum manifestaritis (*-retis* V, *manifestetis* Latinius) *uosmet famulos antichristi.* coniunctiuus perf. et hic magis placet et 230, 11 *conuenerimus* (*conuenirimus* V, *conueniremus* v), ubi *fuerimus territi — timuerimus* praecedunt. 277, 28 *iam non de Christianis esse inueniris* (*inueneris* V), ubi num *inueneris* praeferendum sit licet dubitare. eadem scriptura enim bis in altero etiam quartae coniugationis uerbo 101, 21 et 315, 16 *reppereris* deprehenditur. 302, 22 *cum multo tolerabilius audire* (*audere* V) *semper desiderans fueris ac sis aduersum te aemulos surgere principes*, i. e. multo libentius passus es te ab hostibus impugnari et uinci quam a catholicis. *tolerabilius* uero *audere* tam inepte dicitur quam *tolerabilius surgere*. tamen dubito in tanta harum uocalium fluctuatione, cum temporum usus etiam incertior uideatur, num tot uerbi *posse* formas, quas seuerior lex postulat, contra codicis restituere liceat auctoritatem, ut 72, 1 *ad gladium putasti tendendam dexteram tuam, tamquam posses* (*-is* V) *gladio uincere quos uideres.* 224, 24 *cum si illius fuisses temporis homo, gladio posses* (*-is* V) *extingui.* 263, 19 *corda tenebris offundit errorum caligine caeca, ne scilicet ex eius possitis* (*-etis* V) *emergere laqueis.* 268, 7 *neque pacem habere possem* (*-im* V) *exinde, ex quo fecissem id.* cf. 49, 18. 99, 18. — in fine uero huius capitis locum non possum omittere, quem Latinius, cum passiui uerbi sensum non intellegeret, deprauauit 38, 25: *sed et quod morulae aliquae fiant, ut non iam sanctae suae ecclesiae tribuat plenam securitatem pacis, est causa illa, quia sit dignum te aduersario saeuiente ad omnium ueniri probationem*, i. e. haec est dei uoluntas, ut dum tu aduersarius Christianorum saeuire pergis, ad omnium ueniatur probationem (ut omnes probentur). Latinius uero uel *uenire* (i. e. te, dum aduersarius saeuit, ab omnibus probari) uel *inueniri* (i. e. nisi fallor, te cognosci qualis sis iudicio probatorum) proposuit, quo sententia falsa enascitur — suos enim deus persecutione durante probaturus est — et nulla prorsus causa diaboli (*aduersario saeuiente*) mentio inicitur.

Sed non in finalibus tantum syllabis *e* et *i* uocales fluctu-

ant. sic emendaui: 15, 23 *e quo numero — certi tamen tecum deligerent* (*diligerent* V) *interire* (de infinitiuo cf. ind. p. 365); alterum infinitiui ab hoc uerbo pendentis exemplum 100, 22 coniectura recuperauimus *si esse delegissemus quod ipse es*, ubi codicis scripturam *esset elegissemus* Tilius in *esse elegissemus* correxerat. — 109, 21 *conspicis uos persecutores — aspidibus conparatos; et non tandem times ad dei te transferre domum.* exspectamus potius: *et non tandem festinas*, et *times* idem fere quod *timore adigeris* ualere nisi fallor editores putauerunt, sed iniuria. codicis scripturae *timet* et *transferres* Luciferum scripsisse docent: *non tandem temet ad dei* [*te*] *transferes domum?* falsae repetitionis exempla supra pag. XI collegimus. 284, 13 idem uitium in eadem uoce resederat: *de armorum tuorum potestate temet* (*timet* V, *times* v, *tumes* idem in not., *te tibi* Gall.) *collegi plaudere*, atque alibi etiam latere suspicatus sum (cf. 201, 7. 217, 21. 218, 18. 231, 7. 270, 11 (*iste*] *est* V). 329, 13). — hac uia etiam 168, 1 rectius tractari poterit: *exciderat cordi illi tuo errorum umecto tenebris, ut iuberes damnari innocentem?* unde Tilius *uincto*. ipse *contecto* uel *circumtecto* elicere studui, sed *amicto* potius latet. ut enim *e* et *i* uocales pronuntiatione saepissime confundebantur, ita litterarum similitudine *a* et *u* (cf. 6, 6. 84, 28 *corum*, 158, 24 *faciunt*, 217, 25 *eupropter*, 74, 5 *redditur am*, 219, 26 *potuerant*). inde etiam coniecturae 268, 27 aliquid probabilitatis accrescere puto: (*quamuis probauerim*) *uos saeuire* (*uenire* V) *contra dei familiam.* id enim facile in *uosueuire uosuenire* abire potuit. certe uerbum fortius quam *uenire* desideratur.

Inter singula uero uocabula, quorum deprauationes a compendiorum usu repetendae uidentur, principem locum obtinent formae pronominum et particularum, ex quo numero potissimum afferam quae nondum ab aliis erant correctae: 81, 2 *talis est Georgius qualis fuerat Arrius qualesque* (*quales qui* V) *sunt Valens et Vrsacius* (cf. 285, 20 ubi *itaque* Tilius in *ita qui* mutauit). 186, 17 *quae* (*qui* V) *nisi feceris* (praecedunt enim quae Constantium facere iubet), ut 308, 4 *quae* pro *qui* Coleti. — 179, 23 *sed qui* (*quid* V) *dicis uiuere te in Christo, unde*

probare es potens (*qui* enim coniecturae, quam in adnotatione proposui *quod*, praestare puto). — 232, 19 *inuenies quid* (*quae* V) *te pro tantis consequitur meritis* (ubi indicatiuus nullam offensionem habere exempla indicis p. 367 docent: audacius Latinius *quae — consequentur*, Tilius *quae — consequitur* ⟨*poena*⟩ coniecerunt). — 282, 4 *ut uideas quae adhuc super illa quae* (*quem* V) *iam cognouisti gesserit Antiochus* (244, 14 *quae* recte v, *quem* V et 257, 9 *quaecumque* v, *quamcumque* V). — 303, 1 *qui* uel *quod* pro *quo*. — 129, 30 et 179, 17 *qui* (*quia* V). contra 151, 14 *quia — qui* et 170, 29 *qui — quia* iam non tento, nec 57, 23 *quia — qui* Latinius tentare debebat. quae omnia uariandi studio satis defendantur. et nescio an 52, 6 hac distinctione codicis scriptura teneri possit: *cui uicit deus regi? nempe Achab, ei qui eum dereliquerat, qui Baali et omnibus daemoniis seruire Israel fecerat. Quia?* (*cui* conieci) *propterea auxiliatus est nempe ut crederet. quia = cur* saepius in enuntiatis principalibus inuenitur. — 232, 26 (*obuiam iremus*) *tibi siccis parato faucibus ad no*[*bi*]*smet nobisque* (*nobiscum* V) *commissos transuorandos*, i. e. nos et eos qui nobis commissi sunt. cum simplicissimos errores non dispicerent, Tilius *ad nosmet nobiscum commissos*, Gallandius *ad nobismet commissos nobiscum* scripserunt. simili ratione 11, 3 *qm̃ modo* in V ortum est. cuius loco Tilius *quomodo* reposuit. quod non falsum est, sed propius codicis ductus accedit: *quonam modo resisteremus contra diabolum*. itaque 22, 3 *quomodo* (*quam* V) *tua astutia potueramus capi?* ubi facile quis *qua* coniciat. et 233, 24 *quorum* (*quoniam* V) *nos cupimus inueniri participes* Latinius, 87, 22 *quomodo* ex *quando* man. rec. l. 26 *usque quo* ex *usque quando* man. 1. restituerunt, et 96, 17 *et factum est quando* (*quomodo* V) *tempus erat* legendum esse suspicatus sum, quamquam id minus certum est (cf. 45, 20 *non statim quomodo fuisset deus derelictus*). 88, 11 manus 1. ipsa *quando* correxit linea transuersa *uando* expungendo, ut legi uoluisse putanda sit, quod non ineptum sit: *aut numquid non eris Sauli conparandus, qui sis ita iugulare cupiens innocentem?* — semel *h* = *hic* in

codice scriptum esse 45, 31 *nomen ei Achiab et hic erat* (*achiabeth* V) *sexaginta annorum* acute uidit Tilius, qui 136, 17 *hoc* in *haec* mutauit, unde maiore iam fiducia 218, 17 scripsi: *credidit rex dei fuisse comminationem, quia haec* (*hoc* V) *facit?* ubi si quis cum Latinio nouum enuntiatum incipiens *quid* praetulerit, *Quid hinc facit?* reponere debebit. — ter etiam particula *enim* corrupta est, quam 63, 12 *ne itaque iam digneris iniuste tibi blandiri, quia enim sis talis qualem adseuerauimus* ex *cum*, quod constructioni non conuenit, 254, 3 *quid mea interest quid sis, cum ego enim haec dicam quae audiuit ab apostolo ille pseudoprophetes?* ex *ei* elicui, 230, 13 Latinius ex *in* recuperauit. nihil uero frequentius legitur (cf. ind. p. 361) quam particularum *quia enim* coniunctio. 282, 24 uero in locum *ei* falso *enim* inrepsisse suspicor. — 152, 15 si *sic̃* = *sicut* in archetypo fuisse fingimus, ut in V reuera 9, 19 *circueniendum* = *circ̃ueniendum* exstat, facile explicatur quod ille recepit *si cum*; certe comparatiua particula desideratur (*sicut ego inmisericors fuerim, sic sit et futurus ille*) et *sic* — *sicuti* 292, 14 et *sicuti* — *sic et* apud Cyprianum saepius 555, 11. 12. 17 legitur. atque altero etiam loco 125, 31 ubi quod necessarium est uerbis reddidi *cur es detinens*, deprauatio *cum res* a *c̃* uel *cũ* profecta esse uidetur. — 165, 2 *qui non faueat innocentiae Athanasii sicut et tunc* (*nunc* V) *Susannae, posteaquam constitit illam falso crimine petitam.* durius enim praesens historicum *sicut et nunc fauent* suppletur. — cum per totum codicem uoculas *uos nos non* inter se fluctuare uiderem, 162, 6 scabritiem eximere non dubitaui scribendo: *fortassis dicas hinc nos* (*non* V) *esse catholicos, quod Susanna fuerit exaudita, nos uero minime.* Luciferi enim usus non obstat, quominus *nos non esse catholicos* intellegamus (cf. in ind. *ellipsis* p. 360). — si non compendiis, suprascriptis tamen in archetypo litteris quod hic illic in V adhuc inuenitur, uel omissis uel nescio qua alia illius obscuritate factum esse uidetur, ut uoculae *ut et te ne* tam saepe falso exhibeantur, quod ad illustrandum tantum quae difficiliora sunt adferam: 15, 1 *ta* in *et* mutaui: per hanc enim particulam, non per *tum*.

quod Coleti inuexerunt, diuersos scripturae locos conectere solet. — 17, 29 *suscipite conpestilentes ac lues u t n o s* (*tuos* V), ubi *suos* i. e. Arrii Coleti scripserunt; sed hic uulgaris usus apud Luciferum sine exemplo est. *ut nos* uero i. e. ut nos sumus (cf. ind. p. 377) acerbitatem uerborum auget. — 36, 11 *si est dominus nobiscum, u t quid* (*et quid* V) *adprehenderunt nos omnia mala haec*? (*εἰ ἔστι κύριος μεθ' ἡμῶν, εἰς τί εὗρεν ἡμᾶς τὰ κακὰ ταῦτα*); de *ut quid* cf. Cyprian. 826, 28. A 179, 25. — 54, 22 *uidebantur mala et excordi ei quem iam obsederat diabolus, mala ea quae a dei dicebantur seruo et illa bona iudicabantur quae a seruis dicebantur diaboli*, in quibus *et* melius abesset, neque magis placet quod in notis commendaui *ea*. nunc *ut excordi* (i. e. cum excors esset) praeferam, quam uocem saepius ita Lucifer usurpauit (cf. 52, 2. 58, 3. 200, 3). — 62, 3 *ludunt cum delectamento et* (*ut* V) *uitam degerant in bonis* (*συνετέλεσαν δὲ ἐν ἀγαθοῖς τὸν βίον αὐτῶν*). — 210, 19 *et* (*ut* V m. 2 in ras.) *non ἐξανήλωσα filios Israel* (*καὶ οὐκ ἐξανήλωσα τοὺς υἱοὺς Ἰσραήλ*). — 80, 6 *tametsi fuisset liberatus iam Athanasius ex* (*et* V) *corpore*, quae praepositio cum imagine et sententia Christianis familiari de carcere corporis concinit. etiam 264, 3 Tilius *et* in *ex* recte mutauit. — 170, 25 *neque enim ista tua minora sunt funera, u t si se illum tradidisse loquitur spiritus sanctus satanae in interitum, u t* (*et* V) *te, mox ut tam grauia commisisti crimina, non tradiderit.* hac coniectura recepta *ut* repetitur non aliter quam *quia* et *quod* 127, 3. 258, 30. 286, 2. 301, 2. 313, 3 prorsus ex more Luciferi. contra *et* in hac coniunctione *ut — et te — non* nullo alio exemplo firmatur. — 173, 21 *si dicit, quia qui odit fratrem suum in tenebris ambulat, u t* (*et* V) *nesciens sit quo pergat*, non *ut* scripsi, quasi in diuersis eiusdem enuntiati modis (*quia — ambulat et nesciens sit*) offenderem, sed euangelii Iohannis uerba in *ambulat* desinunt. quae sequuntur ad Luciferi interpretationem pertinent. — 229, 31 *tacendumne sacerdotibus dei erit et mandata celare diuina eius* (sic v. ei V) *an dignum est aperire tibi cuncta praecepta domini?* cum insolita uerborum *dignum est* positione constructio nimis

obscuretur, *haec mandata celare* (= ut celent) in notis proposui. sed intricante dictione scriptoris iam ita adsuefactus sum, ut eum per *et* orationem continuare et hoc modo coniungere uoluisse: *et dignum est celare an aperire* (i. e. magis dignum celare quam aperire), confidam. *an* uero, cuius loco *quam* exspectes, etiam 24, 25 ita usurpauit: *quoduis de his cognosce grauius esse crimen haereticum fieri, idolis seruire an concommittere secundum carnem adulterium*, i. e. utrumque crimen et haereticum fieri et idolis seruire grauius est quam adulterium carnale, et *magis* ante *quam* plerumque omitti exempla indicis p. 372 docent. — 100, 21 *negare et tu* (*negaret ut* V, *negare tu id* v) *totidem non potes.* siue hanc coniecturam probas siue una litterula *t*, quae facile ex initio proximi uocabuli orta est, deleta *negare tu* receperis, utrumque probabilius quam *tu id* scribere. neque usquam sententiae qualis sequitur *quod enim nos fuisses dilecturus* demonstratiuum praemitti solet. — 239, 23 *et infra dicentibus aduersariis 'numquid sacrificabunt — lapidum eorum' et haec dicit ad deum seruus eius Esdra* alterum *et* cum abundare manifestum sit, *ne* (= *nonne*) scribere, ut interrogatione reliqua exprimantur, uel delere uolui. utrumque audacius. fortasse una litterula *c* intercidit et legendum est: *etc* (= *et cetera*), quibus uerbis iniuria a Coletis expunctis 68, 5 non totum s. scripturae locum exscriptum esse significatur.

Ex archetypi scriptura uocabulorum continua plurimi explicantur errores tanta simplicitate conseruati, ut litteris recte coniunctis sponte euanescant. eiusdem generis ea sunt, de quibus iam disputauimus, ut 100, 21 *negaret ut totidem* (l. *negare tu t.*) et 122, 15 *dicturos* [*s*]*uos*, ubi uocabulis conexis factum esse uidetur ut littera falso iteraretur. talia hoc loco omittimus. litteris uero recte diremptis et coniunctis haec sanasse mihi uideor: 16, 20 *dictum a deo conperfido tuo* (*conperfidet uo* V, *cum perfido tuo* v), *illi populo carnali.* — 76, 12 *quis tu tibi* (*quistu t.* V, *istam* v; cf. supra p. XXII). — 129, 21 *qui aestimari* (*quia estimari* V, *quia aestimari* v) *possit esse* (nam *quia* nullum locum habet). — 165, 1 *qui non uelit Atha-*

nasio uindicari innocentiam a deo (*adeo* Vv; comparatur ibi Athanasius Susannae, cui a deo innocentia uindicata est). — 178, 20 optimam Latinii emendationem *gaude adhuc* (*gaudeas hoc* v) codex confirmat qui *gaudeat huc* exhibet. — 195, 15 *calcans es etenim dominica mandata, cum quae* (*cumque* V) *ille seruari sanxerit tu non tantum non esse seruanda mandes, sed et ipsum negari praecipias.* sic enim insolentem in enuntiato principali modorum uariationem (*es calcans — mandes*) uitamus obiectumque quod aegre suppletur nanciscimur. — 201, 3 *tecum* (*te cum* Vv); cf. supra p. XXVII. — 216, 27 *an numquid* (*annum quid* V, *animum quid* m. 2 et v) *decuerat aliud praecessores nostros?* per *an numquid* altera interrogatio incohatur ut saepius per *aut numquid* 10, 1. 43, 29. 98, 9 al. — 225, 7 *sic et Iudaeis, quorum imitator es* (*imitatores* V, *imitatores estis* v), *uidebantur contumeliosi prophetae.* ad Constantium etiam in praecedenti oratio directa est. — 231, 23 *cogitauerunt dura. fac tu* (*dura facta* V, *dura. Et fac* coni. Gallandius) *super omnem gentem sciant* (*ἐβουλεύσαντο σκληρά. καὶ ποίησον*). — 267, 4 *dicis me contumeliosum, quia et* (*qui aet* V, *qui et* v) *me et mihi commissos sim cupiens non uulnerari.* — 306, 20 *nos uero alieni ab omni scientia ethnicalium* (*et hinc aliū* V, *et hinc alieni* v) *litterarum ad omnem destruendam haeresem ualemus.* — *tu ac tui adiutores litterarum ethnicalium* (*et hinc aliam* Vv) *plenam auxistis* (*hausistis* fort.) *artem.* adiectiuum rarum, quod apud Tertullianum de spect. c. 5 exstat, describentibus fraudi fuit. neminem tamen in traditis uerbis sensu omni carentibus offendisse iure mireris. — 310, 22 *tu qui ausus fueris — et uis te* (*iuste* V, *iure te* Gallandius) *perfectum cultorem dei — uocitare.* concinnius etiam sit *tu uis te.* eiusdem fere generis est 299, 23 *ui*, quod Tilius ex *in* fecit et 268, 10 *iure* quod e *uere* elicui. — 310, 24 *cum adhuc te neque crudelior neque detestabilior neque in blasphemiis maior umquam* (*maiorum quam* Vv, *maior quam* Gall.) *quisquam eorum regum fuisse reperiatur.* — 312, 7 *quod enim est potissimum, sapientia erecti* (*sapientiae recti* Vv) *ac muniti ualemus.* nihil refert quod maxi-

mum sapientiae commodum sit, sed aduersus corporis fragilitatem hoc esse potissimum, quod sapientia animos erigat et muniat. — 312, 17 *quid stultius nisi te metuere, deum* (*temet uere deum* Vv) *negare.* nemo traditam scripturam eo defendat, ut *uere deum* idem quod *uerum deum* esse opinetur; deinde enuntiatum bimembre idque ex more asyndetum exspectatur, cum coniunctum sequatur: *quid sapientius quam nefandum tuum calcare caput* (i. e. non metuere) *et deo propter hoc placere factum* (i. e. deum confiteri).

Pauci denique loci etiam transpositione uocabulorum, quam uiam corrigendi manus prima (68, 12. 70, 18. 71, 28. 90. 21. 301, 2. 307, 28), manus rec. (118, 28) et Tilius (125, 2) recte inierunt, sanari possunt; sed in tanta uerborum ponendorum licentia, quam index p. 357 illustrauit, maxima cautione opus est, ut quod ipse 25, 13 *mereremur non* commendaui iam non defendam et 272, 21 mutata interpunctione potius scribendum esse censeam: *et nos episcopos quos spiritus sanctus ad regendam dei ecclesiam quod constituerit dicit beatus apostolus, debemus tibi lupo parcere,* ut a *dicit* pendeat *quod constituerit.* Tilius *quod* expunxit, ipse *quos — constituerit, quod* (= *quomodo*) *dicit* conieceram. sed transponemus 306, 29 *quis tam uecors est nisi ut tu qui* (uel *tu ut qui*, *ut qui tu* V, *qui ut tu* Coleti) *omnem hauseris amentiam?* quod Coleti coniecerunt, teneri nequit nisi *hauserit* scripseris. *ut tu* breuitate Luciferiana idem ualet ac *nisi qui est ut tu.* — 59, 6 transponendorum uocabulorum unum corruptum est; sic enim exhibet V: (*Manasses*) *quando filios suos aut per ignem omnibus consecrabat daemoniis aut cum p* (*per* om. v) *concremabat.* legas: *aut per eum* (sc. ignem). — neque uero saepius singulae litterae locum mutauerunt, quod supra 306, 20 duobus certis exemplis didicimus (*et hinc aliũ* = *ethnicalium, et hinc aliam* = *ethnicalium*). hac ratione restituendum putaui: 137, 14 *haec* (sc. est uera uia), *quae nec innocentem interficit* (sic est scribendum, *interfecit* V) *nec alium scit deum, quia nescit* (*necsit* V, *nec scit* m. rec. et v) *nisi deum angelorum*, i. e. quia nullum scit nisi uerum deum. premere autem nesciendi notionem, ut ne nouisse quidem

alium deum praeter deum uerum dicatur aptum hoc loco non est. et eadem uia recuperabatur 297, 4 *morte expugnata* (*expurgata* V): *cf.* Cyprianum 210, 12 *ea quibus mors expugnatur et uincitur Christi mandata* et Cypriani Vitam c. 16 *ad expugnandam mortem*, et 301, 29 *et tamen omni plumbo crudior* (*gurdior* V, *curuior* v) *esse nobis uidetur iste mucro gladii tui sicut et acies animae tuae*, i. e. mollior, non ferratus igne, ut crudus later qui non coctus est dicitur. idem uocabulum sed ea ui, quam in Vergilii Aen. X 682 *crudum per costas exigat ensem* et XII 507 prae se fert, praeditum in epistulae quae in V non exstat uerbis 320, 26 *solius persecutoris crudos* (*fructus* codd.) *gladios sentire potuerunt.* latere uisum est. sic etiam uerbum *increpat* 135, 6, quod certa coniectura Tilius inuenit per gradus *inchrebat inhcrebat inherebat* corruptum esse putauerim.

In tanta igitur errorum multitudine errandi genera pauca sunt quae accuratius recensere non a re alienum putaui, quippe a quorum cognitione ars recte exercenda dependeat. nam qui eam non habuerunt quam maxima coniecturarum licentia usi errauerint luculentis exemplis uidimus. quae uero praeter ea emendanda uel in suspicionem uocanda fuerunt numero pauca sunt (cf. 100, 2 *contentum* pro *contemptum* V ut 71, 8 *contemptum* m. rec. pro *contentum*, 123, 21 *minantem* pro *manentem*, 277, 2 *collegis* pro *collectis*) neque singulari explicatione egent, nisi quod pauca quae iniuria tentauimus uel dubitanter mutauimus ut breuiter hic retractemus ueritas exigit. talia sunt: 83, 26 (*idololatriam*) *quam Arrii* (sic Lat., *arrius* V) *aedificauerit in corde diabolus*, ubi *Arrii exaedificauerit* conieci, sed si quid in syllaba illa falso adiecta latet, *Arrii sui* latere putauerim, nihil tamen latet. — 162, 5 *et non misisse crimen Athanasio falsum.* in notis proposui *miscuisse* uel *inposuisse*, cum me duo similia 79, 17 *falsa mittere crimina* et 278, 12 *crimina falsa dei mittere sacerdotibus* fugerent (cf. 281, 3 in Esaiae 57, 4 uerbis 281, 3 *aduersus quem inmisistis linguam uestram*). — 188, 26 *poteris non esse de illo genere, non esse in illorum sententia.* ad Luciferi quidem mentem est quod malui legere

sentina (cf. 18. 24 *homo excisus — e corpore sanctae ecclesiae, iacens in diaboli sentina* et 100, 25. 143, 12. 167, 2), sed cruditas odiorum qua abundat non sine causa augenda est. — 218. 10 nescio utrum *fuerunt et ante te tibi* (*fuerunt*[ue] *tibi ante te* V) *in sacrilegio similes* an potius *fecerunt et tibi ante te* genuinum sit, cum praecedat *non est nouum quod agis facere contra deum, impugnare eius domum, persequi eius antistites.* neque enim eius intererat narrare fuisse etiam antea sacrilegos. sed perpetrasse alios ante Constantium eadem sacrilegia, atque erroris originem quod in uicinitate V praebet 220. 9 *f*[u]*eisse* confirmare potest eundemque 36. 6 Latinius recte sustulit. — 269. 12 *magistratus destitutis tunicis eorum iusserunt eos uirgis caedi* (*περιρήξαντες αὐτῶν τὰ ἱμάτια*). quae excogitata sunt ad uitium ut uidetur manifestum tollendum *disruptis* a Gallandio. *discissis* a Latinio. *dissutis* a nobis dubia sunt. fortasse *deuestitis* uel in quod Knoellius incidit *destrictis* latet. — 314. 14 *ferae luminibus illis crudelibus te spectante ansiliant.* ubi quod Tilius fecit *insiliant* meo inuento *adsiliant* praefero, cum littera *a* pro *i* nescio qua causa saepius falso ponatur (cf. 165. 2 *athanisii*, 243. 7 *siliens*, 192. 27 *probire*, 288. 5 *inlitam* et 188. 6 *alio* pro *illo*, quod Coleti recte emendauerunt). — 315. 14 *deduceris illam quam tenes uiam non, ut Arriani tibi mentiuntur, ad caelum, sed ad uisa mundi arcem ad lacua malorum et ad impia tartara.* Latinius qui prima uerba cum praecedentibus coniungit *te necesse est ad occasum et tenebras deferri aeternas* coniecit *deducique per* sine causa. neque *per* praepositione opus est. si similia comparaueris 8. 3 *per uiam quam ieris*, 7. 19 *per uiam quam uenerat*, 40, 17 *in uia quam misit me*. quamquam haec exempla sacrae scripturae interpretatio suppeditat. corrupta tamen sunt uerba *ad uisa*. unde Tilius *ad uisam*. Gallandius *ad inuisam* fecit. cum uero non *ad mundi arcem* i. e. caelum Constantium deductum iri Lucifer praedicat, *partem* pro *arcem* scribere suasi. sed nescio an in his potius insit unde deducatur, i. e. de caelo, *de* (uel *a*) *uisa mundi arce*, scilicet quae in lumine est et uidetur.

Sed ad finem tandem ueniamus necesse est neque de locis agam non paucis, qui corruptelae speciem prae se ferentes lenissima medela interpunctione mutata, id quod saepius tacite factum est, defendi poterant. quod tamen hac praefatione accuratius rationes exposui, quibus ductus uerba recensuerim re non minus excusatum iri spero quam quod uberiorem uerborum et locutionum indicem adieci, qua utrumque assequi studui et ut commoditati eorum prospicerem, si qui ad iniucundissimi et impeditissimi auctoris opera legenda accederent et ut quae ad linguae Romanae historiam cognoscendam inde redundarent plenius collecta proponerem. et nisi me animus fallit, uix alius illius temporis auctor integrior rustici sermonis testis exstat. ea de causa etiam nonnulla ex sacrarum scripturarum locis eodem nomine insignia, quorum plura nunc demum ex codice recepi, delibaui, ne diutius ibi delitescerent. in hoc opere autem conficiendo cum ab aliis amicis, qui a me rogati bibliothecas perscrutati sunt codicesque inspexerunt, quos supra nominaui, tum a Pio Knoellio meo, qui oculis laboranti in typothetae mendis corrigendis indefessa cura adfuit, adiutus sum, quibus grato animo me deuinctum sentio.

In fine praefationis addenda et corrigenda posui scripturisque, quas in praefatione aliter atque in textu constituendas esse duxi uel accuratius explicaui, paginae numerum adieci:

pag.

4, 9 *inquit*] *inquis* lege, praef. XXIII.
4, 15 *possumus*] *possimus* l., p. XXIIII.
7, 15 *fuerat*] *fuerit* l., p. V; post *missus* comma intercidit.
8, 31 *passi*] cf. p. XXIIII.
11, 3 *quonam modo*] cf. p. XXXI.
15, 21 *sunt*] *sint* l., p. V.
15, 23 *deligerent*] cf. p. XXX.
15, 31 *eat* ⟨*ad*⟩ *diaboli*] cf. p. VIIII.
17, 29 *tuos*] *ut nos* l., p. XXXIII.
18, 12 *Marcion se*] cf. p. XXIIII.
22, 3 *quomodo*] cf. p. XXXI.

pag.

22, 8 *acutissimo* l., p. XXVI.
24, 11 *filii*] *filios* fort., cf. p. XXIIII.
24, 25 *an* = *quam*, cf. p. XXXIIII.
25, 12 *non mereremur*] cf. p. XXXVI.
26, 19 *Thimothee*] *Timothee* l.
26, 25 *tui*] *tuae* l., p. VI.
27, 14 *proferitis* uel *proferretis*, p. XXVIII.
28, 23 *ut*] cf. p. XIII.
30, 21 *demorari*] *demoraremur* l., p. XXIII.
38, 17 *an neg*⟨*as*⟩ *ne*⟨*c*⟩, *quod*] *an necne? quod* l., p. XXIII.
38, 25 *ueniri*] cf. p. XXVIIII

pag.

39, 17 *inuenimus, contra* (comma intercidit).

41, 8 *reprobatos*] cf. p. XXVI.

44, 17 *es habens insuper* l., p. XII.

52, 6 *fecerat. Quia?* l., p. XXXI.

54, 5 *asseueramus*] *asseramus* l., p. XXI.

54, 22 *et*] *ut* l., p. XXXIII.

55, 14 *regis*] cf. p. XV.

58, 3 *aut*] *ut* l., p. XIIII.

58, 13 *sed inquis: ille*] cf. p. XXIIII.

59, 6 *aut cum*] *aut per eum* l., p. XXXVI.

62, 18 *Arriani*] *Arrianae* l., p. VI.

63, 12 *enim*] cf. p. XXXII.

63, 14 *sint*] *sit* l., p. VI. et in adn. crit. *sit* V (V intercidit)

64, 17 *in se*] *se* l., p. XII.

66, 21 *aduerteris*] cf. p. XXIIII.

67, 15 *te* expungendum, p. XII.

69, 4 *inquies*] *inquiens* (sine es) l., p. XV.

71, 16 *est ut*] *tu* l., p. XII.

71, 20 *reperitur*] *repetit* l., p. VI.

72, 1 *possis*] cf. p. XXVIIII.

74, 1 *calcando*] cf. p. XXIIII.

74, 9 *aut negabis bonum* expung., p. XV.

75, 13 *negare*] *negari* l., p. XXVII.

76, 12 *istam*] *quis tu* l., p. XXII et XXXIIII.

76, 23 *is qui*] *quis* l, p. XXII.

78, 16 *pariunt — demergunt*] *pariant — demergant* l., p. V.

80, 6 *ex*] cf. p. XXXIII.

80, 10 *uirtute*] *uirtutem* fort., cf. p. XVIII.

81, 2 *qualesque*] cf. p. XXX.

83, 27 *aedificauerit*] cf. p. XXXVII.

88, 12 *quando*] *qui* fort., cf. p. XXXI.

97, 31 *haeresis*] *haerere* fort., cf. p. XVII.

98, 17 *alia*] cf. p. XVIIII.

100, 21 *et tu — delegissemus*] cf. p. XXX et XXXIIII.

104, 8 post *innocentem* pone punctum.

104, 30 *Iosafat*] *Iosafae* l.

107, 23 *Scariothem*] *Scariotham* l., p. XXII.

108, 17 *inimicos*] cf. p. XXVI.

109. 21 *times — transferre*] *temet — transferes* l., p. XXX.

113, 14 *punire*] *puniri* fort., p. XXVII.

113, 26 *quia sint*] cf. p. XXV.

114, 31 *ibera*] *libera* l.

115. 18 *male facere*] *malefacere* l.

115, 22 *arguamus, te* fort. p. XV.

122, 15 *suos*] *uos* l., p. XX et XXXIIII.

124. 16 *bono* exp., p. XII.

124, 27 *Constanti*] *Constantius* l., p. XXVI.

125, 31 *cur es*] cf. p. XXXII.

126, 1 *carcere*] *carcerem* l., p. VI.

128, 10 *exemplum*] cf. p. XXVII.

129, 21 *qui aestimari*] cf. p. XXXIIII.

130, 11 *sanguinis*] *sanguinum* fort., cf. p. XXII.

131, 13 *aut*] cf. p. XVIIII.

131, 14 *aut, si*] *, aut si* l.

134, 9 *ueritatem*] cf. p. XVIIII.

135, 6 *increpat*] cf. p. XXXVI.

136, 23 *desinis*] *desis* l., p. XVIII.

137, 14 *interficit — nescit*] cf. p. XXXVI.

141. 13 *impium dei cultorem, cum*] *impium, dei cultorum cum* l., p. VI.

141. 16 *increpationem* fort., p. XXV.

143, 14 *pertexerint*] in notis l.: *praetexuerint* fort. Sed *pertexerint — caligine* praestat. cf. p. XXIII.

144, 27 et 145, 3 *meridie* fort., p. VI.

pag.

145, 8 *diaboli. si — tui, possumus*] *diaboli, nisi — tui. possumus* l., p. XX.
146, 24 *dei, uerum*] comma dele.
147, 4 adn. post *num es ex V* intercidit.
150, 16 *iustitia* ⟨*in*⟩ *dei — et* ⟨*a*⟩ *iustitiae*] *iniustitiam dei — et iustitiae* l., p. XIII.
151, 14 *qui*] recte, cf. p. XXXI.
152, 15 *sicut*] cf. p XXXII.
152, 27 *a scribis*] cf. p. XVIIII.
155, 29 *abortauerit* l. pro *abortiuerit*.
157, 12 *damnante te*] cf. p. XVIIII.
161, 24 *misceremur*] cf. p. XIIII.
162, 5 *misisse*] cf. p. XXXVII.
162, 6 *uos*] cf. p. XXXII.
162, 20 *faces*] cf. p. XVIIII.
165, 1 *a deo*] cf. p. XXXIIII.
165, 2 *nunc*] cf. p. XXXII.
165, 13 *si*] cf. p. XVIIII.
168, 1 *contecto*] *amicto* fort., p. XXX.
170, 25 *et*] *ut*, p. XXXIII.
170, 29 *quia*] cf. p. XXXI.
173, 21 *ut*] cf. p. XXXIII.
173, 25 *homicidae crimen*] *homicida esse* l., p. VIIII.
176, 27 *dei* l. pro *de*.
177, 1 *sacerdotem* l., p. VI.
179, 21 adn. *21* l. pro *22*.
179, 23 *quid*] *qui* l., p. XXX.
180, 10 *conuinceres*] cf. p. XXIIII.
181, 8 adn. *eritis* l. pro *estis*.
181, 21 *constitueris*] cf. p. XXIIII.
181, 25 *hodieque*] cf. p. XVIII.
186, 17 *quae*] cf. p. XXX.
186, 22 *contra glutientes* l. pro *contraglutientes*.
188, 26 *sententia*] cf. p. XXXVII.
188, 31 *progenie*] cf. p. XVIIII.
189, 22 *liberare*] cf. p. XXVII.
190, 8 *negas*] cf. p. XXI.
190, 10 *duxisti* fort., p. XXXIIII.

pag.

191, 32 *si*] cf. p. XX.
192, 11 *positos*] cf. p. XVII.
195, 14 *monstrabamur*] cf. p. XXV.
195, 16 *quae*] cf. p. XXXV.
196, 21 *praeberi* fort., p. XXVII.
199, 11 *sin*] cf. p. XX.
201, 3 *tecum — circumferri*] cf. p. XXVII et XXXV.
203, 22 *nisi*] *sed* l., p. XX.
204, 25 lacunae signum exp., cf. p. XII.
216, 27 *an numquid*] cf. p. XXXV.
217, 23 *es*] cf. p. XXI.
218, 10 *fuerunt tibi*] cf. p. XXXVII.
218, 13 *audimus* exp., p. XII.
218, 18 *haec*] cf. p. XXXII.
220, 14 *negator — sacrilegus*] cf. p. XXVI.
221, 6 *digni*] cf. p. XXVIII.
224, 20 *quid cognoscis*] cf. p. XIIII.
224, 24 *possis*] cf. p. XXVIIII.
225, 7 *imitator es*] cf. p. XXXV.
227, 16 *fili* l. pro *filii*.
229, 31 *et mandata — an*] cf. p. XXXIII.
231, 23 *fac tu*] cf. p. XXXV.
232, 19 *quid*] cf. p. XXXI.
232, 26 *nosmet nobisque*] cf. p. XXXI.
239, 23 *et*] *etc.* fort., cf. p. XXXIIII.
242, 1 *quem*] cf. p. XIIII.
248, 9 adn. *quod* l. pro *quid*.
249, 2 *repraesentauerit*] cf. p. XIIII.
251, 6 *tu tibi*] cf. p. XXI.
252, 4 *inuitante*] cf. p. XVIIII.
254, 3 *qui* fort. rectius. — *enim*] cf. p. XXXII.
255, 22 *habes*] *habens* l., p. XV.
257, 21 *adolescentem non intendentem* l., p. XII.
259, 13 *reccideriut* l., p. VI.
259, 21 *semper*] cf. p. XXVIII.
262, 26 *pronuntiaritis*] cf. p. XXIII.
263, 19 *possetis*] cf. p. XXVIIII.
265, 20 *iudicari* fort., p. XXVIII

pag.

268, 1 *si*] cf. p. XX.

268, 7 *possim*] cf. p. XXVIIII.

268, 24 post *spiritu* pone comma pro puncto.

268, 27 *uenire*] *saeuire* fort. p. XXX.

269, 12 *destitutis*] *deuestitis* fort., p. XXXVII.

272, 21 comma dele, cf. p. XXXVI.

277, 18 *domini* lege pro *dominis*.

277, 21 *ducere* fort., p. XXIIII.

277, 28 *inueneris* fort., p. XXVIIII.

281, 16 *aduertis* fort.

282, 14 *quem*] *quae* fort., p. XXXI.

282, 24 *enim*] *ei* fort., p. XXXII.

284, 13 *temet*] cf. p. XXX. ib. in. adn. l. *tumes* et l. 19 *transitorum*.

284, 22 *defendere*] cf. p. XIIII.

286, 13 *imitatore*] cf. p. XVIIII.

286, 15 *utique*] cf. p. XVII.

290, 28 *beluae* fort., p. XXV.

291, 32 *qui*] cf. p. XVII.

293, 26 *pereamus* fort., p. XXII.

295, 25 *seruis*] cf. p. XXI.

297, 4 *expugnata*] cf. p. XXXVI.

298, 29 *poenarii*] cf. p. XXV.

301, 29 *crudior*] cf. p. XXXVI.

302, 22 *audire*] cf. p. XXVIII.

302, 27 *conuertere*] cf. p. XVII.

pag.

306, 20 et 23 *ethnicalium*] cf. p. XXXV et XXXVI. ib. l. 23 *hausistis* fort.

306, 29 *ut tu*] cf. p. XXXVI.

307, 32 *uideremur*] cf. p. XXV.

309, 6 *furere*] cf. p. XVII.

310, 8 *qui*] cf. p. XVII.

310, 22 *et uis*] cf. p. XXXV.

310, 24 *maior umquam*] cf. p. XXXV.

312, 8 *sapientia erecti*] cf. p. XXXV.

312, 18 *te metuere*] cf. p. XXXV.

312, 26 *sed*] cf. p. XVIII.

313, 23 *dolor*] cf. p. XXI.

314, 14 *insiliant* l. pro *adsiliant*, p. XXXVII.

314, 15 *subtiliore*] cf. p. XXV.

315, 14 *a uisa* l. pro *ad inuisam*, p. XXXVII.

320, 26 *crudos* fort., p. XXXVI.

330, 3 *sententiis, quale* l. (comma intercidit).

330, 21 *essent*] cf. p. XVIII.

349, col. 1, lin. 24 *256, 7* l. pro *319, 7*.
ib. l. 34 *256, 7* l. pro *356, 2*.

351, col. 1, lin. 10 dele *267, 17*.
ib. l. 30 *213, 4* l. pro *113, 4*.

352, col. 1, l. 27 *80, 10* l. pro *30, 10*.

Scribebam Vindobonae hieme anni 1885/6.

Guilelmus Hartel.

LVCIFERI EPISCOPI CALARITANI

OPVSCVLA.

V = cod. Vaticanus 133. membr. saec. IX—X; cf. Reifferscheidii bibl. patr. lat. it. I p. 383.

v = editio princeps Paris. a. MDLXVIII.

Scripturae in adnotatione critica signo non addito adlatae codicis Vaticani sunt.

I.

DE NON CONVENIENDO CVM HAERETICIS.

I. Cum omnibus perniciosis tuis conatibus aduertisses itum obuiam cumque omnia machinamenta contra dei ecclesiam tua repperisses cuncto dei populo reuelata, dixisti nos fuisse atque esse inimicos pacis, hostes unitatis, aduersarios etiam fraternae caritatis. si inter dei cultores et eius religionis inimicos nihil esse debet inter, cur Moyses tempore quo uidit populum illum carnalem Iudaicum, cuius tu sapientiam tenes, idololatriae incurrisse reatum, posteaquam gladio certos percuti fecit, etiam stationem suam segregatam esse uoluit? quae ita esse accipe scriptum: *et dixit dominus ad Moysen: dic filiis Israel, uos populus durae ceruicis, uidete ne aliam plagam inducens super uos deleam uos. nunc ergo deponite stolas gloriae uestrae et ornamentum, et ostendam quae facturus sum uobis. et abstulerunt filii Israel ornatum suum et stolas a monte Choreb, et sumens tabernaculum Moyses fixit illud extra castra, longe a castris, et appellatum est tabernaculum testimonii, et fiebat ut omnis quicumque quaerebat dominum ibat ad tabernaculum testimonii foras extra castra. cum autem egrediebatur foras de tabernaculo Moyses, stabat omnis populus speculantes unusquisque ad ostium tabernaculi sui. considerabant euntem Moysen, usque dum introiret tabernaculum; mox autem intro-*

12 Ex. 33, 5—11

2 INCIPIT DE NON CONUENIENDO CUM HERETICIS *V*; ad Constantium Imperatorem *add. v* 4 macinamenta *m. 1* 9 idololatriam 13 dure *et ita non raro, in quibusdam uocabulis fere constanter* ae *pro* e *uel* e *pro* ae 16 corep 17 ctstra *m. 1* 19 adbernaculum *m. 1* 20 egrediaebatur 23 moyse‖nusq; (s *eras. uidetur)* autem] cum *add. v*

isset in tabernaculum Moyses, descendebat columna nubis et stabat in ianua tabernaculi et loquebatur Moysi, et uidebat omnis populus columnam nubis stantem in ianua tabernaculi, et stans totus populus adorauerunt unusquisque ad ostium tabernaculi, et locutus est dominus ad Moysen palam in palam, quemadmodum quis loquitur ad amicum suum. minister autem Hiesus filius Naue iunior non exiebat de tabernaculo. per quod factum ostensum est uos in deum peccantes uitandos secedendumque esse a uobis. sed inquit: ecce Moyses licet alio in loco habuerit tabernaculum, tamen non deseruit populum, sed hortatus est eos corrigere uias errorum suorum deo propitio. nec hi qui tuo sacrilegio misceri recusauerunt desunt ab his officiis; dici etenim tibi cognoscis, nisi uias correxeris tuas, quod sis in aeternum periturus.

II. Id quod ergo intendere coeperamus quo penitus possumus perducere ad probationem, quotiens murmurauit populus contra deum et insurrexerunt in Moysen, legisti deum dixisse ad Moysen et Aaron: *secedite e medio populi huius indisciplinati, contumaces, et disperdam eos ego.* quid igitur nos uult facere nisi ut uos indisciplinatos et contumaces fugiamus, ne simul uobiscum sicut illi qui cum Chore Dathan et Abiron fuerant coadunati pereamus? aut negabis te indisciplinatum atque contumacem? respice actus tuos circa domini exhibitos ecclesiam, et inuenies quam sis indisciplinatus atque contumax. in Deuteronomio dicit Moyses: *non ponetis ad eos testamentum neque misereamini eis, neque tradetis eis filias uestras nuptum neque dabis filio tuo filiam illius; seducet enim filium tuum a me et seruiet diis alienis. et irascetur ira dominus in uos et exterminabit te cito.* cum haec mandet fieri, quomodo possumus uobiscum conuenire, uobiscum pacem habere, cum negatoribus unici dei filii? quomodo potueramus istam tuam implere uoluntatem? cum deum uideas dixisse per Moysen

18 Num. 16, 21 25 Deut. 7. 2. 3

7 exibat *v* 9 inquis *fort.* 15 paenitus 17 legisti *v*, dixisti *V* 18 aron *m. 1* indisciplinati et *v* 19 contumacis *Vv* 21 core abiran 26 eis *scripsi*, eius *V*, eorum *v* nubtum 27 seduceet

de Moabitis, Ammonitis: *non salutabitis eos pacifice omnibus diebus uitae tuae usque in aeternum.* quomodo simul esse Arriani et Christiani potueramus? cum audias Moysen dicere: *non erit adultera ex filiabus Israel,* et omni commoneat loco ut omnis adulter interficiatur productus ad portam lapidibus: *et tolletis,* inquit, *inicum a uobismet ipsis.* si carnale adulterium dicit ita execrari deum, ut iusserit omnes puniri adulteros, quanto magis adulterium uestrum spiritale execretur dominus necesse est, unde et fueratis atque estis fugiendi. cum apostaticis non potueramus conuenire Christiani, quando dixisse inueniamus spiritum sanctum per Moysen: *aperiet tibi deus thesaurum caelestem optimum dare tibi pluuiam terrae tuae, in tempore benedicet opus manuum tuarum omne, fenerabis gentes multas, tu autem non feneraberis et proeliabis gentes multas, te autem non expugnabunt, constituet te dominus deus tuus in caput et non in cauda, et eris supra et non subtus, si audieris mandatum domini dei tui, quodcumque ego mando tibi hodie custodire et facere, et non discedere ab omni sermone quem ego mando tibi hodie dextra aut sinistra.* quomodo cum pseudoepiscopis sectae tuae Arrianis nobis poterat conuenire, quando uideas non nos benedictos esse potuisse, nisi quia non abierimus post idololatriam tuam, nisi quia execrati fuerimus haeresim uestram Arrianorum, sicuti et omnium execramur haereticorum, nisi quia tales uos iudicauerimus atque habeamus quales et ethnicos, cultores uidelicet omnium daemonum, nisi quia sic te fuerimus abominantes quomodo et Iudaeos, qui inueniuntur esse sine deo, ex quo unicum negauerint filium dei? apud Hiesum Naue, *at ubi audiuit,* inquit, *populus uocem tubarum, iubilauit uniuersus populus iubilo*

1 Deut. 23, 6 4 ib. 17 6 ib. 24, 7 11 ib. 28, 12. 13 28 Ios. 6, 19–22

1 moabitidis ammanidis 4 adulter 8 exsecretur *Latinius,* exsecratur (*s e.r* c *corr.*) V 10 conueniri 12 thesauro caeleste 17 mandatis *scr. Coleti* 18 mandabo *r* hodiae *sic plerumque in hac voce* 20 arrianis *sic longe plurimis locis duabus, raro una* r *nomina* Arrius Arrianus *exh. V, quod semel monuisse sufficiat* 24 hereticorum *ita saepius* 25 &thnicos

magno, et ceciderunt uniuersi muri ciuitatis in circuitu, et ascendit uniuersus populus in ciuitatem unusquisque coram aduersariis suis et inuaserunt ciuitatem et anathematizauerunt eam et quaecumque erant in ciuitate, a uiro usque ad mulierem, a iuuene usque ad senem et usque ad uitulum et usque ad subiunctorium occiderunt in ore gladii. et duobus iuuenibus qui explorauerant dixit Hiesus: introite in domum mulieris et producite eam et quaecumque sunt eius. et introierunt duo iuuenes, qui explorauerant ciuitatem, in domum mulieris et eduxerunt Raab meretricem et patrem eius et matrem et fratres eius et quaecumque erant illius et omnem cognationem eius, et deduxerunt eam foras extra castra Israel, et ciuitas incensa est igni cum omnibus quae erant in ea, et infra: *Raab meretricem et omnem domum patris eius uiuificauit Hiesus, et commorata est in Israel usque in hodiernum diem.* quando igitur uideas omnes in ciuitate Hiericho inhabitantes ore punitos gladii. omnem incensam ciuitatem. quomodo putasti nos potuisse tecum conuenire cum haeretico. quandoquidem plus te atque tuos dignos esse anathema, quam illi fuerant. aduerteremus? quomodo potueramus cum pseudoepiscopis sectae tuae conuenire Arrianis. quando uideas nullum ad uitam reseruatum in ciuitate in qua idololatres morabantur nisi tantum Raab. propterea quod crederet esse dominum nostrum totum potentem, idololatriam uero, in qua confidebat populus in Hiericho constitutus. quod fuisset errore inuenta humano?

III. Quomodo potueramus uobiscum conuenire. quando in Regnorum tertio scriptum sit libro nec domos uestras esse calcandas nec cibos uobiscum sumendos neque aquam accipiendam a uobis? haec ita esse aperit sacra scriptura: *et factum est,* dicit de illo coapostata tuo. *uerbum hominis dei.* et infra: *et extendit manum suam ad aram dicens: adprehendite eum, et arida facta est manus regis, quam extendit*

14 Ios. 6, 24 29 III Reg. 13, 4 31 ib. 4—9

2 corum 6 subiunctori$\overset{\tilde{u}}{\text{o}}$ 11 quecumq; 18 nos] non 22 ciuita^{te} idololatrae *v* 24 idololatria *exspectes* 30 quoapostata uerbum *v*, uerba *V*

in eum, et non potuit reducere eam ad se, et sacrarium ruptum est et effusa est pinguedo eius a sacrario secundum quod dixit homo dei in uerbo domini. et respondit rex et dixit homini dei: roga a facie domini dei tui, ut reuertatur manus mea ad me. et rogauit homo dei faciem domini, et reuersa est manus regis ad eum, et facta est quemadmodum primum. et locutus est rex ad hominem dei et dixit: intra mecum in domum et prande, et dabo tibi munera. et dixit homo dei ad regem: nec si mihi dimidiam domum tuam, non intrabo tecum nec manducabo panem nec bibam aquam in hoc loco, quoniam sic praecepit mihi dominus in uerbo dicens: non manducabis panem et non bibes aquam, et non reuerteris in uia qua iueris in ea. quomodo uobiscum poteramus conuenire ad deum adorandum, cum iste homo dei qui a deo obiurgandum Hieroboam regem fuerat missus quoniam per illum, qui dictus est propheta, circumscriptus fuerit, tam grauis circa illum uindicta processerit? *et abiit,* inquit post haec scriptura de illo homine dei, *per aliam uiam et non est reuersus per uiam quam uenerat in Bethel, et uenerunt filii eius et nuntiauerunt ei omnia opera quae fecerat homo dei die illo in Bethel et uerba quae locutus est regi, et auerterunt faciem patris sui, et locutus est ad eos pater eorum dicens: qua uia abiit? et demonstrauerunt filii eius uiam per quam ierat homo dei qui uenerat ex Iuda, et dixit filiis suis: sternite mihi asinam; et strauerunt ei, et ascendit super illam et abiit post hominem dei et inuenit eum sedentem sub arbore ilicis et dixit ei: si tu es homo dei qui uenisti ex Iuda? et dixit: ego sum. et dixit ei: ueni mecum et manduca panem; et dixit: non possum reuerti tecum neque manducare panem*

17 III Reg. 13, 10—28

9 dimidiam] dares *add. uers. ant.*, des *Latinius* 12 manducamus panem *ex* manducamus anem *corr. m. 1* bi-bes 13 uia (i *ex* u) iberis *V*, ibis *r* potueramus *r* 14 ad obiurgandum *exspectes, sed cf. Eugippii Vit. Seu. V 3* uirum dei misit consulendum 15 fuerat *r*, fuerit *V* 16 dicturus *Vr, em. Latinius* 18 homini 19 qua *r* et — *l. 22* auerterunt *in ras.* 20 operaque 21 in die illo bethel 23 habiit

neque bibere aquam in hoc loco, quoniam sic praecepit mihi in uerbo dominus dicens: non manducabis panem ibi et non bibes aquam ibi et non reuerteris inde per uiam quam ieris. et dixit ad eum: et ego prophetes sum sicuti et tu, et angelus locutus est ad me in uerbo domini dicens: reduc eum ad te in domum tuam, et manducet panem et bibat aquam. et mentitus est illi et reduxit eum, et manducauit panem in domo eius et bibit aquam, et factum est sedentibus illis ad mensam uerbum domini ad pseudoprophetam qui reduxit eum, et dixit ad hominem dei qui uenerat ex Iuda dicens: haec dicit dominus propter quod exacerbasti uerbum domini et non custodisti praeceptum quod praecepit tibi dominus deus tuus, et redisti et manducasti panem et bibisti aquam in hoc loco, de quo locutus est ad te dicens: non manducabis panem neque bibes aquam; ideo non intrabit corpus tuum in monumentum patrum tuorum. et factum est, postquam manducauit panem et bibit aquam, et strauerunt ei asinam et reuersus est et abiit, et inuenit eum leo in uia et occidit eum, et erat corpus eius proiectum in uia, et asina stabat ad eum et leo stabat ad corpus ipsius, et uenerunt uiri ciuitatis illius et locuti sunt in ciuitate ubi prophetes senior habitabat in illa, et cum audissent qui reduxerant eum de uia, dixit: hic est homo dei qui exacerbauit uerbum domini; et abiit et inuenit corpus eius proiectum in uia. et asina et leo stabat super corpus eius et leo non edit corpus illius neque insiluit in asinam. si illi hoc repraesentatum est, cur manducasset panem et potum sumpsisset aquae in loco profano apud homines alienigenas, quid nobis repraesentatum fuisset, si tecum, quem scimus haereticum, quem nouimus esse negatorem unici filii dei, ut desiderabas, copulassemus amicitias, si uobiscum Arrianis precem fudissemus, si denique passi nos fuissemus omnia quae celebramus domini sacerdotes cum pseudoepiscopis Arrianis tuis celebrare? interea sic te fuisse ad nos circumscribendos inmissum, ut ad illum dei hominem fuerit

4 prophetis sicut *v* 5 reduc* (e *eras.)* 17 ei *s. l. m. 2*
26 representatum *(e pro* ae *in hac uoce plerumque)* 27 sumsisset *m. 1* aput 31 passi *scripsi,* passos *Vv* 32 caelebramus

ille pseudoprophetes, debes repetens actus tuos cognoscere amarissimos; ut enim ille cum fuisset pseudopropheta, prophetam se esse dicebat ad circumueniendum innocentem, ita et tu cum non sis Christianus, sed sis Arrianus, finxisti te Christianum ad nos inretiendos. deinde cum pacem semper habuerit domini ecclesia et uos atque omnium sectarum haereticos foras abiecerit, dixisti: *pacem uolo firmari in meo imperio*, cupiens uiolare in nobis pacem dominicam, scindere desiderans dei populum, procurans haeresi tuae, ad quam nos omnes facere sis optans transitum: sic mentitus es dei te fuisse hominem, quando hanc pacem facere te salutis nostrae causa dixisti, quomodo et ille pseudoprophetes qui dicebat: *redi mecum, quia et ego prophetes sum domini, et dixit mihi angelus.* sic, inquam, mentitus es, quando dixisti quo potuisses deo placere hoc te adgressum facere, siquidem tu singulos catholicos episcopos communioni iungere fueris laborans Arrianorum.

IIII. Quomodo tecum ac cum tuis coarrianis potuit conuenire Christianis, quando ad Iosaphat regem deum haec dixisse cernas, cur Achab idololatrem in amicitias acceperit, cur ad bellum cum domini processerit inimico? posteaquam etenim ille Achab consacrilegus tuus secundum uerbum dei fuisset in bello letali percussus plaga et Iosaphat, quia ex toto corde ad deum proclamauerat, fuisset domui suae repraesentatus, loquitur scriptura sancta exisse ante faciem eius Ieu filium Anani, qui fuerit uidens, atque dixisse talia: *si peccatorem illum adiuuis et eorum qui oderunt dominum amicus es, in hoc super te irae a facie domini, sed sermones boni inuenti sunt tecum, quoniam abstulisti lucos de terra et parasti cor tuum ad requirendum dominum.* si illi haec dicuntur, quae nobis dicerentur, si tecum cum haeretico dei aduersario amici

13 III Reg. 13, 18 26 II Par. 19, 2. 3

3 circueniendum 6 ecclesia/// 9 atquam 10 obtans 12 pseudoprophetis 13 prophetis 14 es *ex* est *corr.* 19 dm̄ F, dominum *r* dixisses 20 acab idolatrem F, idololatram *r* 26 annani 27 adiuuas *r* 29 abstilisti 31 cum *om. r*

esse maluissemus? aut numquid dicere audebis: *ego non sum dei inimicus, ita ut fuit Achab rex Israel?* quomodo non es inimicus, qui eadem agas quae egit Achab? cum sic sis inpugnans religionem dei, sicut ille inpugnauerit, sic persequaris domum eius, sicut ille persecutus sit. quomodo tecum ac cum tuis potuit nobis conuenire, cum isti deo deuoto regi, cur Ochoziae regi Israel iunctus fuisset in amicitiis, fuerit per prophetam increpitum a deo? *et iunxit*, inquit, *amicitiam Iosaphat rex Iuda cum Ochozia rege Israel, ipse inique coepit facere et communicauit eum secum ut faceret naues, quibus iret in Tharsis. et fecit naues in Asion Gaber, et prophetauit Eliezer filius Oziae ex Marea super Iosaphat dicens: in eo, quod communicasti Ochoziae, confregit dominus operam tuam, et contritae sunt naues tuae et non poterunt ire Tharsis.* si illi illa dicuntur a domino, quod ad fabricam nauium socium habuisset uiae perditionis regem, quid nobis dici posset, si te destructorem domus eius, te catholicae fidei persecutorem amicum dei sacerdotes haberemus? si illius operam confregit, cur iniquo fuisset iunctus, uero nos iam ipsi fulmine fuissemus credo dissipati, cur tibi blasphemo nosmet iunxissemus. quomodo potueramus nos, cum simus serui dei, uos uero serui diaboli, in unum conuenire, quando sic inter nos et uos separatum esse uoluerit deus, quomodo inter lumen et tenebras, inter uitam et mortem, inter dulce et amarum, quomodo inter sanctos angelos dei qui sunt semper clementiam eius magnificantes et inter illos apostatas quos in aeternum tecum uisurus eris torqueri, nisi temet eripueris ab eis? quomodo, inquam, nos uobiscum esse potueramus dei serui cum seruis antichristi? quando Amasiae regi fuerit dictum a deo in secundo Subrelictorum libro: *non ibit tecum exercitus Israel, quia non*

8 II Par. 20, 35—37 30 ib. 25, 7. 8

4 inpugnas (n *supra* s) 8 increpitus *V*, increpatum *v* 9 iosaphat; *sic l. 12* israhel (*plerumque* isrł) 10 cepit eum *exp. Tilius in notis* ut *v*, et *V* 11 thar | (gis *supra*) Gabar *v* 14 potuerunt *fort.* irae 15 sotium 20 ccedo *m. 1* iuncxissem, 24 dulcem 29 fuerat *v*

deus cum Israel, omnes filii Ephrem, quia si te existimaueris praeualere in istis, in fugam conuertet te dominus ante inimicos. quia est uirtus a domino. quonam modo resisteremus contra diabolum, si in tanto scelere uestro curreremus uobiscum cum hostibus dei. cum hominibus inuentis sine notitia dei, cum deum non habentibus, in quos cateruam sciamus esse daemonum? neque enim potestis uos esse negatores unici filii dei sine daemoniis, cum blasphemare uos non faciant nisi illi qui uestra caecauerint corda, ne uidelicet possit a uobis ueritas conprehendi.

V. Numquidnam potueramus in uestra demorari parte, consentire uestris flagitiosissimis meditationibus, cum per Dauid gloriosum dicat spiritus sanctus non esse beatos nisi eos qui se abstraxerint a uobis unici filii dei negatoribus. eos qui serpentinis cogitationibus uestris non se miscuerint beatos tantum mansuros? *beatus qui non abiit in consilio impiorum et in uia peccatorum non stetit et in cathedra pestilentiae non sedit.* quomodo esset uobis et nobis unius loci conuenticulum? cum audias item Dauid dicere in psalmo sexto: *discedite a me, qui operamini iniquitatem.* si non operamini Arriani iniquitatem, iudica tu princeps in sacrilegio Arrianorum, qui cum dicamus nos Christianos, horribili animositate persequeris. recte igitur scias nos fecisse recedendo a uobis deo odibilibus. quomodo etenim nos in coetu uestro omnibus facinoribus infecto manere et non uos pestes ac lues fugere decuerat? cum dicat ex persona populi nostri in uicesimo quinto psalmo: *quoniam misericordia tua ante oculos meos est, et conplacui in ueritate tua. non sedi in concilio uanitatis et cum iniqua gerentibus non introibo, odiui ecclesiam malignantium et cum impiis non sedebo.* si non est concilium

16 Ps. 1, 1 27 Ps. 25, 3

1 effrem 3 quonam modo *scripsi,* qm̄ modo *V (i. e.* quoniam modo), quomodo *r* 7 demonum *m. 1* 9 cecauerint *et saepius in hac uoce* 10 nobis *r* 11 numquitnam 16 habiit 23 nos· (t? *eras.*) 24 cetu 29 ecclesia 30 concilium *v,* consilium *V*

uestrum uanitatis. conuince me. non est uanum concilium, in quo omne consilium non est, nisi ut dei negetur filius, ut deus pater non esse uerus pater defendatur, ut spiritus sanctus paracletus non esse uerus dei spiritus adseueretur, ut apostolica atque euangelica traditio destruatur, ut traditio Arrii firmetur? in quo concilio nihil aliud firmatur, nisi quod omnibus haereticis et ethnicis atque Iudaeis possit laetitiam conquirere magnam; gaudent cuncti dei religionis execratores, quod enim te uideant imperatorem uoti sui rem exequentem, quod enim te extitisse unici filii dei negatorem et eius seruorum aduertant persecutorem. hoc est concilium quod magnopere omnibus uiribus imperii tui solitus es adunare, ad hoc utique ut omnis auctoritas scripturarum sacrarum tui imperii auctoritate soluatur, ut omnis sepeliri possit ueritas, ut mendacia detestandae commentationis uestrae possint uideri uera. haec sunt meditationis uestrae in illo egregio concilio per tuam adunato potentiam. propterea odis nos, quia concilium uestrum malignantium exsecremur, propterea in exilio sumus, propterea in carcere necamur, propterea nobis solis prohibetur conspectus: idcirco reclusi in tenebras custodimur ingenti custodia. huius rei causa nullus ad nos uisendos admittitur hominum, quia uidelicet noluerimus uobiscum impiis sacrilegis ullam scelerum uestrorum habere societatem, uobiscum de quibus ex nostra persona directa est obsecratio ad deum, ne scilicet uobiscum degentes simul periremus, sed fuissemus segregati de uestro nefario concilio, de uestra iniqua conspiratione. ait enim in uicesimo septimo psalmo: *exaudi, domine, uocem deprecationis meae, cum oro ad te, cum extollo manus meas ad templum sanctum tuum, ne simul trahas cum peccatoribus animam meam et cum operantibus iniquitatem*

27 Ps. 27, 2—4

1 consilium *Vv* 5 atque *V*, et *v* 6 aliut 8 cunti *m. 1* execretores *m. 1* 14 mendatia *ut saepius* 15 uidere 16 meditationes *fort.* 19 carce^re 22 uoluerimus 25 uob̄cum (uob̄ *in ras.*) *V*, *om. v*

ne perdas me, cum his qui locuntur pacem cum proximo suo, mala autem sunt in cordibus eorum. da illis secundum opera illorum et secundum nequitiam studiorum ipsorum, secundum operationem ipsorum manuum tribue illis, redde retributionem eorum ipsis. propterea odimur a te, Constanti, quoniam noluerimus haec dici de nobis, quae dicantur ore prophetae de te ac tuis propter nequam uestram operam. quae dicantur de Iudaeis quorum imitator extiteris. si non es tu Constantius imperator, qui finxeris pacem te facere, ut fuerunt mala cogitamenta, nisi ut dei negatus fuisset filius, nisi ut apostolica atque euangelica fides fuisset destructa, aedificata uero fuisset Arriana haeresis uestra, nisi ut omnes tibi non adquiescentes fuissent deportati, proscripti, uarie excarnificati, ad ultimum interfecti? et idcirco spiritus sanctus te ac tuos designans pariter ac percutiens dicit ex persona populi nostri: *cum operantibus iniquitatem ne perdas me, cum his qui locuntur pacem cum proximo suo, mala autem sunt in corde eorum.* nobis dicebas: *pacem uolo fieri*, et in corde tuo manens aduersarius religionis nostrae cogitabat per te facere nos idololatres; unde et uere recepturus eris secundum operam tuam, secundum nequitiam studiorum uestrorum, nisi tibi feceris esse prospectum. uitauimus ac sumus uitantes consilium uestrum, quod contra deum factum est ac fit. quorum tunc iam uidens meditationes spiritus sanctus dixerit ore Dauid in tricesimo secundo psalmo: *dominus dissipauit consilia gentium, reprobat autem cogitationes populorum et reprobat consilia principum.* consilia uero uestra contra suam prolata ecclesiam reprobat deus; nec enim potest odire populum suum, hereditatem suam, et amare uos filios pestilentiae, uos persecutores seruorum suorum.

16 Ps. 27, 3 25 Ps. 32, 10

2 suo *ex* tuo *m. 2* 6 q̅m *in ras.* 9 costantius 11 dettructa *m. 1* 12 heresis *fere constanter* uestrę 13 uariae 16 cum *v*, qui *V* 20 idololatras *v* 23 concilium *fort.* 25 xxxmo 28 prolatam

VI. Dixisti: *facite pacem cum episcopis sectae meae Arrianis, et estote in unum*; et dicit dei spiritus per Salomonem in Prouerbiis: *uias impiorum noli, noli exequi neque aemuleris uiam iniquorum, in quocumque loco exercitum constituerint, ne superuenias illuc. declina autem ab ea et demuta*; *non enim dormient, nisi male fecerint; ablatus est enim somnus ab eis, et non dormiunt. hi enim cibantur cibis impietatis, uino autem iniquo inebriantur. nam uiae iustorum similiter ut lux fulgebunt, procedunt et inluminant, donec corrigat dies. uiae autem impiorum tenebrosae, nesciunt quomodo offendunt.* quomodo uobiscum Arrianis societatem poteramus habere, cum adulteris spiritalibus? qui scriptum retineamus: *noli te intendere fallaci mulieri*; *mel enim distillat a labiis mulieris meretricis, quae ad tempus inpinguat fauces tuas, nouissime autem amarius felle inuenies et acutius magis quam gladius ex utraque parte acutus; insipientes autem pedes deducunt utentes ea cum morte ad inferos.* sed quid dicis haec propter carnis adulteria dicta? si propter carnis adulteria esse adstruis haec dicta, quanto magis fugiendi uos estis spiritales adulteri, ne per Arrianam haeresim uestram meretricem spiritalem haec super nos quae dicuntur ueniant? dulce etenim quibusdam uidetur quod tibi regi in amicitias iungantur suscipiendo haeresim tuam, sed amarius felle sensuri, cum tecum torqueri in perpetuum coeperint in perpetua gehenna sentire qui tecum esse delegerunt, tunc dicturi: *uae nobis qui Constantium imperatorem deo praeposuerimus.* conuenire nobis et uobis quomodo potuerat? cum infra dicat adhuc Salomon: *eice de consilio pestilentiam, et exiet cum illo contentio*, et: *ne imitatus fueris malos uiros neque desideres esse cum illis*; *falsa enim meditatur cor eorum, et dolores labia eorum locuntur*,

3 Prou. 4, 14—19 13 ib. 5, 3—5 28 ib. 22, 10 28 ib. 24, 12

5 demuta *V*, deuita *v* 12 nolite *v*, *μὴ πρόσεχε LXX* 14 inpingat *m. 1* 16 insipientiae *coni. Latinius; τῆς γὰρ ἀφροσύνης οἱ πόδες κατάγουσι τοὺς χρωμένους αὐτῇ LXX* 19 fugienti *m. 1* 22 quotibi 24 gehenne 28 pestilentem *v* illa *fort.* 30 meditantur

et: *noli adplicare impium ad pascua iusti, neque seducaris saturitate uentris. septies enim cadit iustus et resurget, impii autem infirmabuntur in malis.*

VII. Cum superbis et praeuaricatoribus, cum eis qui uolueritis cum Iuda Scarioth inueniri quam cum beatissimis prophetis apostolis atque martyribus quomodo esse possumus? cum audiam in centesimo psalmo: *deambulabam in innocentia cordis mei in media domo tua. non proponebam ante oculos meos rem malam, facientes praeuaricationes odiui, non adhaesit mihi cor prauum, declinantes a me malignos non agnoscebam; detrahentem aduersus proximos suos occulte, eum persequebar; superbo oculo et insatiabili corde, cum hoc simul non edebam,* et in psalmo centesimo octauo decimo: *iniquos odio habui et legem tuam dilexi.* cum sitis iniqui, quippe negatores unici filii dei, cum odiri uos oporteat a nobis, propterea quod uiam ueritatis relinquentes conprehenderitis omnium errorum, propterea quod relinquentes lumen ire delegeritis in exteriores tenebras, quomodo tibi capiti nefando, tibi dei domus destructori, omnium iniquitatem operantium fomiti, potueramus esse carissimi? quomodo familiares amici, ut sunt Valens, Vrsacius, Epictetus, Saturninus et ceteri? e quo numero tametsi uiderint in quam inciderint foueam, certi tamen tecum deligerent interire, dummodo regni tui inanem pulchritudinem una perfruantur tecum. nos quomodo tecum esse potueramus, qui ista quae illi tecum frui elegerunt habeamus exosa, homines qui ad illa consequenda tendamus quae sunt in perpetuum mansura? qua de re nobis ac uobis non conuenit? nempe quia noluerimus suscipere haeresim tuam, nempe quia Christiani noluerimus effici Arriani. quis est autem nisi qui sit, ut uos estis Arriani, inpos mentis, qui derelinquat domum dei et eat ad diaboli monumentum?

1 Prou. 24, 15. 16 7 Ps. 100, 2—5 13 Ps. 118, 13

1 et *scripsi,* tu *Vv,* tum *Coleti* 7 innocentiam 11 detrahentes 21 sint 23 deligerent *scripsi* (*an* delegerunt?), diligerent *V* 25 istam 27 tendamus *scripsi,* tendam *V,* tendant *v* 30 situt *V,* sicut *v* 31 eat ad diaboli *scripsi,* ead [di]aboli *V corr. m. 2,* eam dat diaboli *v*

VIII. Idcirco autem apud te odio laboramus, quia fuerimus metuentes atque sumus, ne illa fuissent dicta de nobis quae sunt dicta de illis desertoribus, hoc est Iudaeis quos incusat Hieremias dicens: *audite uerbum domini, domus Iacob et omnis domus Israel. haec dicit dominus: quid inuenerunt in me patres uestri contumaciae, quod recesserunt longe a me et abierunt post superuacua, et frustrati sunt et non dixerunt: ubi est deus qui liberauit nos de terra Aegypti, qui eduxit nos ducatum praebens in deserto in terra inculta et ignota et in terra sine aqua et sine fructu, in terra in qua nemo commeauit uir, neque commoratus est ibi filius hominis, et induxit uos in Carmelum, ut manducaretis fructum eius et bona eius, et intrastis et coinquinastis terram, et hereditatem meam posuistis in exterminationem; sacerdotes non dixerunt: ubi est dominus, et seniores legis meae nescierunt me, et pastores impie egerunt in me, et prophetae prophetauerunt in Baal, et post inutilia abierunt.* noluimus haec audire opprobria, unde et fugiendum diximus te ac tuos. neque enim conuenire poterat dei domesticis uobiscum alienigenis, cum uideamus dictum a deo conperfido tuo illi populo carnali: *auerte pedem tuum ab aspera uia et faucem tuam a siti. quae autem dixit: confortabor, quia dilexit exteros et post illos abibat.* post uos ergo exteros, post uos allophilos non solum non ire uoluimus, sed et anathema uobis filiis pestilentiae ac tenebrarum diximus, ne si recessissemus ab apostolica atque euangelica fide derelinqueremusque uiam quam tenuerunt Abraham Isaac et Iacob beatissimi, Abel Enoch Noe et cuncti prophetae apostoli atque martyres, haec etiam dicta fuissent a deo de nobis, quae dicta sunt de conblasphemis tuis Iudaeis: *quemadmodum confunditur fur, cum conprehensus fuerit, sic confundentur filii Israel ipsi et reges eorum et principes ipsorum et sacerdotes ipsorum et prophetae.* noluimus esse

4 Hier. 2, 4—8 20 ib. 2, 25 30 ib. 2, 26

1 aput 8 egypti *et fere semper* 10 quam *v* commea*uit 13 quoinquinastis 16 impiae bahal 18 duximus *coni. Latinius* 20 conperfido tuo *scripsi,* conperfidet uo *V,* cum perfido tuo *v* illo *v*

inter uos, ne etiam illa increpatio uocis diuinae nos cum Iudaeis et uobiscum haereticis argueret: *ut quid loquimini ad me; omnes uos impie egistis, et omnes uos deliquistis in me, dicit dominus.*

VIIII. Quomodo uobiscum nobis conuenire poterat? cum legeris scriptum in libro Machabaeorum primo: *tunc congregati sunt ad eos conuentus fortis in uiribus ab Israel, omnis uoluntarius in lege. et omnes qui fugiebant a malis additi sunt ad eos et facti sunt illis firmamentum. et constituerunt uirtutem, et percusserunt peccatores in ira sua et uiros iniquos in indignatione. et ceteri fugerunt ad nationes, ut se liberarent, et circuiuit Matathias et amici eius, et destruxerunt aras et circumciderunt pueros incircumcisos quotquot inuenerunt in finibus Israel in fortitudine, et persecuti sunt filios superbiae, et prosperauit opus in manus eorum, et obtinuerunt legem de manibus gentium et regum, et non dederunt cornum peccatori.* uobiscum nos esse potueramus, cum uideatis quid illis fecerint ex toto corde qui deum inueniuntur timuisse? tu dicis. membrum iam tunc exsectum de corpore beatae ecclesiae, quando Arrianus factus es ex Christiano: *estote uobiscum.* et dominus dicit in euangelio: *quod si oculus tuus dexter scandalizat te, erue illum et proice abs te; expedit enim tibi ut pereat una pars membrorum tuorum, quam totum corpus tuum mittatur in gehennam. et si dextera manus tua scandalizat te, abscide illam et proice abs te; expedit enim tibi ut pereat una pars membrorum tuorum, quam totum corpus tuum eat in gehennam.* secuisse se Arrium atque proiecisse secundum domini praecepta clamat ecclesia, et tu dicis: *suscipite conpestilentes ac lues tuos*; tu dicis: *sinite uos eodem interire morbo, quo ego perierim.* sic est de corpore ecclesiae excisus Sabellius, ut est et condetestabilis tuus excisus Arrius

2 Hier. 2, 29   6 I Mach. 2, 42—48   21 Matth. 5, 29. 30

9 in firmamentum *coni. Latinius*   12 mathias   16 cornu *fort.*, cor *v*   17 nos *V*, ne *v*   18 illi *v*   19 corporae   25 abscinde *v*   27 gehenna   28 clamat *V*, damnat *v*   29 tuos *Vv*, suos *scr. Coleti*, ut nos *fort.*   sinete

iste, cuius sermo ut cancer in te fortissime adeo serpserit, ut totus iam cancer esse cernaris; nec poteris dicere te non Arrii cancerasse sermonem, cum fetor cancerationis tuae ad omnem peruenerit regni tui locum et cuncti te uitare statuerimus, ne et ipsi peste tua Arriana canceraremur. sic, inquam, sectus est atque proiectus tuus magister Arrius, ut est sectus et reiectus Sabellius, qui fuerit ausus unam esse personam patrem et filium et spiritum sanctum defendere, quia fuerit ausus dicere ipsum sibi et patrem esse et filium et spiritum sanctum; excisus est, quia dicere non dubitarit, quod enim ipse pater in utero uirginis incarnatus sit et fuerit passus. sic Marcion se excisum proiecit, qui noluerit dei filium hominem suscepisse confiteri de utero uirginis et per hoc hominem factum. sic excisus est atque abiectus Paullus Samosatenus Photini magister e corpore ecclesiae, quia fuerit dicere dignatus hominem tantum dei filium. sic et cunctarum sectarum haeretici sunt praecisi, ut est Arrius praecisus utque tu, qui propterea, quod dicas de dei unico filio: *factus est ex nihilo et non est uerus filius, erat quando non erat*, exscindi merueris. exscisi igitur estis cuncti blasphemi atque reiecti uirtute dei de ecclesia eius clementiae, quia non fueritis in ea manentes fide, in qua manserint patriarchae prophetae apostoli ac martyres. homo excisus cum omnibus comblasphemis tuis e corpore sanctae ecclesiae, iacens in diaboli sentina, audes dicere ad eam: *esto talis ut sum ego, quo possis tali confici morbo, quo sum et ipse consumptus.* sic existimaueras nos potuisse uobiscum conuenire, tamquam non retineremus dixisse beatum Paullum: *praecipimus autem uobis, fratres, in nomine domini nostri Iesu Christi, ut subtrahatis uos ab omni fratre inquiete ambulante et non secundum traditionem quam acceperunt a nobis.* quae efficere potuerat ratio, ut deserentes uiam quae ducit ad caelorum regna conprehenderemus uestram quae

28 II Thess. 3. 6

3 sermone *coni. Gallandius* 5 canceraremus *coni. Gallandius* 11 enim *V*, etiam *v* 12 Marcion se *scripsi*, marcionem *Vv* 18 unico (*ex* unoco *corr.*) filio *V*, consilio *v* excindi 20 excissi *v* 23 cumblasphemis 26 nos] non *v*

praecipitet ad gehennam? circumscribere nos te potuisse arbitratus es subtilitate, qua serpens circumscripserit Adam et Euam, eximiis uerbis pulcherrimisque sensibus conscribens edictum, in quo omnia uenena tuae haeresis continentur. sed unde istud potueras efficere? cum nos contra tua atque patris tui uenena armauerit beatus Paullus dicens: *hoc itaque dico, ut nemo uos decipiat in sublimitate uerborum,* et iterum: *uidete ne quis uos decipiat per philosophiam et inanem seductionem secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi et non secundum Christum, quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.* quomodo potueramus illis Arrianis tuis sacrilegis sensibus, uerbis sublimibus licet, seduci, cum inanem te philosophiam cognouerimus habere? unde etiam dulces tui possent esse sermones, quem uiderimus tenentem traditionem Arrii, non beatorum apostolorum? ad quos dixerit iste quem negas, quod uerus sit dei filius: *euntes baptizate credentes in nomine patris et filii et spiritus sancti.* quomodo tibi discipulo Arrii adquiesceremus Christiani deserentes apostolicam traditionem, cum te inueniamus dicere patrem non esse uerum patrem, sed appellari patrem, cum dicas non illum uerum habere filium, sed factum esse ex nihilo, sanctum paracletum spiritum cum dicas totidem constare ex nihilo, econtra uideamus apostolos credidisse in unum deum patrem omnipotentem uerum patrem, propterea uerum patrem, quod uere, non putatiue habeat filium, et in unicum filium eius Iesum Christum, hoc est in uerum dei filium et in sanctum paraclitum spiritum, in uerum dei spiritum? quomodo quis potuerat ita credentium subplantari a diabolo per te Arrii blasphemiae fundatorem, cum fides apostolica et trinitatem confiteatur perfectam et unicam deitatem fateatur patris et filii et spiritus sancti, et Arrii hoc est tua blasphemia non teneat nisi id quod placuerit caro tuo dia-

6 Col. 2, 4 8 ib. 2, 8. 9 16 Matth. 28, 19

8 *et* 13 phylosophiam 23 et contra *Latinius* 25 quod *v*, quo *V* 28 potuerat quis *v*

bolo, cum tantum intersit inter beatae ecclesiae fidem et inter haeresim tuam, quantum inter lucem atque tenebras?

X. Recte uos interea dixi ita separatos a nobis, ut tenebrae sunt separatae a lumine, quia sitis tenebrarum filii, unde et tenebras de uipereis cordibus euomueritis uestris. sperasti nos deflectere a uia ueritatis, tamquam non sciremus praemonuisse spiritum sanctum per beatum Paullum dicentem: *nemo uos conuincat uolens in humilitate sensus et religione angelorum, quae uidetur ambulans sine causa, inflatus sensu carnis suae et non tenens caput ex quo omne corpus per conexum et coniunctionem productum crescit in augmentum fidei.* quomodo te ambulantem sine causa, alitum serpentis ore Arrii, inflatum sensu carnis tuae, apostatam factum sequeremur, cum apostoli praeceptum cogeret temet uitari? dixisti quod enim pacis causa coniungi desiderans fueris pseudoepiscopos sectae tuae nobis; sed quomodo istud facere potueramus, ut non deum, sed te eius audiremus inimicum? non sumus ut uos excordes, ut dei deum negemus filium, sicut negant Iudaei caecitatis uestrae participes ac duces uestrae incredulitatis, quorum reprobationis exemplum beatus ostendens Paulus dicit ad Hebraeos: *et Moyses quidem fidelis in tota domo eius tamquam seruus in testimonio loquens, Christus autem tamquam filius in domo eius, quae domus nos sumus, si tamen liberalitatem et exultationem spei tenuerimus, propter quod dicit spiritus sanctus: hodie si uocem eius audieritis, nolite praedurare corda uestra, sicut in exacerbatione secundum diem temptationis in deserto, ubi temptauerunt patres tui in experimento; et uiderunt opera mea quadraginta annis. ideoque perosa mihi gens est, et dixi: semper errant corde. isti autem non cognouerunt uias meas, sicut iuraui in ira mea: si intrabunt in requiem meam. uidete, fratres, ne casu sit in aliquo uestrum cor malignum incredulitatis discedendo a deo*

7 Col. 2, 18. 19 21 Hebr. 3, 5 — 4, 10

3 rectae 10 coniunctione 12 Arii i. sensu *uulgo coniungunt* 13 apostata *V; em. Coleti* 15 secte 23 libertatem *Sabatier* 27 patris 28 anis

uiuente, sed consolamini uosmet ipsos cotidie, donec hodie uocatur, ne praeduretur aliquis ex uobis in errore peccati. participes enim Christi facti sumus, siquidem principium substantiae usque ad finem firmum tenuerimus. dum dicitur hodie, si uocem meam audieritis, nolite praedurare corda uestra sicut in exacerbatione. quidam enim audito hoc non crediderunt; sed non omnes qui exierunt de Aegypto per Moysen. qui autem perosi ei fuerunt quadraginta annis? non hi qui peccauerunt, quorum cadauera iacuerunt in solitudine? quibus autem iurauit non intraturos in requiem suam nisi contumacibus? et uidemus quia non potuerunt intrare propter incredulitatem. timeamus itaque ne casu derelicto mandato intrare quidam uestrum in requiem eius non posse uideantur. nam et adnuntiatum est nobis, quemadmodum et illis, et non profuit illis uerbum auditus, non temperatus fidei auditorum. intrabimus enim in requiem eius qui credidimus, ut dixit: sicut iuraui in ira mea: si intrabunt in requiem meam, et cum opera ab origine mundi facta sunt. dixit tamen alicubi de die septimo: sic et requieuit deus in die septimo ab omnibus operibus suis. et in hoc iterum: si intrabunt in requiem meam. ergo quia superest reliquorum intrare in illam, et hi quibus prius praedicatum est non intrauerunt propter contumaciam. rursus aliam praefiniit diem hodie in Dauid dicendo post tantum temporis, sicut antea dictum est: hodie si uocem eius audieritis, nolite praedurare corda uestra, quoniam si Iesus illis requiem dedisset, non de alia dixisset. postera die ergo restat requies populo dei. etenim qui intrauit in requiem eius, et ipse requieuit ab operibus suis, sicut a suis deus. quis tam stultus, ut cum haec legerit, haec acceperit a beato apostolo, deserens fidem apostolicam suscipere temptet haeresem? quis eum negare audebit, quem uideat aeternam requiem tribuere potentem credentibus se, et uelit in illum credere cum quo incipiat in aeternum puniri? quis est talis nisi tu Constantius imperator, qui dereliquisti domini castra et trans-

1 cotidiae   21 reliquorum] aliquos eorum *fort.*, reliquos eorum *coni. Gallandius*; ἀπολείπεται τινὰς εἰςελθεῖν *text. gr.*   32 in se *Latinius*

itum fecisti ad diaboli domum? non delegimus ardere, sicuti tu delegisti cum amatore tuo diabolo, sed in requiem perpetuam intrare festinamus. quomodo tua astutia potueramus capi et a uia flecti ueritatis? quando adhuc hortetur apostolus ad requiem comprehendendam aeternam dicens: *festinemus igitur intrare in illam requiem, ne aliqui in eodem exemplo contumaciae cadat. uiuidum enim uerbum dei et ualidum et acutum omni gladio acutissimum et penetrans usque ad diuisionem animae et spiritus artuumque et medullarum et scrutator animi et cogitationis cordis, et non est ulla creatio quae non pareat ante illum; omnia autem nuda et aperta oculis eius ad quem nobis ratio est.* cum haec ita sint, quomodo potuerat quis nostrum transire ad uos in perfidia manentes Iudaeorum? quae rerum ratio nos uobis possit iungere Christianos Arrianis, cum uideremus uos esse illius gentis imitatores omnis perfidiae? de qua quomodo possent emergere confugientes ad domum dei? ⟨cum⟩ in Actibus apostolorum locutus ita sit Petrus beatissimus dicens: *paenitentiam agite, et baptizetur unusquisque uestrum in nomine domini nostri Iesu Christi in remissionem peccatorum, et accipietis donum spiritus sancti. uobis enim est haec promissio et filiis uestris et omnibus qui longe sunt, quoscumque aduocauerit dominus deus uester. aliis etiam uerbis plurimis contestabatur et exhortabatur eos dicens: eripite uos a generatione ista praua.* nec poteris dicere non uos esse Arrianos generationem prauam, sicuti fuerint ac sint Iudaei, quando cernas tunc scribas Pharisaeos et principes Iudaeorum idcirco esse dictos praua generatio, quod enim et dei negabant filium et omnes in eius credentes diuinam maiestatem persequerentur. non, inquam, poteris dicere te atque cunctos Arrianos non esse generationem prauam et peruersam,

5 Hebr. 4, 11—13 18 Act. 2, 38—40

3 quomodo *Latinius,* quam *V,* quam cum *coni. Tilius* 7 cadant *v* 8 acutissimum *scripsi,* acutissimo *Vv* 15 imitatores omnis *scripsi,* imitationis *V,* imitatores *coni. Tilius* 17 cum in *coni. Coleti,* in *Vv* 19 nostri *s. l. m. 1* 21 promisio *m. 1* 22 noster *Latinius* 23 exortabatur 27 prauam generationem *exspectes*

quando haec sitis gerentes quae et illi. si illi fuerunt unicum negantes dei filium, ita facitis et uos; si illi persecuti sunt seruos aeternae clementiae eius, persequimini etiam uos. quid igitur oportuerat nos facere, nisi secundum Petri beati praeceptum recederemus a uobis sacrilegis? unde enim uobiscum poterat conuenire? cum dixerit dominus in euangelio: *adtendite uobis a fermento Pharisaeorum quae est hypocrisis.*

XI. Quomodo potueramus in uno esse? cum Corinthiis scribens dixerit beatus apostolus: *omnino auditur inter uos fornicatio, et talis fornicatio qualis nec inter gentes, ita ut uxorem patris aliquis habeat, et uos inflati estis et non potius luctum habuistis, ut tolleretur e medio uestrum qui hoc opus fecit.* si igitur apostolus huiusmodi opus operantem iusserit tolli e medio, ne uidelicet per illius societatem omnis corrumperetur ecclesia, quanto magis dignum fuerat, uos fugeremus blasphemos? si illum tradidisse satanae narrat, quanto magis tunc uos iam traditos esse scire debetis, quando dei coeperitis negare filium? *ego quidem sicut absens corpore, praesens autem spiritu iam iudicaui ut praesens eum qui sic operatus est in nomine domini Iesu, congregatis uobis et spiritu meo, cum uirtute domini nostri Iesu tradere huiusmodi hominem satanae in interitum carnis, ut spiritus saluus sit in die domini nostri Iesu Christi. bona gloriatio uestra, nescitis quia modicum fermentum totam massam corrumpit. expurgate uetus fermentum, ut sitis noua consparsio, ut estis azymi.* haec cum sit increpatio apostoli, poterant Christiani antichristi coniungi seruis? quomodo enim non fuisset corruptus tantae blasphemiae uestrae uenenis, quandoquidem, siue in hypocrisi siue ex uero quis communicet uobis, sit in ingenti periculo? cum propter haeresim uestram secerneremur a uobis, quomodo iterum adhaerere potueramus? cum uox sit dicentis apostoli: *scripsi uobis in epistula non misceri fornicariis, non utique forni-*

6 Luc. 12, 1   9 I Cor. 5, 1. 2   18 ib. 5, 3–7   31 ib. 5, 9–11

7 hypochrisis   16 sathanae   quato (n supra)   21 sathanae   25 conspersio *e*   azimi   28 uaenenis   hypochrisi

cariis huius mundi aut auaris aut raptoribus aut idololatris, alioquin debueratis de hoc mundo exiisse. nunc autem scripsi uobis non commisceri, si quis frater nominatur fornicator aut auarus aut idolorum cultor aut maledicus aut ebriosus aut rapax, cum eiusmodi nec cibum sumere. si cibum uobiscum iubemur non sumere, credideras potuisse catholicos conuenire cum haereticis ad solemnia cuncta celebranda? uobiscum erraticis, uobiscum per diaboli uenenum ad omnem deductis ebrietatem esse potueramus dei cultores? quomodo fieri istud potuerat, ut inter mortuos uiui staremus? cum dignum esset magis uos, filii aduersarii nostri, congregatos in unum uideri et nos contra Christi milites in unum, quo possetis sine ulla dubitatione ab omnibus deum diligentibus membra ac corpus meretricis uocitari; quo nomine etiam nos possemus nuncupari, si nosmet traderemus uobis. *nescitis quia corpora uestra membra Christi sunt? tollens ergo membra Christi faciam membra meretricis? absit. aut nescitis quia qui se iungit meretrici unum corpus est. erunt enim, inquit, duo in carne una. qui autem iungit se domino unus spiritus est; fugite fornicationem.* cuiusmodi uis fugere nos debere fornicationem? qui enim praeter uxorem aliam petere uoluerit fornicarius dicitur; item qui idolis seruierit fornicatus dicitur, quoniam quidem deum derelinquens idola adorauerit; similiter qui haereticus est fornicarius uocatur. quoduis de his cognosce grauius esse crimen haereticum fieri, idolis seruire an concommittere secundum carnem adulterium. quia ergo, siue gentiles siue uos haeretici idololatres dicimini, utraque pars idololatriam sit gerens necesse est, et tamen quia a carnali fornicatione, quantum dici non potest, quod uastiora sint illa duo crimina intelleges, conspice quibus te iugulaueris malis. clamat adhuc dicens sanctissimus apostolus: *omne peccatum quod fecerit*

15 II Cor. 6, 15—17 31 ib. 6, 18

1 mundi *ex* modi *m. 1* 2 scribsi 7 erracis (ti *supra*) 11 filios *malim, cf. p. 32, 30* 20 cuiusmodi — fornicationem *om. et in mg. inf. suppleuit m. 1* 22 fornicarius *scr. Gallandius* 24 quod uis de his cognoscere *coni. Gallandius* 25 quam committere *fort.* 26 ego 28 a *exp. Latinius* 30 intellegis *fort.* intelliges. Conspice *interpungit v*

homo extra corpus est, qui autem fornicatur in corpus suum peccat, et: *non estis uestri; empti enim estis pretio. glorificate et portate dominum in corpore uestro.* quomodo poteris portare deum, Constanti, in corpore tuo, cum apostolicam fidem reiciendo haereticamque suscipiendo non te illius esse dixeris, cuius se dixerunt patres nostri Abraham Isaac et Iacob, sed et cuncti prophetae apostoli ac martyres? deinde si qui fornicator in corpus suum est peccans, quanto magis tu, qui sis non per carnem tantum illud perficiens serpentis opus, sed et per ipsam animam? *nescitis quia qui se iungit meretrici unum corpus est, qui autem iungit se domino unus spiritus est.* cum sacrilegis ne et ipsi facti in corpore meretricis non mereremur esse domini famuli, sed iam ut uos serui diaboli, censuimus recedendum fuisse a uobis. uae tibi, qui nolueris domino coniungi, sed uolueris diabolo. sed et cum dicit: *nolite seduci; corrumpunt enim mores bonos conloquia mala*, quid me iubet facere nisi ut fugiam coetum tuum sacrilegio maculatum, ne dum haereo tibi, et ipse tecum peream?

XII. Quomodo in tuo concilio maligno esse potueramus? cum apostolum beatum Timotheo inueniamus dixisse: *manus cito nemini inposueris neque communicaueris peccatis alienis. te ipsum castum serua.* sed quomodo essemus casti, qui uobis haerendo ut uos disrupti fuissemus per illos carissimos uestros, inmundos uidelicet spiritus a castitate fidei? quomodo non communicassemus alienis peccatis, quod si uobiscum manendum censuissemus, hoc essemus futuri quod estis uos, hoc est membra meretricis? quomodo nos Christiani esse potueramus uobiscum haereticis? cum item scripsisse apostolum Timotheo sciremus, ut nosmet abstraheremus a uobis haereticis: *haec doce et exhortare, si quis aliter docet et non adquiescit sanis sermonibus domini nostri Iesu Christi et ei quae secundum pietatem est doctrinae, inflatus est autem nihil sciens, sed*

2 II Cor. 6, 19 10 ib. 6, 16 16 ib. 15, 33 20 I Tim. 5, 22 29 ib. 6, 2—5

13 mereremur non *fort.* 15 diabulo 16 mala *V*, praua *v* 28 cum *V*, cur *v*, cui *scr. Coleti*

aegrotat circa quaestiones et uerborum rixas, ex quibus nascuntur inuidiae contentiones blasphemiae suspiciones conflictationes malae hominum mente corruptorum et a ueritate destitutorum. a te itaque non ita credenti, ut credit populus dei, a te non ita docenti, ut docuerunt Christi unici filii dei apostoli, a te non adquiescente sanis sermonibus domini nostri Iesu Christi uoluimus uiuere segregati, a te expugnatore doctrinae quae secundum pietatem est, a te inflato contra nos per inimicum nostrum, a te nihil ueri scienti sed aegrotanti circa quaestiones, a te per cuius nefandos conatus natae esse specialiter nostris diebus inueniantur rixae uerborum, mortiferae contentiones, malignae conflictationes, per te uidelicet hominem mente corruptum, ueritatis interpolatorem. recedendum censuimus a te atque a conuiperinis tuis secundum apostoli praeceptum. dicit enim infra: *hominum mente corruptorum et a ueritate destitutorum, existimantium quaestum esse pietatem, discede ab huiusmodi.* unde tecum esse potueramus? cum etiam in clausula huius epistolae hortetur te fugiendum esse, te qui excideris a fide: *o Thimothee, depositum custodi, deuitans profanas uocum nouitates et oppositiones scientiae falsi nominis, quam quidam promittentes circa fidem exciderunt.* oportuerat nos uitare te profanas uocum nouitates proferentem. siquidem cognosceremus te illam sacrilegam uocem instinctu protulisse diaboli, illam, inquam, uocem, per quam expresseris uenena dogmatis tui dicens: *erat quando non erat, et factus est ex nihilo, et non est una potentia patris et filii.* haec non spiritus sanctus per te protulit, sed inmundus ille diabolicus. quomodo itaque secundum apostoli mandatum custodire depositum potueramus, si tecum in concilio maledicto uestro mansissemus, cum nos proposuerimus usque ad mortis exitum apostolicam tenere fidem, istam scilicet quam apud Niciam retinemus scriptam contra tuam blasphemiam et contra omnium haereticorum tuorum execrabiles conatus?

15 I Tim. 6, 5   19 ib. 6, 20. 21

1 questiones   2 suspitiones   10 conatos   11 mortifere
19 thimothee   24 expraesseris   25 docmatis tuae (*an* tui edicens?)

XIII. Quomodo in concilio uestro Arrianorum esse nos potueramus Christiani? qui in libro Machabaeorum praecessores conseruos nostros segregatos fuisse ab illis qui iuxta edictum contyranni tui Antiochi idolis supplicauerant ⟨audiuerimus⟩: *Iudas autem Machabaeus, qui decimus fuerat et secesserat in desertum ibique cum feris uitam in montibus cum suis agebat, faeni cibo uescentes morabantur, ne essent participes coinquinationis.* cognoscis hoc in uno testimonio nos recedere oportuisse a uobis, ne et nos participes fuissemus coinquinationis. quomodo uobis iungeremur? cum item dicat dominus ad apostolos: *adtendite uobis a fermento Pharisaeorum et Sadducaeorum.* et ut fermentum fuisse doctrinam non sanam, quam uidelicet aut tunc illi Pharisaei aut Sadducaei aut nunc uos omnium sectarum proferitis haeretici, nobis manifestaret, sequitur scriptura dicens: *tunc cogitabant inter se dicentes, quia panem non habemus. quibus cogitantibus dixit Iesus: quid cogitatis inter uos modicae fidei, quia panem non habetis? nondum intellegitis neque meministis quinque panum et quinque milium hominum et quot cophinos sumpseritis neque septem panum et septem millia hominum et quot sportas sumpsistis? quare non intellegitis, quia non de pane dixi: adtendite a fermento Pharisaeorum et Sadducaeorum? tunc intellexerunt, quia non dixit a fermento, sed a doctrina Pharisaeorum intenderent sibi.* item ad Corinthios scribens cum dignetur apostolus instruere recedendum a uobis haereticis et omnibus alienigenis, quomodo praesumpserat cor tuum in omnibus uarium et mutabile, sed in hac malignitate malo salutis suae ingenti stabilitum robore, nos potuisse tecum pacem uel cum

5 II Mach. 5, 27 11 Matth. 16, 6 15 ib. 16, 7—12

1 arrianorum *V*, ariani *r* 2 praedecessores *r* 3 fuisse] legeramus *Tilius*, legerimus *Latinius add.* 4 anthioci audiuerimus *addidi* 6 ibi *coni. Gallandius* 8 quoinquinationis 12 saducaeorum 14 propheretis *V*, proferetis *r*; proferitis *quam* proferretis *scribere malui* 17 modice 19 quofinos 20 quod 21 atendite 22 a *V*, de *v* saducaeorum 24 corinthiis (o *superscr.*)

tuis habere? *nolite iugum ducere cum infidelibus; quae enim participatio iustitiae cum iniquitate? aut quae societas lucis ad tenebras? quae autem conuentio Christi ad Belial? aut quae pars fideli cum infidele? qui autem consensus templo dei cum idolis? uos enim estis templum dei uiui; scriptum est enim: quoniam inhabitabo in illis et inter illos ambulabo, et ero illorum deus, et ipsi erunt mihi populus; propter quod exite de medio eorum et separamini, dicit dominus, et inmundum ne tetigeritis, et ego recipiam uos et ero uobis in patrem, et uos mihi eritis in filios et filias, dicit dominus omnipotens.* quomodo, cum tua praecepta orta uideantur esse contra has domini promissiones, demorari uobiscum fideles potueramus cum infidelibus? currentes in uia lucis uobiscum possemus stare hominibus iter conficientibus in uia tenebris errorum repleta omnium? quis enim tam stultus est, ut cum audierit deum dicere: *quoniam inhabitabo in illis, et inter eos ambulabo et ero illorum deus, et ipsi erunt mihi populus; propter quod exite de medio eorum et separamini, dicit dominus, et inmundum ne tetigeritis, et ego recipiam uos et ero uobis in patrem, et uos mihi eritis in filios et filias, dicit dominus omnipotens*, quis, diximus, tam stultus est, ut nolit in se deum inhabitare, qui nolit se receptum a deo reputari inter eos quos filios appellare dignatus est, ut non fugiat te inmundum per haeresim tuam effectum? non aequum nobis uisum est, ut uobiscum nos in uno fuissemus, quandoquidem nec sit aequum homines morari cum serpentibus. aut negabis unici filii dei negatores dictos in sacris scripturis serpentes? si negare non potes, aduerte recte nos egisse fugere uos serpentes. legisti apostolum Thimotheo dicentem: *profanas nouitates uocum deuita; multum enim proficient ad impietatem, et sermo eorum ut cancer serpit.* existimasti tecum, cuius sermo ut cancer est, esse dei homines potuisse? item beatus cum praecipiat Iohannes uos fugiendos dicens: *gauisus sum ualde quod*

1 II Cor. 6, 14—18 16 ib. 6, 16—18 29 II Tim. 2, 16. 17 33 II Io. 4—11

3 beliab 4 que 9 patre 20 patre 23 ut] ? aut *fort.* 29 nouitatis

inueni de filiis tuis ambulantes in ueritate sicuti mandatum accepimus a patre. oro te, domina, non sicut mandatum nouum scribens tibi, sed quod habuimus ab initio, ut diligamus nos alterutrum; et haec est caritas ut ambulemus secundum mandata eius. hoc est mandatum sicut audistis ab initio ut in eo ambuletis, quoniam multi fallaces progressi sunt in saeculo qui non confitentur Iesum Christum uenisse in carnem; isti sunt fallaces et antichristi. uidete eos, ne perdatis quod operati estis, sed ut mercedem plenam recipiatis. omnis qui recedit et non manet in doctrina Christi deum non habet; qui autem manet in doctrina eius ille et patrem et filium habet. si quis uenerit ad uos et hanc doctrinam non adfert, nolite accipere eum in domum et aue nolite dicere ei; qui enim dicit ei aue communicat operibus eius malignis. quomodo fieri potuerat, ut nos tecum atque cum tuis essemus dei milites cum militibus antichristi, quandoquidem nec salutari uos permiserit spiritus sanctus, dans haec praecepta per beatum apostolum?

XIIII. Sed fortassis dicere audebis: *numquid ego in carnem uenisse nego dei filium, ut unus nuncuper ex antichristis?* non quidem tu, Constanti imperator, uenisse in carnem negas dei filium, sed dicis illum quem nos confitemur in carne uenisse esse creaturam, dicis factum illum ex nihilo, non illum esse uerum dei filium adfirmans. nos contra qui istius beati apostoli tenemus traditionem credimus uerum dei filium, credimus unam habere deitatem patrem et hunc unicum eius filium. quod ita esse dominus in sacris suis euangeliis manifestat dicens: *qui me uidit uidit et patrem*, et: *ego in patre et pater in me*, et: *ego et pater unum sumus.* saepe diximus quia, cum sint duae personae pater et filius, et tamen dicat: *ego et pater unum sumus*, et: *qui me uidit uidit et patrem*, et: *ego in patre et pater in me*, nihil aliud nos illum uoluisse adsequi, nisi quia una sit aeternitas patris et filii, una sit claritas, una potentia unaue magnitudo. idcirco etenim etiam

27 Io. 14, 9. 10 27 ib. 10, 30 30 ib. 14, 9 31 ib. 14, 10

3 scriben• 6 seclo 18 carne *c* 20 carne *c* 32 assequimur *coni. Gallandius* 33 unaque *Latinius*

apostolus in hac dicit secunda epistula: *omnis qui recedit et non manet in doctrina Christi deum non habet; qui autem manet in doctrina eius ille et patrem et filium habet*, ut per doctrinam colligentes sacrorum euangeliorum dei patris et unici filii eius unam crederemus deitatem, hunc habere deum qui ita credat; qui autem recesserit ab hac doctrina, hoc est *et ego et pater unum sumus* — utique cum sit plurale, et duas ostendit personas et unam potentiam harum duarum personarum, hoc est patris et filii — ergo dicit apostolus: *qui recedit et non manet in doctrina Christi deum non habet; qui autem manet in doctrina eius ille et patrem et filium habet*, ut crederemus filio dicenti dei: *ego et pater unum sumus*, quod utique una sit deitas patris et filii. constat itaque te, qui ita non teneas quomodo tradiderit apostolis dominus et apostoli episcopis, te non habere deum, quia et apostolus uolens et patris et filii unicam diuinitatem manifestare dicebat: *qui recedit a doctrina eius deum non habet; qui autem manet in doctrina eius ille patrem et filium habet.* te inquam constitutum sine deo, te neque filium habentem neque patrem rectissime fugisse cognoscimus, siquidem non fuisset dignum habentes deum cum inimicis eius demorari diuinae magnitudinis. sed quam sis deo odibilis cognosce, ut nec aue tibi dicere fuerimus permissi. quomodo uobiscum Arrianis Christiani esse potueramus? cum dicat apostolus Paulus: *stultas quaestiones et genealogias et contentiones et lites legis deuita; sunt enim inutiles et uanae. haereticum hominem post unam correptionem deuita, sciens quoniam peruersus est et peccat, cum sit a semet ipso damnatus.* cum haereticis a semet ipsis damnatis non potueramus congregari, ne et nos illa uox percuteret, sicut Galatas beati Pauli percutit: *currebatis bene; quis uobis impediuit ueritati non obocdire?* cognoscentes uos

1 II Io. 9 7 Io. 10, 30 9 II Io. 9 12 Io 10, 30 16 II Io. 9 24 Tit. 3, 9—11 30 Gal. 5, 7

4 collegentes 14 quomo^{do} 16 unam *m. 1* 20 cognoscimur *Latinius* 21 demorari *Latinius*, demorare *v*, demorarē *V*, demoraren *fort.* 25 genealog^{i}as 30 galathas

esse unici dei filii hostes, fugimus nefaria consilia nostra temperantes uoci apostoli qui, *nemini*, inquit, *consenseritis, suasio uestra ex deo est qui uocat uos. nescitis quia modicum fermentum totam massam corrumpit.* noluimus uos uermes Arrii recipere nos serui Christi in societatem, ne fuissemus eo ueneno diaboli quo uos estis consumpti. noluimus uobiscum ire, cum hominibus uidelicet, qui adhuc uideamini esse extra dei notitiam, qui adhuc sub diaboli sitis constituti potestate. noluimus mortuis coniungi uiui, quia tales uos esse cognoscamini, quales fuerimus ipsi antequam credidissemus in unicum dei filium. haec ita se habere manifestat apostolus Ephesiis scribens: *et uos cum essetis mortui delictis et peccatis uestris, in quibus aliquando ambulastis secundum principem potestatis aeris huius, spiritus qui nunc operatur in filiis diffidentiae, in quibus et nos omnes conuersati sumus aliquando in concupiscentia carnis nostrae, facientes uoluntates carnis et consiliorum; et eramus naturales filii irae, sicut et ceteri.* cum adhuc uos tales sitis, quales nos fuisse antequam credidissemus refert sanctissimus apostolus, utique fueratis uitandi, homines, in quibus operentur et per quos gerant principes potestatis, aeris huius spiritus, omne desiderium suum; eratis fugiendi filii diffidentiae, filii naturaliter irae, ne uobis haerendo ad id quod ante fuissemus reduceremur. noluimus esse uobiscum, quia adhuc non fueritis misericordiam dei adepti quam iam nos sumus consecuti. noluimus societatem habere uobiscum, qui consilio carnis ducebamini, sicut ducebatur iste beatissimus Paulus priusquam credidisset, quem meminimus dicere: *nemo uos seducat inanibus uerbis. propter hoc uenit ira dei in filios diffidentiae. nolite itaque fieri participes eorum. eratis enim aliquando tenebrae, nunc autem lux in domino, sicut filii lucis ambulate; fructus enim luminis est in omni bonitate et iustitia et ueritate, probantes quid sit acceptum deo, et nolite communicare operibus infructuosis*

2 Gal. 5, 9 12 Eph. 2, 1—3 28 ib. 5, 6—11

7 irae 12 effesiis 15 uos 27 istae 28 uerbus 32 iusticia 33 acceptandum *v* deo *om. v*

tenebrarum, magis autem redarguite. noluimus, quia haec mandata acceperimus, uobiscum demorari ducti inanibus uestris uerbis, ne scilicet ueniret super nos ira, sicuti etiam uenit et uentura est in uos, in te atque tuos, in uos filios diffidentiae. noluimus effici participes tenebrarum, siquidem iam credentes in unicum dei filium mandatis eius maiestatis parere cupiendo ex illis euadentes tenebris lux facti fuerimus in domino: unde nec mandatis tuis tenebrosis paruerimus, quia fuisset sceleratum filios lucis tuum facere opus tenebrosi, quia et fructus luminis sit ambulare in iustitia et ueritate et in omni bonitate.

XV. Dicis nos facere inique, quod nolimus haeresim suscipere tuam, quod non tecum atque cum tuis aeternae fuerint fixae amicitiae. accipe quod Moses fecerit de alienigenis tempore, quo iubere est ei dignatus deus, ut mittens certum numerum Israelitarum ore gladii perdidisset quinque Madiae reges et Moab: qui destinati ad proelium interfectis omnibus maribus, quod sexui pepercerint femineo occurrenti, increpat Moses Israel filios, cur non etiam sexum femineum delessent, et iubet coram se easdem interfici, adfirmans quod enim ad idola adoranda possent populi inlicere mentes. si itaque et nos sic execramur haeresim tuam ut Moses idololatriam, si sic et quidem dei gladio interfici cupiamus haereses omnium uestrorum errantium, quomodo et Moses illas idolis mancipatas, si ita uos fugiamus religionis dei aduersarios, ut ille fugit idolorum cultores, existima nos facere recte abstrahendo nosmet a uobis. quomodo etenim conuenire nobis uobiscum potuerat, cum ad Philippenses dixerit: *uidete canes, uidete malos operarios?* uos canes, malos operarios quis dei seruorum non fugeret nisi qui se non meminisset Christianum? uobis, aduersarii dei religionis, serui Christi potueramus esse coniuncti, cum exhortetur Iudas gloriosus apostolus frater Iacobi

27 Phil. 3, 2

11 noluimus *v* 12 aeterne 13 amiticiae 14 ei dignatus est *v* 15 israhelitarum 18 israhel eciam deleuissent *v* 25 existima *scripsi,* existimas *Vv* nos *V,* nos non *v* 26 uobis] nobis 27 filippenses 30 aduersariis *malim, cf. p. 24, 11*

apostoli, ut te atque similes tibi uitaremus et in suscepta fide usque ad mortis exitum maneremus? *Iudas Iesu Christi seruus, frater autem Iacobi his qui in deo patre dilectis et in Iesu Christo conseruatis uocatis. misericordia uobis et pax et caritas multiplicetur. carissimi, omnem sollicitudinem faciens scribendi uobis de communi nostra salute deprecor, ut perlaboretis semel traditae societati. subintrauerunt enim quidam homines, olim quidem praescripti ad hoc iudicium, impii, qui dei gratiam transferunt ad inpudicitiam et qui est dominator noster et dominus Iesus Christus eum negantes.* cum negatoribus uobis blasphemis fuerat nefas conuenire, cum adhuc eorum qui transgressi sunt mandata domini praeponens exempla urgeat corda nostra manere in ea fide in qua ipse uideatur mansisse. *admonere itaque uos uolo dicens, scientes omnia, quoniam deus populum suum de terra Aegypti saluum fecit; secundum autem non credentes perdidit, angelos quoque qui non seruauerunt ordinem suum, sed dereliquerunt habitaculum suum, in iudicium magni dei uinculis eos sanctorum angelorum sub tenebras seruauit. Sodoma autem et Gomorrha et quae circa eas erant ciuitates, his simili modo cum adulterium fecissent et carnem secutae essent, cinis propositae sunt exemplum, ignis aeterni poenam sustinentes. similiter itaque et isti somniantes carnem quidem coinquinant, dominationem autem spernunt.* et infra: *uae illis, quoniam in uiam Cain abierunt et in seductionem Baal mercede effusi sunt et in contradictionem Coreb perierunt. hi sunt in caritatibus uestris maculae sine timore semet ipsos regentes, nubes sine aqua omni uento circumferendae, arbores autumnales sine fructu, mortuae a radicibus euulsae, fluctus feroces maris, despumantes turpitudines suas, procellae seducentes, quibus tempus*

2 Iud. 1—3 14 ib. 5—8 24 ib. 11—13

8 prescribti 9 inpuditiciam 11 fuerit *c* 12 proponens *coni. Gallandius* 18 iuditium *et sic fere semper* diei *Gall.* 19 tenebris *c* gomorra 25 bahal 26 Choreb *c* 28 circumferendo 29 ferocis maris dispumantis *V*. feroces m. dispumantis *c*: *em. Gall.*

tenebrarum in aeternum seruatum est. et infra: *uos autem, fratres, mementote praedictorum sermonum ab apostolis Iesu Christi, quoniam dicebant: in nouissimis diebus erunt inrisores, euntes secundum uoluntates suas impias. hi sunt secernentes, animales spiritum non habentes.* in his omnibus malis quia esse conspectus es, Constanti, uitatae sunt a nobis tuae interficere laborantes amicitiae, ne uidelicet tecum ad illa fuissemus praecipitati loca tormentorum, ad quae omnes illos quorum tenens es iter narrat praecipites datos.

1 Iud. 1, 17—19

4 se *post* secernentes *add. Latinius* 5 his *s. l. m. 1* 7 amititiae LIB DE NON CONUENIENDO / (O *ex* UM *corr.*) CUM HAERETICIS EXPLICIT

II.

DE REGIBUS APOSTATICIS.

1. Vsitatum quia habere dignaris uerbum, quod enim nisi et integre crederes et haec quae geris circa nos deo essent placita, iam fuisses extinctus, paucorum tibi in apostasia atque crudelitate aequalium regum facta desideraui reserare, quo possit uox illa tua sepeliri quae dicat: *nisi catholica esset fides Arrii, hoc est mea, nisi placitum esset deo quod illam persequar fidem quam contra nos scripserint apud Niciam, numquam profecto adhuc in imperio florerem.* non illorum regum facio mentionem qui a dei notitia fuerunt alieni; de his solis tracto qui in Iudaea noscuntur regnasse. in libro Iudicum inuenimus Ierobabelem filium Iosiae electum a deo et dictum ei: *uade in fortitudine tua, et saluum facies Israel de manu Madiae. nonne ecce mitto te?* et infra: *ego ero tecum, et percuties Madiam quomodo unum hominem.* quem Madiam loquitur scriptura habuisse multitudinem tamquam arenam maris. at ubi impleta sunt cuncta quae deus Gedeoni promisit, ubi se exaltatum ex humili, locupletatum ex paupere, regem factum uidit ex plebeia conditione, quid statim facit? nempe dicit ad populum: *date mihi unusquisque inaurem de praeda sua. qui cum accepisset pondus inaurium aureorum ad mille septingentos siclos praeter bracchialia et torques et operimenta et purpuram, quae super reges Madiam erant, et praeter torques aureas, quae in collo camellorum aduersariorum,*

14 Iudic. 6, 14 15 ib. 6, 16 21 ib. 8, 24—27

Incipit de regib. apostaticis lb I. 6 regum (e *in ras.*) 11 mentionem////// (tionem *eras.*) 14 ettum (ei *superscr.*) 18 at *ex* ad hubi 21 data 23 brachalia *r* 25 que camelorum *r*

quid dicit fecisse Gedeonem sacra scriptura? *et fecit illa Gedeon in Ephod, et statuit illud in ciuitate sua Ephrath; et fornicati sunt filii Israel ibi et factum est Gedeoni et domui eius in scandalum.* numquidnam distulit diebus aliquantis, et sic hanc est operatus contra deum malignam operam? numquidnam reminisci potuit, cum haec fuisset aggressus facere, quod dixisset ei deus: *uade, ego ero tecum?* ubi est illud, quod secundum praeceptum dei demolierit Baal et lucos eius exciderit et deo obtulerit sacrificium? ubi est illud quod dixit ad dei nuntium sibi dicentem? *dominus tecum potens uirtute. in me, domine, et si est dominus nobiscum, et quid adprehenderunt nos omnia mala haec? et ubi sunt mirabilia eius, quae retulerunt nobis patres nostri dicentes: non ex Aegypto adduxit nos deus? et nunc spreuit nos et tradidit nos in manu Madiae dominus.* numquid repetebat tempore quo contra deum facere temptauit, quod illa consecuti fuissent mala propter idololatriam? at ubi erepti sunt, ut uiuerent sine aduersariorum timore, ab omnibus illis malis quibus se dicebat cum omni praegrauatum populo, ilico facit rem, per quam et ipse et omnis pariter populus propter idololatriam fuisset traditus in manus aduersariorum. audierat deum, quod idolis seruissent derelicto deo, illis cuncta illa mala accidisse: meminerat prophetam locutum, et tamen ea die, qua nihil facti sunt ante eos inimici eorum, censuit rex ille in uecordia, cui dignaris esse similis, idolis quam deo qui illa sibi praestiterat fuisse famulandum. *et fecerunt,* inquit scriptura, *filii Israel malignum ante dominum deum, et tradidit in manus Madiae annis septem, et praeualuit manus Madiae ualde super Israel. et fecerunt sibi Israel ante faciem Madiae cryptas in montibus et speluncas et monumenta. et factum est quando*

1 Iudic. 8, 27 7 ib. 6, 16 10 ib. 6, 12. 13 26 ib. 6, 1—10

1 Gedeon qui et Ierobabel fecit Ephod *v* 2 Ephrath *v*, ingofera *V* 4 d(i)ebus 6 fuisset *Latinius*, fecisset *Vv* 8 ba(h)al (h *m. rec.*) 11 ut quid *fort.* 13 nonne *Latinius*, nunc *v* 17 ad *m. 1* 20 pariter] pa///riret 21 traditos *m. 1* deum] ideo *uel* a deo *fort.*, enim (*uel* deum — attulisse *uel* propter deum — accidisse) *coni. Coleti* 26 inquid 29 criptas

seminabat Israel, ascendebant Madiam et Amalech et filii Orientis et ascendebant super eum et committebant cum eis et corrumpebant fines terrae, usque dum uenias Gazam, et non relinquebant ad uitam huic Israel ouem nec uitulum nec asinum. quoniam ipsi et iumenta eorum ascendebant, et tabernacula sua adferebant et camelos suos ducebant et aduenicbant sicut lucustae in multitudine, quoniam non erat numerus, et adueniebant super terram corrumpere eam. et pauper factus Israel a facie Madiae. et clamauerunt filii Israel ad dominum et factum est eo quod clamauerint filii Israel ad dominum propter Madiam, misit dominus uirum prophetam ad filios Israel et dixit illis: haec dicit dominus deus Israel: ego sum qui adduxi uos ex Aegypto et eduxi uos de domo seruitutis et abstuli uos de manu regis Aegypti et de manu omnium persequentium uos, et eieci illos a facie uestra et dedi uobis terram eorum. et dixi uobis: ego sum dominus deus uester, non timebitis deos Amorrhaeorum, in quibus uos inhabitatis in terra ipsorum, et non exaudistis uocis meae. quid post hanc increpationem domini facit Hierobabel, qui dicitur etiam Gedeon? mox ut inimicum suum uidet deductum ad nihilum, mox ut uniuersi illi aduersarii qui ut arena maris fuisse narrantur sunt mactati, et non ingenti numero Israelitarum, sed in trecentis uiris, mox ut omnes reges uidit alienigenas interfectos, fabricat eam rem per quam possint in deum delinquere filii Israel; et tamen quadraginta annis etiam post tantum facinus commissum regnasse hic in Israel inuenitur. non erit ergo mirandum, si et tu sacrilegus adhuc degas in corpore, quando uideas Gedeonem regem quadraginta annis uixisse post idololatriam commissam regnoque suo potitum; etenim quieuisse Israelitas quadraginta annis nec aduersarios in eos omnino permissos nec ullum eisdem fuisse dominatum

3 uenirent *Sabatier* 7 locustae *v* 9 faciae *fere semper* 10 et factum — ad dominum *om. v* 11 madian 17 daeos amorreorum 18 uocem meam *v* 20 uidit *Latinius; cf. l. 23* 22 israhelitarum 26 hic *s. l. m. 1* 29 regnumque suum *exspectes* 31 eis idem *v*

ex alienigenis, propterea quod exclamassent ad deum, scriptura loquitur sacra. talia circa consacrilegos tuos fecit bona deus, ostendens se quidem totum potentem, illos tamen indignos ad consequendam requiem, qui nec una die quidem post receptam requiem tantorum periculorum illi, qui tantam praestiterat misericordiam, seruire delegissent. cum tales fuerint Israelitae, tamen pro sua pietate pepercit eis etiam post haec gerentibus idololatriam, nec statim reddidit, sed iterum tempore quo ei placuit tamen reddidit: non eis inpune idololatriae reatus cedere potuit. ita et tibi, Constanti, erit repraesentaturus, nisi tibi prouideris interea. si Israelitae seruientes daemonibus, derelinquentes deum, cum iam extranei fuissent a notitia effecti dei, tamen mox ut ascendit in corda illorum, quia ille sit deus totum potens qui eorum patres eduxisset de terra Aegypti, exauditi sunt et liberati de manu Madiae et ab omnibus persequentibus, quid sentis arbitrari nos posse Christianos eripi de manibus tuis? an negas nec, quod sciam, es peruidens nos tantum deum colere Abrahae Isaac et Iacob et omnium prophetarum apostolorum et martyrum? crede mihi, quia auditi sumus et audiemur, ut tu possis cum omni tua fragili sublimitate iacere sub omnium eius seruorum calce; sed et quod morulae aliquae fiant, ut non iam sanctae suae ecclesiae extinctis uobis Arrianis tribuat plenam securitatem pacis, est causa illa, quia sit dignum te aduersario saeuiente ad omnium ueniri probationem.

II. Dicis: *si male fecissem, si haeresim tenerem, iam in me deus uindicasset.* audis sacram loquentem scripturam etiam alienigenae diu pepercisse dominum, et tamen postea consecutos merita factorum suorum. *dixit Samuhel ad Saul: misit me dominus, ut ungerem te super Israel in regem, et nunc audi uocem uerbi domini: haec dicit dominus omnipotens:*

29 I Reg. 15, 1—3

1 quo[a] 6 israhelitae 8 idolatriam temporum *c* 17 negas nec *scripsi*, negne *V*, necne *v* 18 sciam] etiam *Lugdun.* 25 uenire *uel* inueniri *Latinius falso;* ad o. ueniri probationem *idem significat quod* omnes probari

nunc defendam quae fecit Amalec tibi, Israel, quemadmodum obuiauit tibi in uia quam ascendisti de Aegypto. et nunc uade et percuties Amalec et omnia ipsius, et non concupisces ex illis aliquid, sed exterminabis illum et anathematizabis illum et omnia illius, et non parces illi et occides omnia illius a uiro usque ad mulierem et ab infante usque ad nutrientem. et infra: *et uenit Saul usque ad ciuitatem Amalec, et accessit et obsedit Amalec in torrente. et dixit Saul ad Cinaeum: uade et declina e medio, et declina ab Amalec, et noli adponere te cum illo, quoniam tu fecisti misericordiam cum filiis Israel, cum ascenderent ex Aegypto. et declinauit Cinaeus de medio Amalec, et percussit Saul Amalec ab Euilat usque Sur, quae est contra faciem Aegypti. et conprehendit Saul Agag regem Amalec uiuum et omnem populum eius occidit in ore gladii.* uides quomodo, tarde licet, consecuti fuerint sceleris sui factum. et tu inquis: *nisi bene agerem, numquam diu regnarem.* ipsum etiam Saul inuenimus contra domini mandatum quia fecerit, quod fuerit reprobatus, et tamen diu regnauerit post reprobationem, posteaquam dixit ad Samuhel deus: *paenitet me unxisse in regem Saul.* et tu inquis: *ego nisi recte fuissem credens, nisi quomodo est deo placitum uiuerem, numquam profecto nunc usque imperarem.* et ut haec penitus possis haurire quae dicimus propter Saul, accipe quae contra domini fecerit mandatum: *et accepit Saul et omnis populus eius Agag regem et bona gregum et armentorum et escarum et uinearum et omnium bonorum, et noluerunt disperdere omnia bona, sed et omne opus pretiosum reseruauerunt et superuacua disperdiderunt. et factum est uerbum domini ad Samuhelem dicens: paenitet me quod constituerim regem Saul, quoniam auersus est a me et uerba mea non statuit. et contristatus est Samuhel et clamauit ad deum tota nocte*

7 I Reg. 15, 5—8 20 ib. 15, 11 24 ib. 15, 9—12

1 nun͏̓ Amalech 4 illũd 8 cineum 11 cineus 20 penitet 23 paenitus *fere semper* 25 gregum *Sabatier*, rĕgum *V* 29 penitet *fere semper* mȩ

et ante lucem, et Samuhel abiit in obuiam Israel. et infra: *et uenit Samuhel ad Saul, et ecce Saul offerebat holocaustum domino et initia praedarum quae attulit ex Amalec. et peruenit Samuhel ad Saul, et dixit illi Saul: benedictus es tu domino, statui omnia quae locutus est dominus. et dixit Samuhel: et quae est uox huius gregis in auribus meis et uox boum quam ego audio? et dixit Saul: de Amalec adtuli ea quae praedauit populus optima gregis et boum, ut inmolentur domino deo tuo regi; reliqua autem disperdidi et exterminaui. et dixit Samuhel ad Saul: nonne minimus eras in conspectu dux sceptrorum de tribu Israel, et unxit te dominus in regem super Israel, et immisit te dominus in uia et dixit tibi: uade et disperde illos qui peccant in me, Amalec, et expugnabis illos usque dum consumes illos? et quare non audisti uocem domini, sed impetiuisti ad praedam et fecisti quod malignum est coram domino? et dixit Saul: quoniam audiui populum, abii in uia quam misit me deus, et adduxi Agag regem Amalec, et Amalec disperdidi. et accepit populus praedam gregis et armenta primaria illorum quae disperdidi, ut sacrificem coram domino deo nostro in Galgala. et dixit Samuhel: numquid uult dominus holocausta et sacrificia magis quam exaudire uocem domini? et ecce dictoaudientia melior est quam sacrificium et oboedientia quam adipes arietum. quoniam peccatum abominatio est, dolores et gemitus ad te adduxisti. pro quibus nullius momenti fecisti uerbum domini, nullius momenti te faciet dominus ne regnes. et dixit Saul ad Samuhel: peccaui quoniam praeteriui uerbum domini et uerbum tuum, quoniam timui populum, et audiui uocem illorum. et nunc aufers peccatum meum, reuertere mecum, adorabo dominum deum tuum. et dixit Samuhel ad illum: disrumpet dominus regnum tuum ex Israel de manu tua hodie, et dabit illud proximo tuo meliori te.* et infra: *et*

2 I Reg. 15, 13—28 31 ib. 15, 35 — 16, 1

6 *meis 9 deo *om. v* regi *exp. Latinius* 11 tribus uncxit 12 *et* 16 uiam *v* 21 exaudi*re (d *eras.*) 22 dicto audientia *V*, dico (*uel* dicito): audientia *v* 28 aufer *v* 29 deum *s. l. m. 1* 31 illut

non adiecit Samuhel amplius uidere Saul usque ad diem mortis suae, quoniam lugebat Samuhel in Saul, et dominum paenituit quoniam regem fecit Saul super Israel. et dixit dominus ad Samuhel: quousque luges tu in Saul? ecce ego expello illum ne regnet super Israel, et imple cornu tuum oleo, et ueni, mittam te ad Iesse usque in Bethlehem, quoniam audiui in filiis Iesse mihi in regem. cognoscere iam poteris, Constanti, etiam reprobatos a domino, etiam ad aeternam destinatos mortem diu regnare post delictum graue commissum, quandoquidem uideas, posteaquam unctus fuerit in regem gloriosus filius Iesse Dauid, tamen Saul diu regnauerit et persequendi etiam eum, quem sibi deus in prophetam atque regem elegerat, habuerit potestatem; malus bonum, iniustus iustum, deo odibilis persequebatur eum quem diligebat deus. cum haec ita sint, ne glorieris, quia post tantum facinus perpetratum sis uiuens hactenus ut uixerit Saul; sed aduerte, cuiusmodi uindicta processerit circa Saul quod et circa te possit procedere, nisi tibimet consulas. si enim circa illum sic est indignatus dominus, primo cur praedam contra interdictum acceperit, secundo cur eius hominem Dauid fuerit persecutus, quanto magis circa te indignationis eius procedat uindicta necesse est, circa te, cuius adeo ingentia sunt scelera, ut etiam in sacrilegii uenires reatum.

III. *Si male*, inquis, *egissem, si, quomodo dicit Lucifer, essem haereticus, iam mihi abstulisset deus regnum.* accipe etiam Salomonem superuixisse post idololatriam commissam et intellegere dignare te quoque talem esse, qualis ille post idololatriam fuerit. *et suscitauit dominus satan Salomoni Ader Idumaeum et Esrom filium Anadeth in Remathad, Adragas regem Saba dominum eius. et congregati sunt super eum uiri, et erat princeps congregationis, et praeoccupauit*

28 III Reg. 11, 14

6 iessae bethleem audiui] uidi *Lucifer in l. I pro s. Athanasio* 8 reprobatus — destinatus *Vr; emendaui* 11 perseque(n)di 12 allegerat *m. 1* 14 diligebat] eum *add. V, exp. r* 16 uindictam 24 egisse 26 *et* 28 idolatriam 29 remahad *m. 1*

Damasic ciuitatem et sedit in ea et regnauit in Damasic, et erant satanae Salomoni et Israel omnibus diebus Salomonis. probauimus tibi etiam Salomonem aliquot annis regnasse post idololatriam, et utique iam non deo sed diabolo seruientem, unde et diabolicis hominibus notatur haesisse; ita et tu haerens es consacrilegis tuis Arrianis, qui licet adhuc in corpore sis, licet in regno sis manens, tamen talis esse inueniris qualis fuerit Salomon, posteaquam deum dereliquerit et idola fuerit secutus. talibus nos adhaerere uolueras, qualibus Salomon fecerit adhaerere Israelitas. ubi fuit ille amor dei, qui fuisse narratur per sanctas scripturas apud Salomonem, tempore isto quo idola dignatus est sequi, derelinquere deum? unde hoc? nisi quia factus omnino fuerit homo alienus ab intellectu sobrio. nolo tibi plaudeas, quod, cum sis blasphemus et destructor dei religionis, tamen adhuc habeas regnum et sis superbiens post sacrilegium tuum, cum et Roboam filium Salomonis idololatriam facientem uixisse inueniamus in regno uiginti annis. dicit enim sacra scriptura de eo: *et rex Salomon dormiuit cum patribus suis in ciuitate Dauid; et regnauit filius eius Roboam pro eo in Hierusalem, et erat sedecim annorum cum regnaret, et uiginti annis regnauit in Hierusalem.* et infra: *et fecit malignum ante conspectum domini et non abiit in uia Dauid patris sui.* ut igitur tam Salomon, ex quo idolis semet dignatus est mancipare, quam eius filius Roboam, qui semper idolis fuit seruiens, cum non ambulauerint in Dauid itineribus, tamen uixerint in regno et utrique regnantes ad uitae ultimum diem peruenerint, quomodo tu miraris ad temet, cur post commissum piaculum in eo scelere degens rex superbias, quod neque tibi regnum neque uita auferatur a deo? quando uideas etiam Hieroboam domini religionem funditus uertere, ut tu,

18 III Reg. 12, inter 24 et 25 22 ib. (cf. 14, 22)

1 demasic *v* dęmasic 4 seruientem (m *add. m. 1*) unde *V*, seruiente mundo *v*, seruientem, mundo *Col.* 8 derelinquerit 11 aput 14 plaudas *v* 16 idolatriam 18 domiuit *m. 1* 22 habiit 24 Roboam *v*, roboas *V* 25 ambulauerit (n *suprascr.*) 27 tu *V*, te *v* 30 funditis *m. 1*

fuisse conatum, et tamen superuixerit annis quam plurimis et quidem in eo scelere manens, sicut scriptum est: *et erat homo ex monte Ephraem seruus Salomonis, et nomen ei erat Hieroboam, et nomen matris eius erat Sariram, mulier fornicaria*, et alio loco: *et factum est ut audiuit omnis Israel, quoniam reuersus est Hieroboas ex Aegypto, et miserunt et uocauerunt eum in synagoga et regnificauerunt eum in Israel*, et infra: *et dixit Hieroboas in corde suo: nunc reuertetur regnum Dauid. si ascenderit populus hic sacrificium offerre in domo domini in Hierusalem, et conuertetur cor populi ad dominum suum Roboam regem Iuda. tunc igitur Hieroboas cogitauit et abiit. et fecit duas uitulas aureas et dixit ad populum: sufficiat uobis ascendisse in Hierusalem. ecce sunt dii tui Israel qui reduxerunt te de terra Aegypti. et posuit unam in Bethel et unam dedit in Dan. et factum est hoc uerbum in peccatum, et antecedebat populus ante faciem unius uitulae usque Dan. et fecerunt domos in excelsum, et fecit sacerdotes partem aliquam populi, qui non erant ex filiis Leui. et fecit Hieroboas diem festum in mense octauo in quinta decima mensis secundum diem festum Iuda, et ascendit in sacrario quod fecit in Bethel, ut sacrificaret ante uitulas quas fecit, et constituit in Bethel sacerdotes excelsorum quos fecit. et ascendit in sacrarium quod fecit in quinto decimo die mense octauo in die festo quem finxit a corde suo, et fecit diem festum filiis Israel.*

IIII. Nolo ergo glorieris quod, cum idololatriam sis gerens, tamen uiuas regni [possidens gloriam, quando uideas hunc Hieroboam uitulas fecisse aureas, populum Israelitarum conuertisse ad idololatriam et tamen non solum non statim ut deliquerat extinctum, sed et diu uiuere permissum. numquid non potuerat deus eosdem reges idololatres remouere? sed ostensum est quam sitis ingrati deo uos, qui cum tantum exaltemini, tamen ipsum qui uos exaltat non solum obliui-

2 III Reg. ib. (cf. 11, 26) 5 ib. 12, 20 8 ib. 12, 26—32

3 ephrem 11 habiit 20 quot 27 israhelitarum 28 idolatriam *prius* non *s. l. m. 1* 30 idololatres *V*, idololatras *v* 32 obliuiscamini (a *inter scribendum ex* i *corr.*)

scamini, sed et adhuc eundem in seruis eius persequamini, religionem eius tollere cupientes e medio. quod ita esse ex istius regis cognosce facto Hieroboae, qui cum fuerit filius ancillae, cum se meminisset ortum de meretrice, cum regnum acceperit domini sui Salomonis in obprobrium eiusdem Salomonis, cur de⟨re⟩linquens deum ad idola semet uerterit, cum, inquam, sciuerit sibi regnum datum a deo Hieroboas, propterea quod Salomon dominus eius idola fuisset secutus, tamen haec omnia ducens pro nihilo cogitauit idola facere, et ipsis cum omni populo qui deo seruiebat esse mancipatus quam deo uiuo, qui illum ex mulieris meretricis filio fecerat regnum habere Salomonis domini sui. ne itaque mireris quod uobis ingratis in ipsum delinquentibus parcat, sed illud hortor uideas, quod, tarde licet, si in hac tua manseris nequitia, sis percepturus ea quae omnes in sacrilegio perceperunt praedecessores tui. hortamur ut temet tantis a malis eripere digneris. et es habens ⟨exempla⟩ insuper, non tu primus facis. uidemus etiam istum Hieroboam commonitionem domini duxisse pro nihilo. *et factum est*, inquit, *in tempore illo, et Hieroboas exiit de Hierusalem, et inuenit eum Achias Silonites prophetes in uia, et Achias opertus erat uestimento nouo, et ambo erant in campo. et adprehendit Achias uestimentum suum nouum quod super se habebat et dirupit illud duodecim scissuris et dixit ad Hieroboam: accipe tibi decem scissuras, quoniam haec dicit dominus deus Israel: ecce ego disrumpo regnum de manu Salomonis, et dabo tibi decem sceptra; et duo sceptra erunt illi propter seruum meum Dauid et propter Hierusalem ciuitatem, quam elegi ex omnibus tribubus Israel, pro quibus dereliquit me Salomon, et fecit Astarte idolo inmundo Sydoniorum et Cama idolo Moab et regi eorum religioni filiorum*

19 III Reg. 11, 29—38

6 delinquens *Vv*, derelinquens *Latinius*, delinquens in *Col.*, relinquens *fort.* 13 ortor *m. 1* 15 prodecessores *V, em. v* 17 exempla *uel tale quid excidisse uidetur* 24 heroboam *m. 1* 28 omni[b:]

Ammon, et non abiit in uias meas, ut faceret quod rectum est coram me, sicut fecit Dauid pater eius. et non accipiam regnum totum de manu eius in diebus uitae eius propter Dauid seruum meum quem elegi, quoniam contra faciam illi per omnes dies uitae eius. et accipiam regnum de manu fili eius, et dabo tibi sceptra decem, filio autem eius dabo duo sceptra, ut sit positio seruo meo Dauid omnibus diebus coram me in Hierusalem ciuitate, quam elegi mihi, ut ponerem nomen meum ibi. et accipiam te et regnabis in quibus concupiscit anima tua, et tu eris rex in Israel. et erit si custodieris omnia quaecumque praecepero tibi et ieris in uias meas et feceris quod rectum est in conspectu meo et custodieris praecepta mea et mandata mea, sicut fecit Dauid seruus meus, et ero tecum et aedificabo tibi domum fidelem, sicut aedificaui Dauid. cum audierit haec a deo homo ortus qui fuerit ex meretrice, homo qui se meminerat natum de genere seruili, numquid, posteaquam impleta sunt omnia quae promiserat dominus, illi qui sibi tanta promiserat est obsecundatus? et non statim ut exaltatum se uidit, contra ipsum auspicatus est? non statim, quomodo fuisset deus derelictus ab omnibus cultoribus suis, opera est data per Hieroboam?

V. Dicitur tibi a nobis, quod nisi te correxeris, nisi in uiis deo placitis esse coeperis, sis nouo periturus exemplo; et tu in tua manens es iniquitate, in tuo es perseuerans sacrilegio. non nouum, siquidem isti Hieroboae regi et deus per hominem suum illa quae iam dicta sunt perferri fecerit et cum ingenti detinetur filius eius infirmitate, miserit ad dei domesticum et audierit futura, et tamen cum ea quae sibi fuerant etiam mala promissa uideret impleri, ille magis atque magis contra deum fecerit, dei uoluerit destrui domum. *et homo*, inquit, *erat ex Silo et nomen ei Achiab, et hic erat sexaginta an-*

30 III Reg. 12, inter 24 et 25 (14, 2—11)

15 hortus 24 *prius* es *s. l. m. 1* 25 quod et deus *coni. Col.* 31 ex Silo *coni. Tilius in notis*, exilon *V*, exilis *r et Sabat.*, in Silo *Latinius* Achiab, et hic *coni. Tilius*, achiabeth *Vv*

norum et uerbum domini erat cum illo. et dixit Hieroboam ad uxorem suam: surge et accipe in manu tua homini dei panes et collyrides filiis eius et uuas et uas mellis. et surrexit mulier et fecit sicut dixit ei uir eius. et Achiab homo senex erat ualde et oculi eius caliginabantur uidere. et surrexit mulier ex Baria et abiit. et factum est, cum intrasset ipsa in ciuitate ad Achiab Selonitem, et dixit Achiab puero suo: exi nunc in obuiam Annae uxori Hieroboam et dices ei: intra et noli stare, quoniam haec dicit dominus: dura ego mitto in te. et intrauit Anna ad hominem dei, et dixit ei Achiab: ut quid mihi adtulisti panes et uuam et collyrides et uas mellis? haec dicit dominus: ecce tu ibis a me, et erit cum intraueris portam ciuitatis Arira, et puellae tuae exient in obuiam et dicent tibi: puer mortuus est. quoniam haec dicit dominus: ecce ego disperdo huius Hieroboam mingentem ad parietem; et erunt mortui eius Hieroboam in ciuitatem et comedent eos canes, et mortui erunt ei in agro et comedent eos uolucres caeli. non est, inquam, nouum, si tu in hac pertinacia sis perstans, cum cognoscas istum Hieroboam his omnibus non deterritum rebus: statim etenim, ut fuerat dictum ab homine dei, ut ingressa est mulier ciuitatem, filius eorum mortuus est: et tamen non conspexit Hieroboas quid ei deus, propterea quod eum dereliquisset et populum secum perire fecisset, fuisset repraesentaturus, nec timuit ex morte filii sui, quod et cetera illum possint subsequi, sed in sua senuit uersutia: usque adeo etenim inpos mentis fuerat factus Hieroboas, ex quo recesserat ab eo qui regnum tradiderat illi, ut cum dixisset: *uade ad dei hominem et disce an moriturus sit filius noster*, et didicerit per dei hominem, quod non solum filius eorum esset moriturus, sed et in cuncto eius regno imminerent pericula, ille tamen, ut semel statuerat, diabolo seruire maluit.

28 III Reg. 14, 2. 3

3 collirides 6 baria *Vv, Σαριρά LXX et Latinius* 11 collirides 12 erit *V*, ecce *v* 13 Sarira *Lat.* 16 pariemtem 23 derelinquisset 30 cuncta

ad hominem dei sciscitandum mittit de futuris, et eum ad cuius hominem mittit despuit et facit in contumeliam maiestatis eius uitulas et has adorare secum facit populum. haec egit, et tamen non ilico est extinctus, sed diu in regno superfuit. et tu dicis: *si fuissem haereticus, si, ut dicunt Lucifer, Pancratius et Hilarius, dei inpugnarem religionem, iam in me fuisset uindicatum.* accipe adhuc quid huic contigerit Hieroboam regi, et tamen quomodo nec sic conuertatur ad deum, sed magis in suo perseuerans mortuus fuerit scelere, in suo defecerit sacrilegio: *et fecit Hieroboam diem festum in mense octauo in die festo quinto decimo mensis secundum diem festum Iuda, et ascendit in sacrificium quod fecit in Bethel, ut sacrificarent uitulis quas fecit, et constituit in Bethel sacerdotes excelsorum quos fecit, et ascendit in sacrarium quod fecit in quinto decimo die mense octauo in die festo quem finxit a corde suo, et fecit diem festum filiis Israel et ascendit in sacrarium ut sacrificaret. et ecce homo dei ex Iuda aduenit in uerbo domini in Bethel, et Hieroboam stabat super aram suam sacrificare; et propheta inuocauit ad aram in uerbo domini dicens: o sacrarium, sacrarium, haec dicit dominus: ecce filius nascetur in domo Dauid, et Iosias erit nomen illi, et sacrificabit in te sacerdotes excelsorum qui sacrificant in te, et ossa hominum conburet in te. et dabit in illa die prodigium quod locutus est dominus: ecce sacrarium disrumpetur et effundetur pinguedo quae est in eo. et factum est, ut audiuit uerba hominis dei inuocantis in aram quae in Bethel erat, et extendit manum suam ad aram dicens: adprehendite eum. et arida facta est manus regis quam extendit in eum, et non potuit reducere eam ad se. et sacrificium ruptum est, et effusa est pinguedo eius a sacrario secundum prodigium quod dixit homo dei in uerbo domini. et respondit rex et dixit homini dei: roga faciem domini dei tui, ut reuertatur manus mea*

10 III Reg. 12, 32 — 13, 7

3 fecit *v* 12 sacrificium] *cf. p. 43, 20* 13 sacrificaret] *cf. ib.* 22 in te *c*, inter *V*; *καὶ θύσει ἐπὶ σὲ τοὺς ἱερεῖς LXX* 26 quae *c*, quod *V* betel *m. 1*

ad me. et rogauit homo dei faciem domini, et reuersa est manus regis ad eum, et facta est quemadmodum primum. inpleta cum uiderit et prodigia quae fuerant ore hominis prolata dei et brachium impium porrectum ad dei hominis necem repente aridum factum pro metu, illico etiam per dei cultoris precem factum incolume. numquid idololatriam quam ipse constituerat dissipauit? numquid diem festum quem ipse finxerat ex corde suo tandem tollit e medio? minime: sed in ea pertinacia praesumptionis suae inuenitur mortis suscepisse diem. non ergo mirari poterimus, si, quod deus auertat a te, in haeresi tua censueris mortis diem suscipere, quandoquidem etiam signis ac prodigiis non potuerint priores consacrilegi tui reuocari ad solum deum colendum. dicit enim de Hieroboam sancta scriptura: *et post hoc non est reuersus Hieroboas a malitia sua, sed reuersus est et fecit ex parte populi sacerdotes excelsorum. qui enim uolebat adleuabat manum suam, et fiebat sacerdos in excelsis. et factum est hoc uerbum in peccatum in domum Hieroboam et in interitum et in exterminium a facie terrae.*

VI. Quae ne dicantur etiam de te, quaeso temet eripias a nefando Arrianorum coetu, quaeso sis Christianus ut ante eras ex Arriano, nec nobis indigneris quod actus tuos et Hieroboae aequemus: sed magis obsecro conspicias has omnes instructiones potius quam increpationes nuncupandas sospitatis tuae me bono ingerere. conpararis etenim a nobis Hieroboae, nostris temporibus quia sic cunctos a deo fueris conatus uertere, sicut ille populum fuerit conatus Israel facere apostatam ex dei cultore. nolo adhuc hinc tibi aliquid spei promittas, quod enim male sis faciens et tamen regnes, cum uideas et Hieroboam diu regnasse in scelere suo, sed et filium Salomonis totidem et idololatriam gerentem in eodem defunctum scelere.

14 III Reg. 13, 33. 34

3 et *V*, haec *v*, ea *fort.* 4 *post* dei *spatium fere 15 litterarum* 5 metum *m. 1* 7 quem *c*, quod *V* 23 aequaemus 28 cultorem 31 idolatriam

item eius filium Abiud, de quo scriptum inuenio: *et abiit in peccatis patris sui, quae fecit in conspectu eius, et non erat cor eius consummatum cum domino deo suo, sicut erat cor Dauid patris eius*, et tamen cum seruirent idolis, fuerint in regno et mortui sint in ea dignitate, et tradiderint filiis suis auctoritatem regni. ne itaque etiam in eo plaudeas, quod enim pater uester uobis tradiderit regnum, dicens: *nisi pater meus bene fecisset conferre se ad Arrianos, non eius filii regnaremus.* nolo dicas: *si haereticus essem, numquam tantum imperarem, numquam me permitteret deus adhuc in regno esse,* quando uideas uiginti quatuor annis regnasse Basiam filium Achiae super Israel, de quo scriptum inuenisti in Regnorum libro tertio: *et fecit malignum coram domino et abiit in uiam Hieroboam filii Nabath et in peccatis eius, quemadmodum peccauit in Israel.* qui Basia rex debuerat utique metuere ne fuisset percussus ut Hieroboas, si a uiis recessisset domini. sed ita estis qui a deo declinatis, ut cum uobis fuerit libitum in iniuriam dei suscipere officium idololatriae, non possetis nec illorum qui iam iudicati fuerint terreri exemplo, conuerti ad deum. scriptum est etiam de Iambre rege: *et fecit malignum in conspectu domini, et maligne fecit super omnes qui fuerunt ante eum et abiit in omnem uiam Hieroboam filii Nabath in peccatis eius;* et tamen hic qui dicitur super omnes peccasse, qui ante illum fuerant reges, non statim ut dereliquit deum exstinctus est nec per aliquam grauem ualitudinem est uexatus, ut grauiori poena fuisset uisus interemptus qui grauius describitur deliquisse. uides, Constanti, tametsi contingat tibi in summa felicitate in hac temporaria uersari uita, tamen magis te timere debere, quod dei reserueris iudicio; et licet etiam hi qui statim extinguuntur. quibus hic aliqua diuinitus inrogatur poenarum. post descensum semper torque-

1 III Reg. 15, 3 13 ib. 15, 34 20 ib. 16, 25. 26

1 Abia *Latinius* abit *m. 1* 5 sunt dignatate *m. 1* 6 plaudas *r* 8 bene *s. l. m. 1* 11 Baasan *Latinius* 18 possitis *Latinius* 19 territi *Latinius falso* 25 aliquem

antur, tamen tu si in summa uiuens felicitate fueris hinc raptus, aduerte qualiter in te uindicta sit processura, qui in tanto inueniaris scelere. ne hinc itaque quicquam tibi adscripseris felicitatis, quod cum sis negans filium unicum dei, quod cum eius familiam persequaris, tamen adhuc spiritus tuus in corpore illo carnifice sit manens, quando consideres etiam filium Asab annis triginta quinque, cum fuerit ut tu sacrilegus, regnasse apud Iudaeos; de quo scriptum esse legisti: *abiit in uias Asab patris sui, et non declinauit ab illis, ut faceret quod rectum erat in conspectu domini, sed ab excelsis non abstinuerunt et sacrificabant in excelsis et incendebant.* ecce etiam hic describitur rex in pace dormisse. cum itaque fuerit triginta quinque annis idololatriam gerens, ne tibi adscribas ad gloriam et dicas: *idcirco non aliqua uulneror plaga, idcirco non iam extinctus sum, sed adhuc uiuo regnum imperii Romani possidens, quia sim bene credens, quia Arrii recta sit fides, quia fecerim bene remouere episcopos et alios tales instituerim quales concupierit Arrius.* noli, inquam, hinc tibi gloriari, quod cum haec sis faciens, tamen superbias, quando uideas istum regem triginta quinque annis tenuisse regnum, in pace fuisse exemptum. si igitur potuit illis, quia ita exempti sint, inpune idololatriae crimen cedere, poterit et tibi, Constanti. conuerte te itaque ad dominum, ne talis inueniaris qualis est inuentus Achab, de quo scriptum inuenio: *et fecit Achab malignum in conspectu domini, et maligne fecit super omnes qui fuerunt ante eum. et non fuit illi satis ut ambularet in peccatis Hieroboam filii Nabath, sed et accepit uxorem Iezabel filiam Bazan et Hela regis Sidoniorum. et abiit et seruiuit Baali et adorauit eum et statuit sacrarium Baali in domo religionum suarum, quam aedificauit in Samaria; et fecit Achab lucum, ut faceret*

9 III Reg. 22, 43. 44 (cf. ib. 16, 28 et II Paral. 20, 32. 33) 25 III Reg. 16, 30—33

3 quidcumque *v* 7 Asa *Latinius*, basa *V* 13 idolatriam 18 concupiuerit *v* 21 exemtum 22 inpunae 24 acap 25 acap (h *suprascr.*) 28 zezabel basan 29 Hela] Ethbaal *Latinius* habiit bahali 30 sacrario bahali regionum *m. 1*

exacerbationem, ut exacerbaret deum et animam suam disperderet, et malignum fecit super omnes reges Israel qui fuerunt ante eum. noli adhuc te sinere esse apud Arrianos, sed fac transitum ad nos Christianos. quibus sunt ita cunctae haereses ut est Baal. sic uos nunc nobis estis haeretici, ut illis illorum temporum dei cultoribus fuerint illi qui idolis immolabant; per hanc haeresim tuam mihi crede quod talis sis nostris temporibus, qualis fuerit et Achab.

VII. Ne tibi itaque placeas, quod non statim tibi reddiderit deus, quando uideas huic Achab et uxori eius Iezabel, qui etiam prophetas occiderint domini, qui in tanto scelere fuisse inueniantur uersati, ut nullum in terra Israel dei se hominem confitentem permiserint demorari, pepercitum fuerit diutissime. noli hoc intueri quod, cum sis malefaciens, superbias tamen in sceleribus tuis; sed illud, obsecro te, uideas quod, nisi te conuerteris, ut illis sero licet reddita sunt merita operum suorum, ita et tibi posse repraesentari. ne dixeris: *diu hinc in regno sum, hinc potens sum, quod enim bonam fidem teneam, quod faciam recte persequendo eos qui credunt, quomodo sese continet illa fides descripta apud Niciam.* haec, inquam, ne dixeris, sed illa precor te uideas, quod enim ad hoc sis post tanta funera tua superbiens, ut aut audiens nos dei sacerdotes temet conuertas ad deum aut certe percipias digna factorum tuorum tunc, quando dicere non ualebis inscium te errasse. haec ita esse 'aduerte exemplo 'admonitus Achab et prophetarum domini interfectoris et omnium daemonum cultoris. hunc tam sceleratum intellege ideo post tanta scelera fuisse in regno diu reseruatum, ut tandem se si uelit conuerteret, cui non solum non repraesentantur malorum factorum suorum merita, sed et in angustiis iuuatur ad hoc sine dubio, ut possit conicere non se per Baal et reliquos daemones, quos ethnici deos nuncupant, uindicatum, sed per deum Israel, cuius prophetam secum uideret loquentem atque sibi declarantem, quonam modo deus fuisset inimicos Israelitarum ad nihilum redacturus. obsederat enim filius Ader rex Samariam

7 quot 8 acab 20 aput 21 adhoc (*pro* adhuc) *Latinius* 31 bahal 34 inimicus

cum aliis triginta duobus regibus, iactitans adeo tamquam nihil se habere Israelitas, ut unum se hominem omnem multitudinem Israelitarum superaturum. hunc alienigenam fecit nihil ante Israel deus. cui uicit deus regi? nempe Achab, ei qui eum dereliquerat, qui Baali et omnibus daemoniis seruire Israel fecerat, cui propterea auxiliatus est, nempe ut crederet quia sit deus solus iste cuius erat populus Israel et non alius praeter ipsum, qui ei uicerat, ut uideret Achab, quia fuisset aequum tandem corrigeret errores suos. mox ut aedificare aduersarius coepit obsidionem ad ciuitatem Israelitarum, *et ecce*, inquit scriptura sacra, *prophetes unus accessit ad regem Israel et dixit: haec dicit dominus, si audisti sonum magnum istum? ecce ego hodie tradam eum in manus tuas, et scies quoniam ego sum dominus. et dixit rex: in quo? et dixit prophetes: in pueris principum regionum. et dixit rex: quis committet pugnam? et dixit prophetes: tu.* et infra: *et exierunt pueri de ciuitate principum regionum et exercitus qui post illos, et percussit unusquisque quem inuenit secus se, et fugerunt Syri, et persecutus est Israel.* quomodo dicis, Constanti: *si non bene seruirem deo, si non recte credens fuissem, numquam regnum Romanorum in mea uidissem potestate conlocatum aut sic diu fuissem uiuens in regno?* quando uideas Achab regi Israel more gentilium uiuenti et populum dei, sicuti et tu auertis, uertenti a deo dictum ab eo, in quem delinquebat, cuius praecepta ducebat pro nihilo: *trado eum in manus tuas, ut scias quoniam ego sum deus.* ut igitur illum eripuit a filio Iaderis Syriae regis, sic etiam te ab omnibus perimere cupientibus eripuit atque eripit, ad hoc utique, ut possis cognoscere quia ipse sit deus patriarcharum ac martyrum, ad hoc ut conicere possis non pro meritis fidei

10 III Reg. 20, 13. 14 16 ib. 20, 17. 19. 20

2 israhelitas 3 superaturum] crederet *aut* diceret *add. Coleti falso* 5 bahali 6 cui *scripsi,* quia *Vv,* qui *Coleti* 9 corrigere *exspectes, sed nihil mutandum* *enuntiatum* mox ut — Israelitarum *uulgo cum praecedentibus coniungitur* 11 inquid prophetis 14 et dixit et dixit rex *m. 1* 20 rectae 27 Aderis *Gallandius* 28 perime

tuae ac uitae tibi uictoriam tributam, quando sis Achab in omnibus regi similis, sed sic tibi contra merita tua exhibitam misericordiam ab eo, quem dereliquisti, ut fuerit Achab exhibita. si enim dixeris propterea te uincere aduersarios tuos, quia bene sis credens, potuit et Achab dixisse idolorum cultor et prophetarum sanctorum interemptor. ad hoc ergo te reseruatum, ut errores corrigeres tuos, non uides? ilico ut occupasti Italiam, ecclesiam eius temptasti uertere; dixisti deum patrem non esse uerum deum patrem, unicum negans eius filium, adfirmans non esse illum uerum filium. adstruxisti etiam sanctum paracletum spiritum fabricatum esse ex nihilo, defendere temptasti, quod unicus dei filius fuerit quando non fuerit; apostolicam atque euangelicam traditionem quo potuisses tollere e medio, operam totis tuis dedisti uiribus, episcopos dei iudicio ordinatos tua amoueri fecisti auctoritate, haereticos locis eorundem constituendos duxisti, qui possint tuam praedicare haeresem; manu militari pugnasti contra ecclesiam in Alexandria, quam plurimos episcoporum relegasti in exiliis, in metallis, coniecisti in carcerem, certum etiam numerum interfecisti ex omnibus dei cultoribus. cum haec egeris, tamen dicis: *nisi bene essem faciens et integre essem credens, numquam adhuc me deus regnare permitteret*, tamquam idcirco et circa Achab ac ceteros coidololatres tuos fuerit deus patiens, quia fuerint rectam tenentes uiam. tu ergo, quia sit peccatis tuis patiens pro sua infatigabili pietate sicuti fuerit et Achab regi, arbitraris non te delinquere, sed pro meritis tuis tibi parci, quem Achab etiam in hoc imitaris, quod enim sis eos diligens qui tibi mala suadeant, eos uero perdens qui tibi salutis tuae causa quae sunt uera dicant. ut enim ad Achab quadringenti illi pseudoprophetae quod possent illum omnia felicia consequi loquebantur, contra uero dei dicebat propheta Michaeas, quod essent illum cuncta consecutura mala, et ille magis diligebat eos pseudoprophetas

2 exibitam 5 cultorum *Vr; em. Tilius* 7 corrigeris 9 eius negans *r* 15 iuditio *fere semper* auctoritatem 17 haeresim *r* 23 coidololatras *r* 26 acha 32 micheas

quam uerum domini prophetam, ita et tu amas cohaereticos tuos Arrianos, ipsorum dictis obtemperas, nos omnes domini sacerdotes execraris, primo omnium, cur dei filium uerum dei filium confiteamur, secundo cur non tibi adulemur, cur te in periculo esse asseueramus et dicamus, nisi te conuerteris ad deum, quod sis in aeternam poenam uenturus.

VIII. Et ut credere possis dei semper odio habitos homines ab hominibus apostaticis, amatos uero inimicos dei religionis, hoc est diaboli cultores, accipe quos amauerit Achab et quem odio habuerit. *et dixit Iosafat rex Iuda ad regem Israel: interrogate nunc hodie dominum. et conuocauit rex Israel omnes prophetas quasi quadringentos uiros, et dixit illis rex Achab: si ibo in Remma ad Galaath in pugnam aut cessabo? et dixerunt: ascende.* et infra: *et dixit Iosafat ad regem Israel: non est hic prophetes domini, et interrogabimus dominum? et dixit Achab rex Israel ad Iosafat regem: unus est per quem interrogemus dominum, sed ego odi illum, quoniam non loquitur de me bona.* item, posteaquam dixisset propheta domini ad illum Michaeas ne ascenderet, quoniam si ascendisset, non esset reuersurus: *dixit rex Israel ad Iosafat regem Iuda: nonne dixi ad te, quoniam prophetat mihi hic non bona, sed magis mala?* uidebantur mala et excordi ei quem iam obsederat diabolus, mala ea quae a dei dicebantur seruo et illa bona iudicabantur quae a seruis dicebantur diaboli. nec mirandum itaque, si illos audiebat Achab, quos ut audiret faciebat diabolus, mancipia uidelicet sua, et si illos audire nollet, quos deus suos esse seruos et ipsa tolerantia passionum et ipsa constantia adseuerationis manifestabat illis. pseudoprophetae ditati honoratique dimissi sunt a rege, Michaeas uero propheta domini recluditur in carcerem, et dicitur: *manducet panem doloris donec redeam;* et tamen iuxta serui dei

10 III Reg. 22, 5. 6   14 ib. 22, 7. 8   20 ib. 22, 18   30 ib. 22, 27

1 et *Col.*, ut *V*   4 adolemur   5 asseramus *fort.*   7 *et* 10 hodio   9 *et sic infra* Iosafath   13 galaat   15 prophetes *v*, protes *V*   16 acaph   17 hodi   18 posteaquem   19 micheas   22 et] ea *fort.*   25 audebat   29 mi[c]heas

dictum reuersus minime est. ita et ipse agis, Constanti: diligis eos qui trahunt temet secum ad mortem perpetuam, qui ad omnem interitum tuam ducunt animam, odio habere dignaris contra eos qui te sunt optantes dei fieri amicum. ne tibi glorieris quod, cum tanta sis faciens, tamen regni gloria pollens hanc adhuc possideas fragilem uitam, quando et Hieroboam filius Ioas quod regnauerit in Israel quadraginta et unum annis in Samaria narrent sacrae litterae, et quidem derelicto deo seruiens idolis et quidem non recedens de Achab regis Israel malitiis atque Hieroboam sacrificiis. *male*, inquis, *si fecissem, iam me deus amouisset de regno*, quasi non filius Amasiae propterea quod non recesserit a superuacuis, inpletus lepra quidem fuerit, sed tamen quinquaginta duo annis regnauerit in Hierusalem. sed tu in eo potior Oziae regis, quia tu non elefantiam habeas, quae cum temet omnes consumere possit artus, sed illam quae animam ualeat penitus maculare. dole tibi nobiscum et mitte lacrimas pro te: conspice quomodo maculet corpus haec ⟨quae⟩ uidetur elefantia, quomodo consumat membra leprae uirus. intellege quod sic Arriana haeresis, elefantia uestra, interna illa omnia tua maculet; aduerte, quod enim sic efficiat hominem tuum interiorem sicuti et haec, quae conprehenderit hos quos uideas elefantiam infusos. ne dixeris: *nisi bene agerem, numquam tanto tempore imperarem, numquam adhuc uiuere fuissem permissus*, quando et Manassem cernas filium Ezechiae regis regem Iudae sedecim annorum suscepisse regnum et quinquaginta septem annis regnasse; de quo quae sint scripta cum audieris, inuenies profecto eiusdem te imitatorem esse, et non incipies mirari quod, malefaciens cum sis, tamen adhuc parcatur tibi, cernens Manassem, cuius tu in crudelitate et sacrilegio non minor es, quod tanta agentem regnum tenuerit quinquaginta

1 resuersus 3 odeo *m. 1* 4 obtantes *m. 1* 5 gloriaeris 8 narrant *v* 9 acab 14 regis *scripsi*, regi *Vc* 18 quae *add. Latinius*; haec uidelicet *coni. Coleti* 19 laeprae 22 elephantia *Latinius* 25 ezeciae 26 LVII *V*. quinquaginta quinque *Latinius et sic infra* 30 mannassem crudelitate] *cf. p. 59, 11* 31 tanta agentem, quod *an* regnum ten[ere uol]uerit (*sc.* deus) ?

septem annis. *et dormiuit,* inquit scriptura, *Ezechias cum patribus suis, et sepultus est in ciuitate Dauid, et regnauit Manasses filius eius pro eo. cum esset rex sedecim annorum Manasses cum regnaret, et quinquaginta septem annis regnauit in Hierusalem, et nomen erat matris eius Ebsibas. et fecit quod malignum est ante conspectum domini secundum abominationes gentium, quos eiecit dominus a facie filiorum Israel. et aedificauit excelsa quae destruxerat Ezechias pater ipsius, et aedificauit sacrarium Baal et fecit lucos sicut fecit Achab rex Israel, et adorauit omnem militiam caeli et seruiuit illis. et aedificauit sacrarium in duobus aedibus domus domini et induxit filios suos in ignem et augurabatur et fecit pythones et diuinos multos, ut faceret quod malignum est in oculis animae suae, ut exacerbaret dominum deum. et fecit sculptilia lucorum quae fecit in domo, quam dixit dominus ad Dauid et ad Salomonem filium eius: in domo ista et in Hierusalem, quam elegi ex omnibus tribubus Israel, ponere nomen meum in aeternum, et non adponam pedem in Israel mouere a terra quam dedi, sed si audierint me per omnia, quae mandaui eis, et secundum legem, quam mandauit eis puer meus Moyses. et non audierunt. et quoniam ualide aspernatus est Manasses et seduxit eos Manasses, ut facerent quod malignum est super omnes gentes quas abstulit dominus a facie Israel. et locutus est dominus in manu puerorum suorum prophetarum quae fecit Manasses rex Iuda simulacra, secundum omnia quae fecit Amorrhaeus qui erat ante faciem eius, et peccare fecit Iuda in idolis suis; propter hoc haec dicit dominus deus Israel: ecce ego adduco mala in Hierusalem et in Iuda: omnes qui audierint haec, tinnibunt aures eorum utraeque. et extendam in Hierusalem mensuram Samariae et pondus domus Achab et deleam Hierusalem quemadmodum deletur*

1 IIII Reg. 20, 21 — 21, 18

1 inquid ezecias 3 manases 7 quos *V*, quas *v* egecit 9 bahal 11 duabus *Coleti* 12 phytones 18 et non *s. l. m. 1* *alt.* in *om. Gallandius* 21 audierint *Vv; em. Col.* adspernatus 23 facię 26 amorreus

buxum de poste ante faciem eius. et dabo eos in manus inimicorum ipsius, et erunt in direptionem et conbustionem omnibus inimicis eorum, quoniam proiecti sunt de post me, et erant de post me et erant exacerbantes me, ex qua die exierunt patres eorum de terra Aegypti usque in hunc diem. et cetera uerborum Manasse et omnia quae fecit, quemadmodum peccare fecit Israel, nonne haec scripta sunt in libro uerborum dierum regum Iuda et quemadmodum sanguinem innocentium fudit multum ualde, usque dum impleret Hierusalem super os, extra peccatum, quae peccare fecit Iuda, ut faceret quod malignum est in conspectu domini dei? et dormiuit Manasses cum patribus suis, et regnauit filius eius pro eo, cum esset annorum uiginti duo Amos.

VIIII. Quid dicis, Constanti, ad haec? credo iam desinere te dicere: *si non bene agerem, non essem tanto tempore regnans*, quando uideas et alterum istum Manassem talia agentem quinquaginta septem annis regnasse; et quia diximus te alterum esse Manassem, omnia ipsius te habere conspice. ille in dei domo idololatriam constituit, totidem ipse fecisti in templo et aedibus domini; ille idola fecit adorari, usurpauit sibi quod domini dicebatur, ut deinceps dici possit idolorum; omnia haec et tu fecisti, quia Arrianam haeresem introduxisti in ecclesiam et qui blasphemiam tuam tamquam fidem catholicam statuisti suscipiendam, illam uero apud Niciam scriptam, quam nos scimus apostolicam euangelicamque, despuendam mandaris. ut tu nunc haec fieri concupisti, ita et Manasses omnibus idolis seruiendum esse mandauit, recedendum uero a deo. non ergo erit mirandum si tibi uindicasti aedes, quas colligere sumus soliti dei populum, et te idololatrem dixisti esse catholicum, quando uideas et Manassem fecisse istud quod tu nunc feceris; sic denique et tibi parcet dominus uiam tenenti Manasse, quomodo illi pepercerit et quousque pepercerit, ut scriptum sit dormisse illum

9 os super os *Latinius*; στόμα εἰς στόμα *LXX* 10 quod *fort.* 14 qui 16 et *scripsi*, te *Vv* 22 idolorum] cultor *add. Coleti* haeresim *v* 23 qui] quia *Latinius* 24 aput 29 in quas *Latinius*, quo *fort.* 30 idolatrem *V*, idololatram *v*

cum patribus suis et sepultum in Hierusalem et suscepisse loco illius regnum filium eius. numquid legis in bello illum interisse ⟨a⟩ut aliqua ualitudine praegrauatum? minime; sed quid sentis? credo, pro tua illa prudentia dicis inpune omnia illa cessisse Manasse regi. talis es tu, ut ita sentias de Manasse, quod enim, quia quinquaginta septem annis regnans filio tradidit regnum et ipse in pace defecerit, potuerint inpune ei cessisse tanta admissa. noli tibi ipse misereri ut temet ad deum uertas, noli corrigere nefarios actus tuos, et inuenies te torqueri cum Manasse, quem Manasses in eo uideris tu praecedere. quod enim ille tantum intra terminos Hierusalem sanguinem iustorum fuderit, tu autem toto fudisti ac fundis in regno Romano. sed, inquis, ille filios suos ante simulacra deorum suorum concremauit uel consecrauit: et tibi si fuissent, fecisses sine dubio eosdem Arrianam suscipere blasphemiam. an ignoras quia, sicut tunc placebant diabolo hi qui filios suos comburebant, quoniam quidem una esset illis mens derelinquendi creatorem et seruire creaturae, ita nunc nihil exigat diabolus a te, nisi ut neges unicum filium dei? hoc est illi acceptissimum sacrificium, ut sis credens quomodo et Arrius crediderit; plus est illi nostris temporibus hoc, ut dei neges filium, quam si temet in honore omnium daemonum ignibus uolueris concremari. uidet enim ab omnibus idolorum culturam despectam, quod uana fuerit inuentio; nunc est cupiens per uos suos famulos haereticos decipere nos dei seruos. quomodo, inquis, decipere? quomodo et te iam deceperit, ita et nos uult decipi. cum sis Arrianus, ad hoc te fingis Christianum, donec ueneno haeresis tuae possis inermes sauciare, quo possint deinceps non esse Christiani, quod nos sumus, sed quod uos estis Arriani. haec est sagina officiorum tuorum, quae per te exhibetur daemoniis. qui etenim nisi diabolus et eius filii dicere possunt de unico dei filio: *filius est et non est uerus filius; deus est et non est uerus deus?*

3 aut *scripsi,* ut *Vv,* uel *coni. Tilius* 4 dices *fort.* 5 illi *v* 9 adeum actos 10 manasses *V,* manassem *v* 13 fundes 20 illa 28 inermes *V,* uermes *v*

ergo tu cum dicis, *Christianus sum, sed non credo deum uerum habere filium, non credo unam potentiam patris et filii*, cum dicis filium creaturam, factum illum ex nihilo, cum dicis fuisse, quando non fuerit, melius tu sacrificas diabolo quam tunc Manasses, quando filios suos aut per ignem omnibus consecrabat daemoniis aut cum concremabat.

X. Doleo tibi, imperator, ⟨cur⟩ cum tantae sis insipientiae et cum sis tanta faciens mala, digneris tamen dicere: *si non bene facerem, non adhuc in regno essem; iam me deus extinxisset.* non conspicis istum Manassem in sacrilegio et in crudelitate tibi comparandum, quod quinquaginta septem annis, ut saepe dixi, regnum tenuerit in Iudaea? hic utique qui fecerit derelinquere populum deum et seruire idolis, hic utique qui in templo domini et in aedibus dei simulacra collocauerit, qui domum dei, qui sacrarium eius maiestatis idolorum fecerit sacrarium. sic et te patitur deus, sic sustinet quoad usque et familiam probet suam et dignos coronet et indignos tecum, nisi te correxeris, ad aeternam puniat poenam. ceterum crede quod possit sic et tunc Manassem et nunc te in uno atomo exstinguere oculorum, sed parcit, non quia non possit, sed quia dignum sit et eius coronari cultores contra uestram manentes crudelitatem immobiles et uos inimicos eius clementiae, si tales ut estis durare censueritis, ad poenam damnet sempiternam. tu ut dicas: *si non bene agerem, numquam adhuc imperarem*, faciunt illi qui te errantem non solum corrigi nolunt, sed ut et pereas inpellunt. non mirum: scriptum est enim et te et illos tales futuros: *laudatur peccator in desideriis animae suae, et qui iniqua gerit benedicetur. exacerbauit dominum peccator, secundum multitudinem irae suae non inquiret; non est deus in conspectu eius. inquinatae sunt uiae eius in omni tempore: auferuntur iudicia eius a*

27 Ps. 9, 24—26 (10, 3—5)

6 cum] p *add.* V 7 cur *addidi* 9 extinexisset 10 incredulitate *r: cf.* 58, *12* 12 iudea 13 delinquere populum domini *r* 17 et (*ante* familiam) *om. r* 31 auferantur *r*

facie eius. cum igitur tu dicis: *bene facimus tollere episcopos illos qui confitentur se tenere fidem apud Niciam scriptam et constituere eos qui confiteantur, sicuti confitebatur Arrius*; et illi dicunt: *recte utique tu es peccator ille qui laudaris iniuste pro desideriis animae tuae; et tu es iniquus, qui, cum sis derelictus pro blasphemiis tuis a deo, tamen cum adulatoribus tuis quodcumque delinquis non reprehendatur, sed magis dicatur bene te agere.* cum dicis: *bene feci ad Alexandriam mittere militem ad auferendum Athanasium,* et illi rectissime dicunt: *tu cui conparandus eris, nisi illi qui per psalmographum notatur a spiritu sancto, quod enim, cum gerat iniqua, cum sit pessimus et execrabilis, tamen cupiens sit laudari?* dicis: *nisi bene agerem, non adhuc mihi pepercisset deus;* et inuenio dictum ad deum; *propterea quod hos qui exerrarint partibus corripis, et eos qui peccant admonens adloqueris, ut derelicta malitia credant in te, domine. et illos enim antiquos inhabitatores terrae tuae odiens, quoniam odibilia tibi opera faciebant per medicamina et sacramenta iniusta, et filiorum necatores sine misericordia uoluisti perdere per manus parentum nostrorum, ut dignam percipiat peregrinationem filiorum dei quae tibi omnium carior est terra. sed et his tamquam hominibus pepercisti et misisti antecessores exercitus uespas, ut illos partibus exterminarent. numquid inpotens eras inpugnare, impios iustis subicere aut bestiis saeuissimis aut uerbo duro simul perdere? sed partibus iudicans dabas locum paenitentiae, non ignorans quoniam nequam est natio eorum et naturalis malitia illorum et quoniam non poterat mutari cogitatio illorum in perpetuo; semen enim erat maledictum ab initio nec timens aliquem ueniam dabas peccatis eorum. quis enim dicet tibi: quid fecisti? aut quis stabit contra iudicium tuum?*

14 Sap. 12, 2—12

1 rectae 5 iniustae 6 adolatoribus 7 deliquis 11 psalmografum 13 laudare 15 exer///rarint *V*, execrarint *v* partibus *Tilius in not.*, patribus *Vv* 16 adloquaeris militiae 20 percipiat *scripsi*, percipiant *Vv* peregrinationes *V; em. Tilius in notis* 29 aliquam *v* 30 aut quis *v*, aut qui *V*

XI. Similiter et tibi parcitur, Constanti, ut agas paenitentiam aut eorum intereas exemplo, qui cum sciti fuissent a deo, quod non essent acturi paenitentiam, quod non fuissent semet conuersuri ad deum, propterea ⟨quod semen⟩ fuerit ab initio malignum, tamen pepercerit eis et non statim ut deliquerunt eos puniuerit. ne igitur dicas: *si non bene agerem, numquam profecto mihi deus pepercisset*, quando uideas consceleratis tuis diu paenitentiae locum exhibitum, ut tandem malorum factorum suorum uiderent causas et satis pro delicto fecissent deo. eris ergo et tu, si minime conuersus fueris ad deum, unus ex illo maledicto genere, de quo ad deum dicitur: *non ignorans quoniam est nequam natio illorum et naturalis malitia eorum et quoniam non potuerit mutari cogitatio eorum in perpetuo; semen enim erat maledictum ab initio.* quam igitur te gloriosum esse uidebis, quando cum talibus esse coeperis, cum inter tales te uideris iudicatum, cum inter tales inuentus missus fueris in flammas inextinguibiles? tu utique prior omnibus et maior etiam illic futurus in illis poenis; neque enim quisquam in nequitiis tibi conpar inueniri poterit, nisi solus diabolus, ut te aliquis in illis poenis possit conspici melior. audes dicere: *si non bene uiuerem, si non mea essent recta opera, si non fides mea, hoc est Arriana, fuisset catholica, si non recte egissem tollere illos episcopos qui fidem praedicant descriptam a trecentis apud Niciam et eo amplius, numquam diu regnarem, numquam sic eo usque fulgerem in regno, ut, et pauco licet tempore, tamen solus intra limitem Romanum imperassem.* si ita est, ut dicis, cur dicit iustissimus dei cultor Iob ad eos, qui eius iustitiam falsis allegationibus lacessebant? *audite me, quoniam dolores uulneris mei cogunt me loqui: ut quid impii uiuunt et domus illorum non dissipatae sunt et timor ab illis longe est? uacca illorum numquam abortauit, semper tulit*

11 Sap. 12, 10. 11 28 Iob 21, 1. 6—20

4 quod semen *addidit Latinius*: quod fuerint a. i. maligni *coni. Tilius* 5 deliquaerunt 8 exibitum 12 nequa (a *ex* e) *V*; *cf. Roensch Itala*[2] *275* 17 itaque *r* 22 rectae 23 descripta 24 aput

uentrem suum; ipsi uero permanent tamquam oues in perpetuo et filii eorum accepto organo ludunt cum delectamento, ut uitam degerant in bonis, cum dicat dominus: recedite a me, iniqui, uias illorum nolo nosse, quoniam lucerna impiorum extinguetur et gemitu dolebunt in uita sua. erunt tamquam palea, quae a uento rapitur, aut tamquam puluis, qui a tempestate uoluitur; uideant autem oculi illorum mortem. cum haec sciam dominum de illis dixisse, *scitote quia nemo uestrum potest me conpescere ut taceam*, cur haec gloriosissimus dicit Iob? nisi quia sciret quam plurimos quidem male agere et tamen certis non statim reddi, sed seruari eos ad hoc, ut aut se corrigant aut certe post obitum sentiant delictorum suorum poenas, sentiant quid fuerit non quaesisse deum, non ei seruisse, dum facultas erat, credendo in eum solum famulandoque ei eum promereri. iam credo conuictus tanti uiri testimonio desinas dicere te iuste fecisse, quod amoueris domini sacerdotes et ordinaueris etiam Arrianae fidei homines et iusseris fidem praedicari Arriani dogmatis, quod proscripseris et deportaueris et tormenta admoueris atque interfeceris credentes in unicum dei filium; desines, inquam, dicere propterea te uiuere et sic in regno florere, quod illa egeris ac sis gerens, quando audias dicentem iustum uirum Iob, quem deus sine querela dixerit sibi seruisse, quem uerum suum cultorem narrauerit, quod enim, cum sint impie quam plurimi agentes, tamen in hac uita uiuant quam iucundissime. adhuc dignare accipere quae infra dicat de uobis impiis et cognosce quomodo, cum male agatis, interim uobis parcatur et temet deo repraesenta per paenitentiam. *nesciebam quoniam tales tenebrae uenturae essent ante faciem meam. quare ergo, domine, non potui una hora latere; impii autem transeunt in finibus alienis, et greges ouium cum pastoribus rapuerunt et pecora orpha-*

20 Iob 23. 17 — 24, 11

2 fil[i] 3 ut] et *fort.* degerent *v* 10 sciret (ci *in ras.*) 11 certis] poenis *add. Latinius falso; cf. ind.* 13 quisisse 15 credo *V*, crede *v* 16 ammoueris 17 amar rianae; *cf. p. 26, 25* 20 desines *scripsi*, desinis *V*, desine *v* 24 narrauit *Coleti* 25 iocundissimae 31 orfanorum

norum adflixerunt et bouem uiduae pignerauerunt. agrum non suum ante tempus demessi sunt, et coegerunt homines in uineis suis gratis operari. et multos despoliauerunt et esurientibus panem abstulerunt, et in faucibus multis obsederunt, et non intellexerunt uiam iustitiae. maledicatur pars illorum in terris. quae est enim spes impiis hominibus aut quem aditum possunt habere apud dominum? sed et si corroborauerint, ad egentiam uenient, et qui remanserint ex illis mala morte morientur, et uiduis illorum nemo miserebitur, et si collexerint aurum aut argentum tamquam lutum, haec omnia iusti possidebunt. ne itaque iam digneris iniuste tibi blandiri, imperator, quia enim sis talis, qualem adseuerauimus, et arbitreris te homicidam ac sacrilegum propterea diutissime degere in hac uita, quod enim tua opera sint deo accepta. talia sunt opera tua, qualia et illorum, in quos inuehitur ore Isaiae spiritus sanctus dicens: *sic dicit dominus qui liberauit te, sanctus Israel: ego sum deus, ostendi tibi uiam in qua ambules; et si audisses mandata mea, facta fuisset ut fluuius pax tua et iustitia ut fluctus maris, et factum esset sicut arena maris semen tuum et nati uentris tui.*

XII. Sed, inquis, haec ad Iudaeos dicta sunt, nempe ad eos quorum te fecisti imitatorem. et nunc, ut est crebro dictum, muta malignas uias tuas, crede ut credit sancta ecclesia, et in omnibus tibi propitiabitur. dicit enim ipse: *reuertimini ad me ex toto corde uestro simulque et ieiunio et fletu et planctu, et discindite corda uestra et non uestimenta.* reuertere toto corde ad deum, adquiesce his salubribus remediis ad criminis tui intellegentiam conspiciendam, aperi cordis oculos, ingemisce toto corde tam te grauiter deliquisse colligens; tunc tui miserebitur ille qui dicit: *cum conuersus ingemueris, tunc saluus eris et scies ubi fueris.* reminiscere deo dicatum dixisse prophetam: *nolo mortem morientis, dicit dominus, quantum ut*

6 Iob. 24, 18. 27, 8. 14 16 Es. 48, 17—19 24 Ioel 2, 12. 13 30 Es. 30, 15 32 Ez. 33, 11

8 uenient (*alt.* e *ex* a *corr.*) 12 enim *scripsi*, cum *Vr* 14 sint] sit *recte fort.* 19 ut *r*, aut *V* 22 nuc (n *superscr.*) *V* 29 miseribitur 31 reminiscere *om. v*

reuertatur et uiuat. noli iam sentire quod, cum mala sint opera tua, ut bene te agere existimes, cur non statim pro factis poenas receperis tuis, sed conspice scriptum dominum patientem esse ut paeniteearis. *ne dixeris: peccaui, et quid accidit mihi triste? est enim altissimus patiens redditor.* audi etiam Paulum beatum inuitantem te ad deum, circa te placandum aperientem tibi, quod enim idcirco sit patiens et non ilico sint repraesentata merita operum tuorum, quia uelit te tandem a malis emergere per paenitentiam, per ueram satisfactionem. *numquid sustinentiam bonitatis eius et patientiam contemnis, ignorans quoniam bonitas dei ad paenitentiam te adducit? tu autem secundum duritiam tuam et cor inpaenitens thesaurizas tibi iram in die irae et reuelationis iusti iudicii dei, qui reddet unicuique secundum operam eius.* redi, Constanti, ad deum, contra interni tui hostis latrocinium sume paenitentiae arma, fuge adulatorum, qui tibi non fuerint dignati quae ⟨in⟩ se habent dicere, perniciosam laudem, memento ore Isaiae dixisse dominum: *qui uos felices dicunt in errorem uos mittunt et semitam pedum uestrorum turbant.* crede in unicum dei filium, accipe ueniam tuorum scelerum, repete dicere psalmographum: *apud inferos quis confitebitur tibi?* et iterum: *numquid exomologesim faciet tibi puluis?* reuertere ad deum, ingemesce pro criminibus tuis, per Hieremiam domini dicentis audi uocem: *numquid qui cadit non resurget, aut qui auertitur non conuertetur?* cecidisti die qua negasti dei filium; resurges hora qua fueris confessus. quia te plaga hostilis insedit, trade te curandum medicinae, ipse tibi adhibe medellam. uulnerasti temet dicens: *non est uerus dei filius,* iterum temet sanaturus, si dicas ut nos dicimus et credimus esse illum uerum dei filium. *reuertimini,* dicit Iohel, *ad do-*

4 Eccli. 4 10 Rom. 2, 4—6 18 Es. 3, 12 21 Ps. 6, 6 22 Ps. 29, 10 24 Hier. 8, 4 30 Ioel 2, 12. 13

1 cum] enim *fort.* *(an* quod *abundat?)* 3 recteperis aspice *v* 4 paenetearis *m. 1* 8 ilico (*pr.* i *in ras.*) 10 pacientiam contempnis 15 internae 17 in *addidi* pernitiosam 18 orae 21 psalmografum 22 exhomolongesim

minum deum uestrum, quoniam misericors et pius et patiens et multae miserationis et qui sententiam flectat aduersus malitiam inrogatam. si hanc tibi promissam indulgentiam funerum tuorum repudiandam duxeris, illic hanc consequi desideraturus. ubi nihil eris praeter cruciamenta percepturus poenarum.

1 paciens 4 desideraturus] *supple* es *uel* eris, *nisi forte etiam post* poenarum *interrogationis signum ponendum est, an l. 4* duxeris frustra eris *scribendum?* 6 paenarum DE REGIBUS APOSTATICIS LIBER EXPLICIT

III.

DE SANCTO ATHANASIO.

LIBER I.

I. Cogis nos, Constanti, absentem damnare consacerdotem nostrum religiosum Athanasium; sed diuina id facere prohibemur lege. inpellis auctoritate latius regali domini sacerdotes ad effundendum cruorem, ignorans iura iustitiae tradita nobis diuinitus te conatum ex nostris auferre mentibus. an diuinitus poteris adserere permissum absentem inauditum et, quod est maximum, innocentem damnari? quomodo etenim arbitraris diuinitus permissum puniri inauditos, quando uideas Adam et Euam principes nostri generis auditos sententia percussos dei? *et uocauit deus Adam, et dixit ei: Adam, ubi es? et dixit: uocem tuam audiui, domine, in paradiso et timui, quoniam nudus sum, et abscondi me. et dixit illi deus: quis tibi indicauit quia nudus es, nisi de ligno, de quo praeceperam tibi, de hoc solo ne manducares, ex eo manducasti? et dixit Adam: mulier, quam dedisti, ipsa mihi dedit de ligno, et manducaui. et dixit deus mulieri: quid hoc fecisti? et dixit mulier: serpens persuasit mihi, et manducaui.* cum igitur huiusmodi formam iudicandi dedisse deum aduerteris, cum a latebris euocatis confessisque deum sententiam dedisse de sacris scripturarum collegeris fontibus, cuius fuisti atque es inpudentiae iudicandi dei seruis eam dare formam, quae non fuisset de lege ueniens domini? nec timuisti, ne fuisset dictum

13 Gen. 3, 9—13

QUIA ABSENTEM NEMO DEBET IUDICARE NEC DAMNARE *inscr. V*, Ad Constantium Imperatorem pro sancto Athanasio *v* 7 *post* ad *ras. 4—5 litterarum* 14 paradyso 21 aduerteris *scripsi,* aduertens *V*, aduertas *v* 24 seruos *v*

ad deum a nobis de te, quomodo fuerit dictum de refuga illo angelo *serpens suasit me: Constantius imperator seduxit nos; credidimus ei eum arbitrati fuisse hominem.* non uidere potuisti, quia possis tali percuti dei indignantis sententia qua percussus uidetur et serpens? cui dicitur: *quia tu fecisti hoc, maledictus tu ab omnibus pecudibus et ab omnibus bestiis terrae, quae sunt super terram; super pectus et uentrem tuum repes et terram edes omnibus diebus uitae tuae. et inimicitiam ponam inter te et mulierem et inter semen tuum et inter semen eius; ipse tuum obseruabit caput, et tu eius obseruabis calcaneum.* non ita et te dei offensam incurrere potuisse, ut ille incucurrerit angelus, ex hac una sententia domini debueras reminisci, praesertim cum cognosceres tuum etiam opus fuisse serpentinum? an cum ille serpens fuerit factus ex angelis, tu ex hominibus serpentem te fieri potuisse es arbitratus? minime: sed dicas uelim, quid intersit inter tuum atque huius angeli refugae apostatae factum. si ille mendacio seduxit rudes homines, et tu, et quidem tu non rudes: si ille utilitatis gratia ad arboris eorum inlexit mentes fructus edendos, et tu, pacis causa te facere cum adstruxeris.

II. Cumque omnium Christianorum bono te hoc opus dixeris adgressum, utique inspecta opera tua datur intellegi serpentem te illum esse imitatum. cupiens dei mandatorum fieri transgressores, dedisti praecepta damnandum esse inauditum absentem negandamque audientiam purgare posse se de crimine obiecto proclamanti. Abel interficitur iustus et interrogatus Cain sumit sententiam: et tu domini inauditum uis puniri sacerdotem? *factus est*, inquit, *Abel pastor ouium, Cain autem erat operans terram. et factum est, post dies obtulit Cain de fructu terrae sacrificium domino, et Abel obtulit et ipse de primitiis ouium suarum, et respexit deus super Abel et super*

5 Gen. 3, 14. 15   28 ib. 4, 2—7

1 adeum (d m. 2)   fuerat v   3 nonne v   7 qui   10 obseruauit v   11 nonne v   12 incurrerit v   15 te *s. l. m. 2*   19 fructos aedendos   *uerba* et tu pacis — astruxeris *coniunguntur uulgo*   20 cum] eis *add. V s. l. m. rec. et v*   23 cupiens] nos *add. Gallandius*   26 proclamatum v

munera eius, super Cain uero et super sacrificia eius non respexit. et contristatus est Cain ualde, et concidit uultus eius. et dixit dominus deus ad Cain: quare tristis factus es et quare concidit uultus tuus? quare non recte obtulisti? peccasti, quiesce et cetera, et infra: *dixit Cain ad Abel fratrem suum: eamus in campum. et factum est, cum essent ipsi in campo, insurrexit Cain super Abel fratrem suum et occidit eum. et dixit deus ad Cain: ubi est frater tuus? et dixit: nescio; numquid custos fratris mei sum ego? et dixit deus: quid fecisti hoc? uox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* numquid non licuerat deo, priusquam Cain conuocaret atque interrogaret, punire? sed noluit, dans formam, quo inciperemus genere iudicare commissos nobis, nobis inquam, de quibus per Hieremiam prophetam dicit ad populos suae maiestati dicatos: *et dabo uobis pastores secundum cor meum, et pascent uos pascentes cum disciplina. damnate*, inquis, *eum, quem ignoratis deliquisse.* cur? nempe ad hoc, ut iam non episcopi sed mereremur nuncupari uesani atque carnifices. non metuis, oro, haec mandans domini ad Noe sanctissimum dicentis uocem? *sicut olera faeni dedi uobis omnia. praeter carnem et sanguinem animae non edetis. etenim uestrum sanguinem animarum uestrarum exquiram de manibus omnium bestiarum, exquiram animam hominis. qui effuderit sanguinem hominis pro sanguine hominis effundetur, quia ad imaginem dei feci hominem.* non metuis, oro, tantorum te qui uideas interfectorem dei exstitisse seruorum, ut adhuc et ipse innocentes iugules et nos participes fieri tuorum cogas funerum? cum dictum a socero suo Iethro fuisset Moysi, cur tota detineret populum die: *uenit ad me*, inquit, *populus quaerens iudicium a deo.* igitur si iudicium dei antistitum tam decet esse iustum, quod dei esse dicatur iudicio terminatum, quomodo tu inauditum

5 Gen. 4, 8—10   15 Hier. 3, 15   20 Gen. 9, 3—6   29 Exod. 18, 15

5 et cetera *om. Coleti*   11 non *s. l. m. 1*   12 quo genere inciperemus *transpositionis signis additis*   16 inquis [ł dicis]   19 mandas [n]   sanctissimam [u]   30 antestitum [i]

iubebas damnari a nobis, cum Moysen inueneris dixisse: *uenit ad me populus quaerens iudicium a domino?* si populus idcirco ad nos confluit, ut secundum dei legem iudicetur, cur tu inquies: *damnate innocentem?* itaque cum hoc praeceptum, quod prolatum est a te, non sit ueniens ex lege dei, sed sit plane ex uoluntate firmatum diaboli, tandem intellege quisnam sis.

III. Vxor Loth conuersa in salem est, cur implere nequiuerit imperata: nobis, credo interuentu tuo, quia uidelicet sis rex Romani imperii, nihil accideret malorum, si falsis praegrauatum criminibus damnaremus? sacra scriptura in Exodo, *Moyses*, inquit, *ascendit in montem dei, et uocauit eum deus de monte dicens: haec dices domui Iacob et adnuntiabis filiis Israel: ipsi uidistis quanta fecerim Aegyptiis, et adsumpsi uos tamquam supra pinnas aquilae et adduxi uos ad me. et nunc si auditu audieritis uocem meam et custodieritis testamentum meum, eritis mihi populus abundans prae omnibus gentibus. mea est uniuersa terra. uos autem eritis mihi regnum sacratissimum et gens sancta.* quomodo gens sancta, si innocentium fuerimus necatores? quomodo regnum deo sacratissimum, si praecepta praetereamus eius? item dicit deus: *non moechaberis, non occides, non falsum testimonium dices aduersus proximum tuum.* tu inquis contra: *crede mihi dicenti falsa et macta innocentem.* monens deus dicit in Exodo: *non credes auditui uano, non consenties cum iniquo fieri testis iniustus, non eris cum conpluribus in malitia. non adpones cum compluribus declinare cum turba, ut declines iudicium et pauperi non miserearis in iudicio eius,* et infra: *non subuertes iudicium pauperis in iudicio eius, ab omni uerbo iniquo recedes, innocentem et iustum non occides, non iustificabis inpium pro muneribus; munera enim excaecant oculos uidentium et pestiferant sermones iustos.* ad haec tu excludenda praecepta sub-

11 Ex. 19, 3—6 21 ib. 20, 13—16 24 ib. 23, 1—3
28 ib. 23, 6—8

2 querens 4 inquiens es *fort.* 7 sit *m. 1* 8 cur V, quod *r*
21 mechaberis 31 et munera V et *om. r*): et munera non accipies, munera *fort.*

uertere iudicium eius seruos conpellis, iustam temptans etiam muneribus nostram corrumpere dicatam conscientiam deo. *si auditu*, dicit deus, *audieris uocem meam et feceris omnia quae dixero tibi, inimicus ero inimicis tuis et resistam contrariis tuis.* iam tuum sit probare praecepisse deum innocentes esse percutiendos, apostolicam deserendam fidem et tuam suscipiendam perfidiam. cur haec, quae mandatis domini aduersantur, fieri praecipiendum putasti? cum etiam in Leuitico dominum memineris dixisse ad Moysen: *loquere filiis Israel et dices ad eos: ego dominus deus uester, secundum studia terrae Aegypti, in qua inhabitastis, in ea non facietis, et secundum studia terrae Chananaeorum, in quam ego induxero uos, ibi non facietis et in legitima eorum non ambulabitis. iudicia mea facietis et praecepta mea custodite et ambulate in eis. ego dominus deus uester. custodite omnia praecepta mea et omnia iudicia mea et facietis ea; qui fecerit ea homo uiuet in ipsis. ego dominus deus uester.* si in praeceptis domini docere uales conscriptum iustos esse ad iniustorum suggestiones puniendos, recte cuncta te egisse atque agere poteris aduertere. doce in mandatis dei conscriptum calumniis petitos eius cultores a te domus eius persecutore per nos episcopos esse interimendos.

IIII. Cur ad hanc per coarrianos tuos deductus es implendam malitiam? quae coegit te causa imperatorem petere calumniis dei hominem? numquid non legeras in Leuitico dixisse deum: *nolite mendacio petere neque calumniemini unusquisque proximum?* et infra: *non mentiemini neque calumniam facietis proximo, et non profanabitis nomen domini dei uestri. ego sum dominus deus uester. non nocebis proximum tuum, et timebis dominum deum tuum. ego sum dominus deus tuus. non facietis iniquum in iudicio, non accipias personam*

3 Ex. 23, 22   9 Leuit. 18, 2—5   26 ib. 19, 11—19

3 uocē/// meā///   4 resistam *super* restituam *scripsit m. rec.*   7 manda∗tis   12 chananeorum   18 ḋocere uales c̈onscriptos iuṡtum *V; em. v*   19 punïendos   24 co^e^git   29 proximo^ũ tuo^ũ *V*, proximo tuo *v*

pauperis neque miratus fueris ad personam potentis; in iustitia iudicabis proximum tuum. non ambulabis in dolo in gente tua. non consenties in sanguinem proximi tui. ego sum dominus deus uester. non odies fratrem tuum sensu tuo, corripiens corripies proximum tuum et diliges proximum tuum sicut te ipsum. ego dominus deus uester. legem meam custodite. haec cum scripta memineris, existimas acceptatores personae nos tuae futuros? ad innocentis rogasti necem et cum te contemptum aduertisses, tetendisti temet ad genera omnia ingerenda poenarum. dicit deus: *a facie diuitis ne timeas, et honorabis faciem presbyteri et timebis dominum deum tuum. ego sum dominus deus tuus.* et tu timeri te potuisse es arbitratus et exhonorari Athanasium, quem deus praeceperit honorandum? non legeras dixisse deum: *non facietis iniuste in iudicio, in mensura et in penso et in stateris; statera iusta pensabitis?* et mensura iusta est, ut statuisses fuisse per nos necandum absentem? si iustum est iudicium ⟨non⟩ audiri se proclamantem, absentem puniri, tuae erunt iustae etiam allegationes apud deum contra nos, qui tuae temeritatis praecepta respuerimus. in Deuteronomio reperitur gloriosus Moyses dixisse ad iudices quos populo dederat: *audite inter fratres uestros et iudicate iuste inter medium uiri et inter medium fratris et in medio proselyti eius. non accipietis personam in iudicio, aduersus minorem aut aduersus maiorem iudicabis, non sumas personam hominis, quoniam iudicium est dei.* et uis, Constanti, credo quia sis in sublimitate degens regali, accipi tuam personam; es magnopere cupiens eum, cuius sis sanguinem sitiens, mactari per nos domini sacerdotes. hinc apud te itaque nos detestabiles, quoniam iudicium ad dei sumus uoluntatem promentes, hinc ad gladium putasti tendendam carni-

10 Leuit. 19, 15. 32   14 ib. 19, 35. 36   21 Deut. 1, 16. 17

7 accep(ta)tores   8 conte(mp)ntum (mp *m. rec.*)   11 presbiteri   14 in *s. l. m. 1*   16 est *s. l. m. 2*   17 non *add. Latinius*   18 iustae etiam *scripsi*, iustitiae *Vr*, iustae *coni. Tilius*   20 reperitur *c.* repetit *V*   24 iudicab *V*, iudicabitis *r*   28 itaque apud te *transpositionis signis additis*

ficem dexteram tuam, tamquam possis gladio uincere quos uideres propter dei filium nec praesentem dubitare amittere uitam nec perhorrescere mortem. ad filios Israel narrat sanctissimus Moyses ex praecepto dei: *uidete, tradidit uobis dominus deus uester ante faciem uestram terram; ascendentes possidete, quemadmodum dixit dominus deus patrum nostrorum nobis. nolite timere neque formidemini.* si illis neminem praeter deum timendum mandatum est, illis imaginem nostrae uocationis portantibus, quanto magis praeter deum neminem metuere condecet qui non terras Chananaeorum, Iebusaeorum et Gergesaeorum atque Amorrhaeorum simus desiderantes consequi, sed caelestia regna, sed dei perpetuum amorem? quomodo etenim uigor inanis dignitatis tuae nos ab hoc potuit aut potest proposito flectere, cum praeter deum statuerimus metuendum neminem?

V. Non sumus Christiani ex illis qui dixerunt: *propter quod odiit nos dominus, eduxit nos de terra Aegypti, tradere nos in manus Amorrhaeorum et disperdere nos*; sed sumus ex illis qui dixerunt ac dicunt ad deum: *propter te occidimur tota die, aestimati sumus ut oues occisionis, sed in his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos.* non timuimus neque timemus minas tuas nos, qui nouimus nihil posse deo resistere, ne ut illi pereamus qui audiunt a Moysi: *fratres uestri auerterunt cor uestrum dicentes: gens magna est et dura multa et potentior uobis et ciuitates magnae et muratae usque ad caelum, sed et filios gigantum uidimus illic.* non timemus gladium tuum Christiani, qui praesumamus prostratis uobis, dei religionis inimicis, uenturos ad conuiuium patriarcharum prophetarum apostolorum ac martyrum. non metuimus uirtutem caduci regni tui milites diuini. non sumus ex illis diffidentiae filiis, qui plus inimicos suos quam deum

4 Deut. 1, 21 16 ib. 1, 27 19 Rom. 8, 36 23 Deut. 1, 28

1 posses *uel* uideris *fort.* ui[n]cere 6 nostrum *m. 1* 7 formidetis *v* 8 illes *m. 1* 9 neminem *in ras.* 10 cananaeorum 11 *et* 18 amorraeorum 19 occidemur 20 oc*cisionis 23 Moyse *v* 28 uenturos] nos *add. v*

fuerant arbitrati potuisse, ut tuam fragilem uereamur potentiam: si enim non ita Iudaei credidissent, quod uidelicet plus possent Chananaei, Iebusaei et Amorrhaei et ceteri inimici quam deus, numquam profecto Moysis uocem superhabuissent dicentis: *ne loquamini neque formidemini ab eis. dominus deus uester, qui antecedit ante faciem uestram, ipse simul expugnabit eos uobiscum secundum omnia quaecumque fecit uobis in terra Aegypti, et in deserto hoc quod uidetis quomodo fouit te dominus deus tuus, sicut quis foueat homo filium suum, in omnem uiam quam ambulatis, quoadusque uenistis ad hunc locum, deducens uos in igni nocte, ostendens uobis iter, ut ambularetis in eam et in nube diei.* si non post haec salutaria monita plus potuisse quos contra pugnam gerebant quam deum filii Israel fuissent credentes, numquam profecto ad omnem deuenissent interitum. potentem igitur esse nouimus deum ad eripiendos nos de manibus tuis, ad caeleste nobis regnum promissum tendentes. timere tuam crudelitatem non poterimus, maxime qui elegerimus a te, non a deo puniri.

VI. Dixisti: *damnate Athanasium.* quem eramus, Constanti, damnaturi? illumne, quem uidemus dei filium confiteri, ut sunt confessi patriarchae prophetae apostoli ac martyres? an te, qui sis negans, ut negauit magister tuus Arrius, ut negauerunt Scarioth Iudas et cuncti Iudaei? dicit deus ad Moysen: *non erunt tibi dii alii praeter me. non facies tibi sculptile neque omnem similitudinem eorum, quaecumque sunt in caelo sursum et eorum, quae sunt in terra deorsum, et quaecumque sunt in aquis subtus terram. non adorabis illis neque seruies ei, quoniam ego sum dominus deus tuus, deus zelans, reddens peccata patrum in filiis in tertiam et quartam progeniem eis qui oderunt me, et faciens misericordiam in milibus his qui diligunt me et his qui custodiunt praecepta*

5 Deut. 1, 29—33 24 ib. 5, 7—11

2 credidissent (nt *in ras.*) 3 cananaei amorrei 4 superhabuissen 5 formidemini (tis *m. rec.*) 6 uester *LXX*, nr̃ *Vr* 12 ea *v* 16 eripiendas 23 scharioth 27 illa *v*

mea. et haec dicis diuina mandata calcando: suscipite idololatriam meam, derelinquite deum, interficite inimicum meum non dei Athanasium, quo possitis inueniri inter eos qui oderunt deum, quibus promiserit se in tertiam et quartam progeniem redditurum: date operam, ne cum illis diligamini a deo, propter quos dicit: *faciens misericordiam in milia his qui diligunt me et his qui custodiunt praecepta mea.* conspicis, prudentissime imperator, hoc tibi bonum uideri quod sit malum et hoc malum quod bonum. aut negabis bonum. aut negabis bona te mala esse intellegere et mala bona? si negas, responde. bonum est damnare innocentem an malum? bonum est derelinquere deum et ire post idololatriam an malum? si dixeris malum, dicetur tibi a nobis: cur haec tu geris? iterum clamat in Deuteronomio Moyses, dicens: *custodite mandata domini dei tui et testimonia et iustificationes quascumque mandauit tibi, et facies quod placitum est et quod bonum ante dominum deum tuum, ut benefiat tibi. et intrabis et hereditate possidebis terram bonam, quam iurauit dominus patribus uestris.* et tu haec esse bona elegisti, haec deo placita, ut in contumeliam eius maiestatis idololatria firmetur per tui regni uirtutem et iugulentur hi qui se eius fuerint confessi cultores. *ecce ego*, dicit Moyses, *dedi ante conspectum uestrum hodie benedictionem et maledictionem, benedictionem, si audieritis mandata domini dei uestri quaecumque ego mando uobis hodie.* cum itaque illi sint benedicti qui innocentem non sint punientes, illi domini seruantes mandata qui inauditum damnare noluerint, tu quomodo te benedictum putas, cum per opus tuum te probes inter maledictos constitutum? aut si non inter maledictos es, cur Moysen spernis dicentem? *si autem inueniatur in te in una ciuitatum tuarum, quas dominus deus tuus dabit tibi, uir*

6 Deut. 5, 10 14 ib. 6, 17. 18 21 ib. 11, 26. 27
29 ib. 17, 2. 3

1 calcando *scripsi*, calcanda *Vv* 5 redditurам (u *m. rec.*)
9 aut negabis bonum *expungenda fort.* 14 custodite *Vv*, custodire *Tilius in notis falso* 17 heredite *m. 1* 29 Moysem *v* non *ante* spernis *eras.*

aut mulier qui fecerit malignum ante dominum deum tuum transire in testamentum eius, et uenientes seruierint diis alienis et adorauerint eos aut soli aut lunae aut omni, qui sunt in mundo de caelo, et infra: *produces uirum illum aut mulierem illam, et lapidabitis eos in lapidibus, et morientur. in duobus testibus aut in tribus morietur. moriens non morietur in uno teste. et manus testium erit super eum in primis ad occidendum illum, et manus totius plebis postremo. et tolles malignum ex uobis ipsis.* si non es, Constanti, currens cum maledictis, cur non mandatis dei serui paruisti Moysi? cur, cum ille dicat duobus tribusue testibus etiam idololatrem perire, tu nec quidem audientiam uolueris praeberi uiro deo dicato eique negare fecisti audientiam, cui sis traditus a deo, ei cui si iusta defendenti restiteris, morte mori iussus ore fueris Moysi? ut enim iudicia sacerdotis maneant inuiolata, dicit sic: *exsurgens ascendes in locum quocumque elegerit dominus deus tuus inuocari nomen eius ibi. et loquere ad sacerdotes leuitas aut ad iudicem, quicumque factus fuerit in diebus illis, et requirentes nuntiabunt tibi iudicium et facies secundum omne praeceptum, quodcumque nuntiauerint tibi qui sunt in loco illo, in quo elegit dominus deus tuus inuocari nomen illius ibi, et obserua te nimis. facies secundum omnia quaecumque constituerunt tibi. secundum legem et secundum iudicium quodcumque dixerint facies, non declinabis a uerbo quodcumque nuntiauerint tibi, facies quodcumque indicauerint tibi, non declinabis dextra aut sinistra. et homo quicumque fecerit in superbia, ne audiat sacerdotes adstantes officia exhibere in nomine domini dei aut iudex quicumque fuerit in diebus illis, morietur homo ille, et tolles malum de Israel. et omnis populus audiens timebit et non impie aget ultra.*

4 Deut. 17, 5—7 16 ib. 17, 8—13

2 in *om. Latinius* 7 hoccidendum 8 maligno (ũ *m. rec.*) 10 Moysis *v* 11 idololatram *v* pere 12 uoluerit (· *m. rec.*) 13 deo ei] inquam *add. s. l. m. rec.* 14 si ius si iusta 15 Moysis *v* 16 ascendens quocumque (e *m. rec.*) 17 loquere *Vr*, uenies *Latinius*, ἐλεύσῃ *LXX* 20 omnem 28 iudex (icem *m. rec.*)

VII. Sed dicis: *isto in loco deo deuotissimus Moyses quomodo sacerdotum fecit mentionem, sic et iudicis.* proba te super nos factum iudicem, proba ad hoc te constitutum imperatorem, ut nos armis tuis ad omnem implendam uoluntatem amici tui diaboli perduceres. cum probare non possis, quia praeceptum sit tibi non solum non dominari episcopis, sed et ita eorum oboedire statutis, ut si subuertere eorum decreta temptaueris, si fueris in superbia conprehensus, morte mori iussus sis, quomodo dicere poteris iudicare te posse de episcopis, quibus nisi oboedieris, iam, quantum apud deum, mortis poena fueris multatus? cum haec ita sint, tu, qui es profanus, ad dei domesticos quare istam tibi sumis dei sacerdotum auctoritatem, cum etiam ipsos iudices Iudaeos tunc, quando in lege manebant dei, ex genere habere permiserit suo? *si enim,* inquit Moyses, *dixeris, statuam supra me principem, quomodo et reliquae gentes quae in circuitu meo, constituens constitues super te ipsum principem quemcumque elegerit dominus deus tuus. ipsum de fratribus uestris constitues. non poteris constituere super te hominem alienigenam, quoniam non est frater uester.* et subsequitur, cur noluerit alienigenam fieri principem, ne scilicet ad sectam suam traheret alios, propterea dicit: *ne reuoces nos in Aegyptum,* hoc est ad idolorum cultum, quasi is qui, inquam, tibi usurpasti hanc auctoritatem quam tibi deus non tradidit. et si traderet et inter te esse permitteret, primo in loco Christianum te esse oportuerat, quia scelus esset alienigenam dei seruos iudicare, inimicum religionis domesticos dei. deinde si fuisses Christianus et te participem censuisset deus sacerdotibus fieri ad regendum populum eius, accipe qualem te

14 Deut. 17, 14. 15 22 ib. 17, 16

9 posse* (s *eras.*) 12 istam *v*, quistu *V*, quaeso tu *fort.* tibi *om. v* sumis] in *add. s. l. m. rec. et v* sacerdotum *scripsi*, sacerdotem *Vv* 19 alienigen[a]em ([a] *m. rec.*) 22 reuocet *v* 23 quasi is qui inquam *scripsi*, quasi quis inquam *V*, quasi dicat quis es tu inquam qui *V m. rec. et v; cf. p. 77, 10* tamquam is 25 inter] in *coni. Latinius* 28 parti[ci]pem 29 regendum *coni. Tilius*, gerendum *Vv*

esse praeceperit. *et erit cum sederit in principatu suo, scribet ei deuteronomium hoc in libro ante sacerdotes et leuitas, et erit cum ipso, et legetis ei omnes dies uitae eius, ut discant timere dominum deum tuum, custodire omnia mandata haec et iustificationes has facere, ut non extollatur cor eius a fratribus eius et non transgrediatur a mandatis dextra aut sinistra, ut longiturni temporis sit in principatu suo ipse et filii eius cum ipso in filiis Israel.* quid tu huiusmodi habes nisi omnia contraria, nisi cuncta quae dei inpugnent domum? primo es haereticus, deinde persecutor dei domesticorum; conatus es ac conaris ad Athanasium iugulandum, tamquam is homo, qui non memineris scriptum: *si fuerit homo odiens proximum et insidiatur eum et surrexerit in eum et percusserit eum animo et mortuus fuerit et fugerit in unam ciuitatum harum, mittent seniores ciuitatis illius, et accipient eum inde et tradent eum in manus exquirentium sanguinem, et morietur. non parces oculo tuo super eum et mundabis sanguinem innocentis ex illis, et bene tibi erit,* et iterum: *non manebit testis unus in testificationem aduersus hominem secundum omnem iniquitatem et secundum omne peccatum quodcumque peccatur. in ore duorum testium aut trium stabit omnis sermo. si autem steterit testis iniustus aduersus hominem detrahens ei iniquitatem, stabunt duo homines, quibus est ipsis contradictio, ante dominum et ante sacerdotem et in conspectu iudicis quicumque fuerit in diebus illis. et interrogabunt diligenter iudices, et ecce testis iniustus testificatus est iniqua, resistens aduersus fratrem suum, et facite ei, quemadmodum nequiter egit facere aduersus fratrem suum, et auferes iniquum ex uobis ipsis. et ceteri audientes timebunt, et non adponent amplius facere uerbum malignum hoc in uobis. non parces oculis tuis super eum, animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede.* cum

1 Deut. 17, 18—20 12 ib. 19, 11—13 18 ib. 19, 15—20

1 scribet *scripsi*, scribe *Vr* ei *om. r* 2 deuteronomium *scripsi*, deuteronomio *V*, in deuteronomio *ante* et erit *l. 1 transponit r*; *και γράψει αὐτῷ τὸ δευτερονόμιον τοῦτο εἰς βιβλίον LXX* 3 eis *ser. Coleti* 20 peccator 25 qui//que (cu *supra*)

cernas haec fieri de te homicida deum statuisse, dicas quaeso, quid sit aliud dicere: *damnate eum, quem scitis innocentem, facite contra dei mandata,* nisi, *euellite corda, tollite uobismet sensus, ultro iugulate uestras animas, licet uidentes quia fouea sit fingite uos caecos, praecipitesque uosmet date in aeternam uoraginem, mergite in eam foueam, a qua non uos eripi posse cernitis, uobis ipsis uitam auferte, sumite perpetuam mortem?* quid est aliud dicere *fac quod deus fieri prohibuit* nisi *estote inimici deo, adquirite uobis diabolum amicum, date operam ne consequamini paradisum, ne denique regnum caelorum quod uobis promisit, si mandata eius seruaueritis, deus; amate inferna, diligite stagnum ardentem, desiderate esse cum omnibus qui sunt semper dantes poenas, desiderate dici homines diaboli.*

VIII. Haec sunt praemia quae tua egregia conquirunt consilia, haec illa optima quae mortem pariunt sempiternam, haec quae demergunt hominem caelo iam proximum ad inferna. adhuc non sciebas scriptum, ut ad haec nos rogares mala gerenda? *non erit in sacco tuo pondus et pondus, maius aut minus. non erit in domo tua mensura et mensura maior et minor. pondus uerum et iustum erit tibi, et mensura uera et iusta erit tibi, ut multorum dierum sis et bene tibi sit super terram, quam dominus deus tuus dabit tibi in sorte, quoniam abominabilis est domino deo tuo omnis qui facit haec, omnis qui facit iniqua.* pondera integra et mensuras iustas qui non seruauerit abominabilis cum esse sacris referatur litteris, credo nos acceptissimos tunc fore putasti, si iniuste ⟨in⟩ eum protulissemus iudicium. Moyses, *maledictus,* inquit, *qui transfert terminos proximi.* proximi auellere et de loco transferre in locum prohibemur terminos, et tu, *egredimini,* dicis, *dei sacerdotes, terminos iustitiae. maledictus,* inquit spiritus sanctus ore Moysi, *quicumque declinauerit iudicium*

19 Deut. 25, 13—16 28 ib. 27, 17 31 ib. 27, 19

10 paradysum 16 pariant *V; em. v* 17 demergant *V; em. v* 19 erat ([i] *m. rec.)* saccao 26 abominabilem eum esse cum *v* 28 iniuste eum ([in] *m. rec.*) *V,* iniustum *fort.* protulisemus ([s] *m. rec.)* 29 evellere *v*

aduenae, orphani et uiduae, et tu ludos tibi praebens de nostro sanguine dixisti: *punite eum quem ignoratis deliquisse.* noluimus, Constanti, esse tecum maledicti, te magis cupientes sumus nobiscum benedictum in sancta inueniri ecclesia. non tuam audimus uocem, quae nos dei incurrere offensam prouocat, sed audimus Moysis serui domini dicentis: *et erit, si non audieritis uocem domini dei uestri, custodire et facere omnia mandata eius, quaecumque ego mandabo tibi hodie, et uenient super te omnes maledictiones hae et inuenient te. maledictus tu in ciuitate, maledictus tu in agro, maledictae apothecae tuae et quae sunt reliqua tua, et maledicti filii tui uentris et nascentia terrae tuae, armenta boum tuorum et greges ouium tuarum, maledictus tu in gressu tuo. mittet tibi dominus taedium et thlipsen et anxietatem in omnia, quocumque inmiseris manum tuam, quaecumque facies, quoadusque disperdat te in breui propter nequitiam studiorum tuorum.* si non sunt mala studia falsa mittere crimina, persequi dei cultores, dei idololatriam introducere in ecclesiam, manu militari iugulare credentes in unicum dei filium, poterunt haec maledicta non te ac tecum adprehendere currentes.

VIIII. Conuocasti nos ad dei sacerdotem iugulandum, ad eum interimendum, per quem te praecepta sua audire sanxerit deus. *et scripsit Moyses uerba legis huius in libro, et dedit eum sacerdotibus et leuitis qui tollunt arcam testamenti domini et presbyteris Israel. et mandauit eis Moyses in illa die dicens: post septem annos in tempore anni remissionis in die festo scenopegiae in coeundo omnem Israel apparere in conspectu domini dei tui in loco quem elegerit legetis hanc legem in conspectu Israel in auribus eorum, conuocatis in ecclesiam uiris et mulieribus et natis et proselyto qui fuerit in ciuitatibus uestris, ut audiant et discant timere dominum deum*

6 Deut. 28, 15—20 23 ib. 31, 9—13

1 orfani 6 audimus] uocem *add. m. ec.* Moysi *fort.* 11 apothaecae 13 gregem (s *m. rec.*) 17 suorum (t *m. rec.*) 18 idolatriam *m. 1* 22 sancxerit 25 p̄biteris *V*, presbyteriis *r* 27 quoeundo *m. 1* 29 couocatis *m. 1* 30 proselito

uestrum et audiant facere omnia uerba legis huius. et filii eorum, qui nesciunt, audientes discent dominum deum uestrum omnibus diebus quibus ipsi uiuunt super terram. persequeris eum, per quem te audire praeceperit dominus: agente eo in rebus humanis cohaereticum tuum Georgium mittis successorem. cum, tametsi fuisset liberatus iam Athanasius ex corpore, tibi non licuerit mittere, sed fuerit ac sit in dei manu quem fuisset dignatus populo suo antistitem instituere per seruos uidelicet suos, hoc est catholicos episcopos. neque enim posset impleri uirtute spiritus sancti ad dei gubernandum populum nisi is quem deus allegisset cuique manus per catholicos episcopos fuisset imposita, sicut defuncto Moyse impletum spiritu sancto inuenimus successorem eius Iesum Naue. loquitur scriptura sancta dicens: *et Iesus filius Naue impletus est spiritu intellegentiae; inposuerat enim Moyses manum super eum. et audierunt eum filii Israel et fecerunt secundum quod mandauit dominus Moysi.* conspicis ordinationi dei te obuiam isse contra dei faciendo uoluntatem, temet mucrone gladii tui iugulatum, siquidem non licuerit ordinari, nisi fuisset defunctus Athanasius, et defuncto Athanasio catholicus debuerit per catholicos ordinari episcopos. loquitur sacra scriptura dixisse ad Iesum Naue deum: *Moyses seruus meus defunctus est. nunc itaque surgens transi Iordanem tu et omnis populus iste in terra quam ego dabo illis. omnem locum, quemcumque ingressi fueritis uestigio pedum tuorum, uobis dabo illum, sicut dixeram Moysi. desertum et ante Libanum usque ad flumen magnum Euphraten et usque ad mare magnum, usque ad solis occasum, erunt fines termini uestri. non resistet homo in conspectu tuo per omnes dies uitae tuae, et sicut eram cum Moysi, sic ero tecum et non derelinquam te neque despiciam te.* numquid potest deus esse cum inimico suo Georgio? num-

14 Deut. 34. 9   22 Ios. 1, 2—5

3 persequaeris   6 ex *scripsi*, et *V*, *delet Latinius*   7 set   10 uirtute *scripsi*, uirtutem (s *m. rec.*) *V*, uirtus *v*   11 elegisset *fort.*   24 quemcūm (cu *in ras. m. 1*)   25 uestrorum *Sabatier*   27 magnum *om. v*   Eufratem *v*   30 Moyse *v*   dispiciam

quid ei, quem non ordinauerit, quem non elegerit, poterit esse propitius? talis est Georgius, qualis fuerat Arrius qualesque sunt Valens et Vrsacius uel ad quem me destinasti German⟨ici⟩ensium Adoxius; neque enim possent nisi de spinis spinae procedere. haec ita se habere ex actibus ipsius Georgii legens contestationes Alexandrinorum poteris colligere; et quamuis tibi sceleratum blasphemum illum esse placeat — neque enim aliter tibi esset amantissimus, nisi quia sit sceleratus —, tamen haec eo protulerim, ut eximiam possis cernere operam tuam. cum igitur non esse deum cognoscas cum Georgio, sed esse aduertas cum Athanasio, quem populo suo instituerit antistitem, cognoscere tandem poteris dei te ordinationem fuisse conatum destruere, deum te fuisse in Athanasio persecutum. audis enim dicere deum ad Moysi successorem: *sicut eram cum Moyse, sic ero tecum, et non derelinquam te neque despiciam te*, ecce alio loco: *inualesce et uiriliter age custodire et facere sicut praecepit tibi Moyses puer meus. et non declinabis ex illa dextra aut sinistra, ut intellegas in omnibus quaecumque agis. et non recedet liber legis huius ex ore tuo, et meditaberis in eo die ac nocte, ut custodias facere uniuersa quae scripta sunt. tunc dirigam uias tuas et tunc intelleges. ecce praecepi tibi, inualesce et uiriliter age; non est quod expauescas neque timeas, quoniam tecum est dominus deus tuus in omni loco.*

X. Iam superest te, siue tu siue Georgius quae geritis si sunt uenientia ex dei mandatis, probare. audis enim promittere se deum futurum cum successore Moysis, quomodo fuerit et cum Moyse, si modo quae sunt in libro legis scripta seruauerit. si igitur ut haec geras scriptum non inueneris,

15 Ios. 1, 5   16 ib. 1, 7—9

2 Arrius *Coleti*, arrianus *Vr*, Arrius tuus *fort.*   qualesque *scripsi*, quales qui *Vr*   3 ursatius   4 germanensium *Vr*; *em. Coleti*   8 esset* (t *eras.*)   11 aduertas *om. r*   13 connatum   14 Moysis *r*   16 dispiciam   17 custodi et fac *Sabatier*: ἴσχυε οὖν καὶ ἀνδρίζου φυλάσσεσθαι καὶ ποιεῖν *LXX*   22 intelleges (es *ex* as *m. 1*)   27 successorem *m. 1*   28 moysen

tuae erit aequitatis tandem aduertere uobiscum Arrianis non esse deum, sed illum in uobis mansitare, qui manserit et in Cain. quae te causa ad haec, Constanti, inpulit gerenda, ut potentia regni tui ad tantam perductus superbiam statuisses eum necandum, quem deus sibi in sacerdotali honore elegerit? non inueneras in primo Regnorum libro scriptum? *non glorietur sapiens in sapientia sua, neque glorietur potens in uirtute sua, neque glorietur diues in diuitiis suis; sed in hoc glorietur qui gloriatur, scire et intellegere deum et facere iudicium et iustitiam in medio terrae.* cur haec praeteriens, qui in omni tempore iudicium iustum facere debueras, iniustitiam tecum etiam nos facere cogebas? deponi per nos decreueras catholicum, firmari uero haereticum: sed quando istud sanae fecissent mentis homines? si enim Heli sacerdos, cur filios in sacerdotii honore constituisset indignos, illa audit quae perpessus est a domino, quid nos audire ac perpeti mereremur, si catholicum episcopum damnantes et quidem inauditum sineremus Georgium fieri Arrianum Alexandrinis episcopum? *et uenit*, inquit, *homo dei et dixit: haec dicit dominus: manifeste ostendi me ad domum patris tui ex omnibus tribubus Israel mihi in sacerdotium, ut ascenderent ad sacrificium meum et incenderent incensum et tollerent Ephod. et dedi in domo patris tui omnia frumenta filiorum Israel in escam. et tu quare respexisti in incensum meum ac sacrificium meum inprobo oculo, et honorificasti filios tuos plus quam me, ut benediceres eos a primordio in omnibus sacrificiis Israel coram me? propter hoc haec dicit dominus Israel: dixi, domus tua et domus patris tui transiet coram me usque in aeternum, et nunc non est. sic dicit dominus: nequaquam mihi, non sic erit a me, quoniam qui ho⟨no⟩rificant me, honorificabo eos, et qui spernit me ad nihilum redigetur. et ecce dies*

6 I Reg. 2, 10 (cf. Hier. 9, 23)   19 ib. 2, 27—34

9 gloriaetur   14 stud (i *supra*)   15 cur (q *supra*; q *m. rec.*)   audet (ıt *supra*; ıt *m. rec.*)   16 quae] atque *fort.*   19 inquid *m. 1*   21 trib;   25 inprobo (m *supra*; im *m. rec.*)   30 horificant   31 et haecce *m. 1*

ueniunt, et disperdam semen tuum et semen patris tui, et non erit tibi senex in domo mea omnibus diebus, et uirum disperdam tibi a sacrario meo, ut deficiant oculi eius, et defluet anima eius. et omnis quae superauerit multitudo e domo tua decidet in gladio uirorum. et hoc tibi signum, quod ueniet super duos filios tuos hos Ofni et Finees, in uno die morientur ambo gladio uirorum. si hanc ille accepit increpationem pro filiis a deo, qualem nos mereremur accipere pro te, Constanti? credo dictum fuisset nobis: *plus honorificastis Constantium quam me,* quomodo illi dictum est, quod plus honorificauerit filios quam deum. qua, inquis, de re? quia si tua fecissemus praecepta, domini inueniebamur spreuisse, quia Georgius sit, ut fuerint filii Heli, filius pestilentiae, quem tu loco dei hominis Athanasii conlocandum per nos censueras. deinde cum dicat deus: *qui me honorificauerit honorificabitur, et qui me spernit ad nihilum redigetur,* si tuam contra ipsius diuina mandata prolatam uocem sacrilegam audiremus, honorificaueramus deum? an si te nihil esse iudicantes illius tantum sacris statutis parere niteremur? interea tu gaude, quia sis exhonorans deum. audis enim ipsum dicentem, quod uenturi sint ad nihilum omnes eum spernentes. an negabis te exhonorasse deum tollendo sacerdotes e plebibus quos ordinauit ille? an negabis te exhonorasse dominum, quando contra sancita ipsius coegeris sacerdotes eius damnare absentem inauditum? non ergo exhonorasti deum, quando tuleris apostolicam atque euangelicam traditionem et idololatriam, quam Arrii aedificauerit in corde diabolus, statueris ab omnibus cultoribus teneri dei?

XI. Cum haec ita sint, iam tuae erit prudentiae aestimare, quid tibi agendum expediat, utrumne hic corrigens errores

15 I Reg. 2, 30

3 tibi *om. c* 6 Phinees *c* moriuntur (e *m. rec.*) 12 spuisse 13 eli 18 indicandites 22 dominum *c* sacerdotes (s *in ras.*) quos *s. l. m. 1* 23 a·n s·ancita 24 sacertes (do) 26 idolatriam *m. 1* Arii *Latinius*, arrius *V*; Arrii exaedificauerit *fort.* 27 omnibus *scripsi*, hominibus (*in* mi *rasurae indicium*) *V et c*

tuos, consecutus ueniam tantorum scelerum, inter dei inueniri statuas domesticos, an redactus ad nihilum, sicut promittit spernentibus se dominus, incipias in perpetuum dare poenas, quas dant hi quorum tenere delegeris itinera. et ut plene uidere possis quae te maneant pericula, propterea quod sis exhonorans diuinitatem, accipe Samuheli etiam quae dicantur propter Heli filios: *et dixit dominus ad Samuhel: ecce ego facio uerba mea in Israel, et omnis qui audierit ea, tinnient utraeque aures eius, in illo die quo suscitabo super Heli omnia quae locutus sum in domo eius et consummabo quae praedixi ei, quoniam ego ulciscor in domo eius usque in aeternum propter iniquitates filiorum eius, quas ego scio, quoniam contemnentes dominum mala locuti sunt filii eius, et non monuit eos neque castigauit. et nunc sic iuraui domui Heli, si propitiabitur iniquitas in domo Heli in incenso aut in sacrificiis in sempiternum.* si haec Heli sunt promissa propter delictum filiorum, quid tibi propter sacrilegium tuum? si illi haec in aeternum sunt promissa, quid tibi agenti tanta? si filios Heli dixit deus male locutos de se, quanto magis dicat te, qui susceperis Arrii blasphemiam ad inpugnandam scilicet fidem, quam patriarchae prophetae apostoli et omnes tenuerunt martyres? rogamus te inter haec gerere factorum tuorum paenitentiam, considerans saltem quae filiis Heli exhonorantibus deum acciderint. *Heli,* inquit scriptura, *senex erat ualde, et filii eius euntes abierant, et erat maligna uia eorum coram domino. et factum est in diebus illis, et conuenerunt alienigenae in pugnam ad Israel,* et infra: *et inclinauit pugna, et cecidit uir Israel coram alienigenis, et uulnerati sunt in acie in campo quattuor millia hominum. et uenit populus in castra, et dixerunt maiores natu Israel: propter quid deficere*

7 I Reg. 3, 11—14 24 ib. 3, 21 (cf. 2, 22) — 4, 1 27 ib. 4, 2—5

1 inueneri *m. 1* 4 qua*s plane *v* 9 utreque 12 iniquitates *LXX*, iniquitatem *Vv* quas *V*, quă *v* 13 contempnentes 18 quod (i *m. rec.)* 22 tuo *m. 1* 25 quoram *m. 1* 26 aligenigene 28 quorum (coram) alienienis (g) *(corr. m. rec.)*

fecit nos hodie dominus coram alienigenis? tollamus igitur arcam domini dei nostri ex Selon, et exeat in medio nostrum et liberabit nos de manibus inimicorum nostrorum. et misit populus ad Selon, et sustulerunt inde arcam domini, ubi sedebat Cherubin. et ambo filii Heli cum arca dei ibant, Ofni et Finees, et infra: *expugnauerunt illos, et defecit uir Israel a conspectu alienigenarum, et fugit unusquisque in tabernaculum suum. et facta est plaga magna ualde, et ceciderunt ex Israel triginta milia uirorum. et arca dei capta est, et ambo filii Heli mortui sunt,* et infra: *et uir properans accessit ad Heli dixitque ei; ego sum qui ueni de castris fugiens de proelio hodie. et dixit Heli: qui sermo factus est, filiole? et respondit uir et dixit: fugit uir Israel a facie alienigenarum, et facta est plaga magna in populo, et ambo filii tui mortui sunt, et arca dei capta est. et factum est cum audisset, arca dei capta est, cecidit supinus de sella iuxta portam, et contribulatum est dorsum eius, et mortuus est, quoniam senex erat et grauis homo, et ipse iudicabat in Israel uiginti annis.* si haec mala Heli sacerdoti et iudici Israelitarum uno die uenerunt, propterea quod non, ut fuerat dignum, suos castigasset filios, quid tibi religionis dei destructori cernis uenturum, isto in loco probandum tibi censui. quod enim ex dei ueniat uoluntate, ut nos eius serui subiciamur uobis persecutoribus nostris, dixisse non negabis: *nisi nostra fides, hoc est haec quae dicitur a Lucifero Arriana, fuisset catholica, numquam in omnes plebes accepissem potestatem.* si ita est, potuit et illorum allophilorum qui arcam ceperant dei fuisse melior quam est dei cultorum.

XII. Tu dicis fidem tuam, quam nos nouimus haereticam, hoc tibi praestitisse. sed et Maxentius, Nero et cuncti illi persecutores domus dei dixerunt deorum suorum potentia fuisse

6 I Reg. 4, 10. 11   10 ib. 4, 16—18

1 quoram *m. 1*   18 etse (ip *s. l.*)   24 dixisse] te *add. v*   25 quae *s. l.* 26 accipissem *m. 1*   27 *ad* allophilorum *supple* fides   Dei quisquam fuisse melior quam est Dei cultor. Utique tu *v*   29 haeredicam *m. 1*

factum, ut Christiani sub illorum ditionem ueniremus. percurre quae acciderint illis, qui arcam se dei cepisse laetabantur, qui uirtute deorum suorum uicisse se Israelitas dicebant, et inuenies unum te ex illis, qui dei fuerint domum persecuti. *et alienigenae abstulerunt arcam dei ex Abenezer, et intulerunt illam in Azotum. et sustulerunt alienigenae arcam, et intulerunt illam in domum Dagon, et collocauerunt illam iuxta Dagon. et mane uigilauerunt Azoti, et intrauerunt in domum Dagon et uiderunt. et ecce Dagon cecidit in faciem suam ante arcam dei. et sustulerunt Dagon et statuerunt in locum suum. et grauata est manus domini super Azotos et cruciabat illos. et percussit illos in domibus eorum, in Azotum et regiones eius. et factum est, cum ante lucem uigilassent, et Dagon ceciderat in faciem ante arcam testamenti domini, et caput Dagon et ambo uestigia manus eius ablata erant per partes centum, et ambo articuli manus illius ceciderunt in limen.* et infra: *et grauata est manus domini super Azotum, et induxit illis mures, et facta est confusio mortis magna in ciuitate. et uiderunt uiri Azoti quoniam sic est, et dixerunt, quoniam non sedebit arca domini dei Israel nobiscum, quoniam dura est manus illius super nos et super Dagon deum nostrum. et mittunt et conuocant regulos alienigenarum ad se et dicunt: quid faciemus arca dei Israel? et dixerunt Gethaei: transeat arca dei Israel in Geth. et factum est, postquam translata est arca dei, facta est manus domini in ciuitate, et facta est turbatio magna ualde. et percussit uiros ciuitatis a minimo usque ad maximum, et ebulliuit illis mures in sedibus, et fecerunt sibi Gethaei sedes pellicias, et miserunt arcam dei in Ascalonem. et factum est, ut intrauit arca dei Israel in Ascalonem, exclamauerunt Ascalonenses dicentes: ut quid misistis arcam dei Israel ad nos, ut morti tradat nos et*

5 I Reg. 5, 1—4 17 ib. 5, 6—12

1 dictionem 15 amba *m. 1* 22 regulos *coni. Coleti*, relicos *V* (*sed in mg.* reliquos *m. rec.*); *cf.* συνάγουσι τοὺς σατράπας *LXX et infra p.* 87, *1* regulos 23 faciemus] de *add. m. rec.* 25 *alt.* est *om. v* 27 illos (i *supra*) 28 cethaei pelliceas *v* arca

populum nostrum? et mittunt et conuocant regulos alienigenarum et dixerunt: remittite arcam dei Israel, et reducatur in locum suum, et non morti dabit nos et populum nostrum, quia acta est confusio grauis in ciuitate tota, grauis ualde, ut intrauit arca dei ibi. et qui uiuebant et non sunt mortui percussi sunt sedibus suis, et ascendit clamor ciuitatum usque ad caelum. uides, Constanti, quomodo sinat deus noster humiliatam uideri religionem suam a uobis alienigenis et eo quidem usque humiliatam, donec etiam uos persecutores uerae religionis uideatis non esse deum alium praeter deum nostrum.

XIII. Sed ut iterum ad Athanasii redeam causam, numquid non sciebas scriptum in Regnorum libro primo: *et Samuhel iudicabat populum Israel in omnibus sanctificationibus*, ut imperandum putares per domini sacerdotes fuisse damnandum innocentem? legisti Samuhel quod in omni sanctificatione iudicarit populum dei: et quia nolumus ab hac recedere iusta uia iudicandi, perpetimur persecutionem a te. non nouum, quando Saul persecutus fuerit iustum Samuhelem, cur ei uera dixerit, et quidem eum, per quem fuerit in regem unctus, per quem eum dominus ad tantam prouexerit gloriam. persequebatur Saul domini prophetam atque sacerdotem, quia non compos fuerit mentis: Saul alioquin quomodo sospes persequeretur eum quem sciret dei ministrum, dei spiritu plenum? persequebatur eum quem iugiter propter persecutoris ignorabat ingemuisse salutem. loquitur in libro primo Regnorum scriptura dixisse dominum ad Samuhel: *usquequo luges tu in Saul? ecce expello illum, ne regnet super Israel. imple cornu tuo oleo et ueni, mittam te in domo Iesse usque in Bethlehem, quoniam uidi in filiis Iesse mihi in regem. et dixit Samuhel:*

12 I Reg. 7, 16   26 ib. 16, 1. 2

1 aligenigenarum   4 qui (n supra)   5 ibi *om. r*   16 ac (h *m. rec.*)   17 a te] at hoc *add. m. rec. in mg. et r*   19 et quidem *scripsi*, equidem *Vv*   20 at   prouexerit (a *m. rec.*)   22 compus fuerit (*corr. m. rec.*)   quando (quomodo *corr. m. rec.*)   persequaeretur   23 scire (t *m. rec.*)   spm (n *corr. m. rec.*)   26 usquequando (o *corr. m. 1*)   27 tuum *v*   28 bethleem

quomodo ibo, ne audiat Saul et occidat me? eum quaerebat consumere, quem iam multis meminerat modis dei esse hominem. homo dei ueniam persecutori poscendo non desistit, contra pestilentiae factus filius eius auferre animam quaerit; eo etenim usque persecutor extitit Samuhelis domini sacerdotis Saul, ut dixerit domino dicenti sibi *ueni, mittam te: et quomodo ibo? audiet Saul et occidet me.* conspicis, Constanti, recedentibus uobis a deo non uos homines, sed feras, sed beluas atque latrones aestimari. aut numquid in hoc, quod Athanasium iniuste persequeris, non eris Sauli conparandus? quando sis ita iugulare cupiens innocentem Athanasium, quomodo et ille fuerit interficere desiderans non solum Samuhelem, sed et Dauid. eos Saul nempe interficere minabatur, cum quibus cognoscebat esse deum. *et uidit*, inquit scriptura, *Saul, quoniam dominus cum Dauid est, et omnis Israel diligebat eum. et magis adiecit Saul timere a facie Dauid. et locutus est Saul ad Ionathan filium suum et ad omnes pueros suos, occidere Dauid.* responde, imperator inpudentissime, si haec gerere potest dei habens spiritum. quo Saul coepit haec gerere tempore? nempe quo per Samuhel maledictus reprobatus est; eodem etenim tempore scriptum est recessisse deum ab eo, cum Dauid uero fuisse. quibus rebus probatur uos esse Arrianos sine spiritu dei, qui persequimini Athanasium uirum plenum spiritu sancto. *et erat*, inquit, *Dauid in omnibus uiis suis sapiens, et dominus erat cum illo, et omnis Israel et Iuda diligebant Dauid.* igitur ut ea te agere possis cognoscere circa Athanasium quae egerit Saul circa Dauid, accipe scriptum: *et Ionathan filius Saul diligebat Dauid ualde, et indicauit Ionatha Dauid dicens: Saul quaerit occidere te,* et infra: *et locutus est Ionatha ad patrem suum dicens: noli*

14 I Reg. 18, 28 — 19, 1 24 ib. 18, 14. 16 28 ib. 19, 2 30 ib. 19, 4—6

11 quando si *(sed* uando *linea transuersa m. 1 expunxit) V,* quando sis *v,* quasi *fort.* 14 inquid 17 ionathà 21 dominum *v* 22 fuisset *m. 1* 25 et dñs — israel *add. m. 1 in mg. inferiore* 30 locuttus *m. 1*

peccare, rex, in seruum tuum Dauid, quoniam non peccauit in te, et facta eius bona sunt ualde. et posuit animam suam in manibus suis et occidit alienigenam, et fecit dominus salutem in Israel, et omnis Israel uiderunt et gauisi sunt. et ut quid peccas in sanguinem innocentem et occidere Dauid sine causa? et audiuit Saul uocem Ionathae filii sui, et iurauit Saul dicens: uiuit dominus, si mortuus fuerit Dauid, et infra: *et adiectum est bellum fieri, et inualuit Dauid et expugnauit alienigenas et percussit illos plaga magna, et fugerunt a facie Dauid. et factus est in Saul spiritus malus, et ipse in domo sua dormiebat, et erat in manu eius lancea, et ecce psallebat in manibus suis. et quaerebat Saul percutere lancea Dauid et percussit, et declinauit Dauid a facie Saul. et percussit lancea in parietem, et Dauid fugit et saluus factus est. et factum est in illa nocte, et misit Saul nuntios ad domum Dauid, ut custodirent illum, quo mane occideret illum. et Dauid fugit et saluus factus est. et uenit ad Samuhel in Armathen, et renuntiauit ei omnia quae fecit Saul,* et infra: *et factus est iratus in Ionathan Saul ualde,* et infra: *et dixit: mitte haec, accipe iuuenem, quoniam filius mortis est. et respondit Ionathan patri suo: quare moritur? quid fecit? et sustulit Saul lanceam in Ionathan, ut occideret eum.* cui parceret Saul, uera sibi dicenti quando nec filio pepercerit? sic estis praetereuntes ⟨dei⟩ mandata atque uestra statuentes. denique non miramur, si, quia dicitur: *non potest damnari absens,* domini persequaris sacerdotes, quando uideamus sic fuisse deo famulantes persecutum Saul. loquitur scriptura dicens: *et dixit rex: morte morieris, Abimelech, et tu et omnis domus patris tui,* et infra: *et dixit rex cursoribus et stantibus sibi: adducite et occidite sacerdotes domini, quoniam manus eorum cum Dauid est, quoniam cognouerant quod Dauid fugeret et non decooperuerunt aurem meam. et noluerunt pueri regis ingerere manus suas aduersus sacerdotes domini.*

8 I Reg. 19, 8—12. 18 18 ib. 20, 30 19 ib. 20, 31—33 28 ib. 22, 16 29 ib. 22, 17

5 innocentem *om. v* occidere] uis *add. V s. l. m. rec. et v* 21 morietur *v* 24 dei *add. m. rec. in mg.* 28 acimelech 31 dauit est *m. 1*

XIIII. Quid dicis, aequissime rex? si illi regis pueri noluisse referuntur oboedire imperio regis, si illi contempsisse monstrantur praecepta Saul, ne contra dei fecissent mandata, nos episcopos fuerat dignum domini calcantes praecepta inplere tua sacrilegi homicidae? idcirco ergo nos dignaris persequi, quia non domini mandatis tua anteponamus. haec fecit et Saul, quae ita esse probat sacra scriptura dicens: *et dixit Saul ad Doeg: conuerte te in obuiam sacerdotibus domini. et conuersus est Doeg Syrus, et mortificauit ipse sacerdotes domini, et occidit illa die trecentos quinque uiros et omnes portantes Ephod, in Nonban ciuitatem sacerdotum occidit in ore gladii a uiro usque ad nutrientem.* simili nunc modo conatus es atque conaris eorum laniare corpora, quos uideas praeceptorum dei memores tuo reniti praecepto. non itaque mirari poterimus, si tu nos persequaris, quando uideamus Saul, cur non seruum domini Dauid in manus tradiderint eius, non solum trecentos quinque sacerdotes, sed et totam perdidisse ciuitatem. persequebatur Saul Dauid eum, in cuius ditione cum fuerit, saepe tamen ei ignouerit. *et factum*, dicit scriptura, *cum reuersus esset Saul post alienigenas, et renuntiauerunt ei dicentes: ecce Dauid in deserto Gaddi est. et sumpsit secum tria millia uirorum electorum ex omni Israel, et abiit quaerere Dauid et uiros eius ante faciem uenationis ceruorum. et uenit ad greges ouium quae erant ad uiam, et erat ibi spelunca, et introiuit Saul ad sellam, et Dauid et pueri eius interius speluncae sedebant. et dixerunt uiri Dauid ad eum: ecce dies hic quem dixit dominus: tibi dabo inimicum tuum in manibus tuis, et facies ei quae placita sunt ante oculos tuos. et exsurrexit Dauid, et dempsit pinnam chlamidis Saul occulte. et factum est post haec, et percussit cor Dauid eo quod dempsisset pinnam chlamidis. et dixit Dauid ad pueros suos:*

7 I Reg. 22, 18. 19   19 ib. 24, 2—16

2 contempse (sis *s. l.*)   3 ne *s. l. m. 1*   7 *et* 8 dohaec   10 ephot (e *ex* o *corr.*)   in nonbā (o *ex* u *m. 1*) ciuitatem *V sed m. rec. supra scr.* et oben, in Nonba ciuitate *fort.*, et Oben, ciuitatem *v*   15 cur (q *m. rec.*)   21 tria millia uirorum secum *signis transp. additis*   29 clamidis *et sic infra*

non mihi contingat a domino, si fecero hoc uerbum domino meo christo domini, inferre manum meam in eum, quia christus domini hic est. et suasit Dauid uiros suos uerbis et non permisit illis, ut surgentes occiderent Saul. et surrexit Saul et descendit in uiam, et exiit Dauid post Saul dicens: domine rex. et respexit Saul post se, et inclinauit se Dauid in faciem suam super terram et adorauit eum, et dixit Dauid ad Saul: quare audis uerba populi dicentium: ecce Dauid quaerit animam tuam? et ecce in hac die uiderunt oculi tui, quomodo tradidit te dominus hodie in manibus meis in spelaeo, et nolui te occidere et peperci tibi et dixi: non iniciam manum meam in dominum meum, quoniam christus domini est. qui accepi pinnam chlamidis tuae in manu mea, et ego abscidi laciniam chlamidis tuae, et non occidi te. cognosce et uide hodie quoniam non est in manu mea malitia neque iniustitia, et non peccaui in te, et tu quaeris animam meam accipere. iudicet dominus inter me et te, et uindicabit me de te, manus autem mea non erit in te. sicut dicitur parabola antiqua, ex iniquis exiet nequitia. manus autem mea non erit in te. retro quem tu persequeris? canem mortuum et retro pulicem unum? fiat dominus in iudicem et in uindicem inter me et inter te. uideat dominus et iudicet iudicium meum et iustificet me ex manu tua. talis mos est dei cultoribus totum reseruare deo, scientes esse magnum uindicari ab eo.

XV. Interea, sicuti superius dixi, uide Saul, ubi compos mentis est, quae dicat, at ubi inpos efficitur, quomodo sitiens sit Dauid iusti et innocentis sanguinem: *et factum est*, inquit, *cum consummasset Dauid uerba haec loquens ad Saul, dixit Saul: uox tua haec, fili Dauid? et exclamauit Saul et plorauit. et dixit ad Dauid: iustus es tu quam ego, quoniam tu reddidisti mihi bona, ego autem retribui mala tibi. et renuntiasti mihi hodie quae fecisti mihi bona, sicut conclusit*

27 I Reg. 24, 17—23

8 dauit *m. 1* 10 speleo 20 persequaeris 23 [ut]totum ([ut] *m rec.)* ‚ ut totum reseruent *v* 25 secuti *m. 1* 26 ad *m. 1* inpos ([i] *m. rec.)* 27 inquid 31 tribui *c*

me dominus in manibus tuis, et non occidisti me. et sicut inueniat quis amicum suum et praemittat eum in uiam bonam, et dominus retribuat tibi bona pro quibus fecisti mihi hodie. et nunc ecce ego scio quoniam regnando regnabis et constituetur in manu tua regnum Israel, et nunc iura tu mihi in domino. si non eradicabis semen meum post me et si non exterminabis nomen de domo patris mei. et iurauit Dauid Saul. post haec utique debuerat iam mutari Saul, sed adhuc nec iste desinit persequi nec deficit parcere Dauid. *et surrexit,* dicit scriptura, *Saul et descendit in desertum opacum et cum eo tria millia uirorum electorum ex Israel quaerere Dauid,* et infra: *et misit Dauid exploratores et cognouit quoniam uenit Saul in Sicelet. et surrexit Dauid occulte et abiit in locum, ubi dormiebat Saul et Abner filius Ner princeps militiae eius. et Saul dormiebat in stragulis praeclaris, et plebs erat circa eum. et Dauid dixit ad Amalech Cethaeum et Abessa filium Saruiae fratrem Ioab dicens: quis introibit mecum in castris ad Saul? et dixit Abessa ad Dauid: ego ibo tecum. et intrauerunt Dauid et Abessa ad populum nocte, et ecce Saul dormiebat in stragulis pretiosis, et lancea fixa ad caput eius praeclara, et Abner dormiebat circa eum. et dixit Abessa ad Dauid: conclusit dominus hodie inimicum tuum in manibus tuis, et nunc occidam de lancea semel in terram figens et non repetam illam. et dixit Dauid ad Abessa: non continges illum, quoniam quis iniciet manum suam in christum domini et purus erit? et dixit Dauid: uiuit dominus, quoniam nisi dominus percusserit illum aut nisi hora illius uenerit et moriatur uel in pugnam descenderit et adponatur, mihi autem non sit a domino inicere manum meam in christum domini. et nunc accipe lanceam quae est ad caput illius et lentem aquae, et recedamus nos. et accepit Dauid lanceam et lentem aquae a capite eius, et abierunt ipsi. et non erat qui uideret neque qui sciret, et non erat qui uigilaret: omnes enim*

9 I Reg. 26, 2 12 ib. 26, 4—25

5 iura^tu^sti (^tu^ *m. rec.*) 16 amalec cetheum 17 saruie 21 capud *m. 1* 25 ini***ciet 29 meam *om. v* 30 capud *m. 1*

dormiebant, quoniam timor domini inruerat in illos. et transiuit Dauid contra et stetit in cacumine montis longe, et erat magnum iter inter eos. et deprecatus est Dauid populum et Abner et locutus est dicens: non respondes, Abner? et respondit Abner et dixit: quis es tu qui uocas me? quid est? et dixit Dauid ad Abner: uir tu es, et quis sicut tu in Israel? quare non custodis dominum tuum regem? quoniam intrauit unus de populo disperdere dominum tuum regem. non est bonum hoc quod fecisti. uiuit dominus, quoniam filii mortificationis uos estis, qui non custodistis dominum regem uestrum, christum domini. et nunc uide ubi est lancea regis et lentis aquae quae erat ad caput eius. et cognouit rex Saul uocem Dauid et dixit: uox tua haec, fili Dauid? seruus tuus, domine rex. et adiecit Dauid: ut quid hoc persequitur dominus meus retro seruum suum? quoniam quid deliqui et quae est a me malitia? et nunc audiat dominus meus rex uerba serui sui, si dominus deus incutit te in meum dolorem et uictimam immolationis; quod si filii hominum, maledicti hi in conspectu domini, quoniam eiecerunt me hodie non confirmatum esse in testamentum domini dicentes: uade, serui diis alienis. et nunc non cadet sanguis meus in terram ante conspectum domini, quoniam exiit rex Israel quaerere pulicem unum, sicut persequitur noctua in montibus. et dixit Saul: peccaui, conuerte, fili Dauid, quoniam non malignabor in te iam, ideo quoniam anima mea accepta est ante oculos tuos in diem hunc, in quo stultus factus sum, et ignoraui multa uehementer. et respondit Dauid dicens: ecce lancea regis, accedat unus ex pueris et accipiat eam. et dominus restituat unicuique iustitias et fidem suam, sicut tradidit te hodie in manibus meis et nolui inicere manum meam in christum domini. ecce sicut exaltauit se anima tua in diem hunc ante oculos meos, sic significetur anima mea in conspectu domini, et abripiat me et eruat me ex omnibus tribulationibus. et dixit Saul ad Dauid: benedictus tu, fili, et ⟨facies⟩ faciens et potens poteris.

12 aq;quae 16 sui *om. v* 17 tuus incutit te in me, odoretur uictimam *Latinius* 19 egecerunt 32 conspectum *m. 1* 34 facies *add. Gallandius*, ποιῶν ποιήσεις *LXX*

XVI. Haec idcirco indidi, ut tandem posses conicere, sic te siue Athanasium siue nos iniuste persequi, sic te stimulari in tuae salutis necem, sic tibimet mortis apud diuinitatem contrahere pericula, ut sibi per haec quae egerit contraxerit Saul. si haec non ita sunt, dic cur nos persequaris; nempe quia non fundamus sanguinem innocentem. quem uis imitemur, tene aut Dauid? de Dauid enim scriptum inuenio: *et Dauid regnauit in Israel, et erat faciens iudicium et iustitiam in toto populo suo;* te uero esse cernimus iniustum iudicem, cultorum dei interfectorem. cur nos persequeris? nempe quia noluerimus, ut tu es, fieri apostatae, quia noluerimus unicum dei negare filium. Dauid liber et trinitatem loquitur perfectam et unam narrat deitatem patris et filii et spiritus sancti: et tu esse inueniris apostata. quem, inquam, sequar, tene an Dauid? illumne cultorem domini, misericordiae amatorem an te sacrilegum, carnificem? cuius sapientiae homo persequeris Athanasium? mirarer te haec agere, si non et Achab rex sic Heliam et ceteros domini prophetas fuisset persecutus; mirarer te persequi dei hominem, si non in omnibus te Achab esse cernerem. denique talia tibi dicuntur a nobis, qualia et illi a dei dicta sint domesticis: *noli Baal colere, noli idolis seruire, sed deo; serui deo Abrahae, deo Isaac, deo Iacob, serui deo Israel.* si talia meministi dixisse Heliam et ceteros prophetas domini ad Achab apostatam regem, aduerte similia tibi ab eis, quibus docendi dederit auctoritatem dominus, dici. noli, Constanti, cum Arrianis pugnare contra dei domum, noli idololatriam Arrii introducere in ecclesiam, noli negare unicum filium dei, desine persequi apostolicam atque euangelicam fidem. haec quia dicamus, uidemur esse tibi inimici. sic fuerunt regi uera sibi dicentes inimici. percurramus denique quaenam fuerint orta, quae facta inter Heliam domini prophetam et

7 II Reg. 8, 15

2 ..stimulari V. famulari *c* 3 aput *m. 1* 4 egeris 7 de dauit *m. 1* 11 n̈oluerimus 17 ahab 21 bahal 22 dō abraae 26 idolatriam *m. 1*

Achab tuum coapostatam, et inuenies te esse hodie Achab. *uiuit*, inquit Helias, *dominus, cui adsisto ante conspectam, si erit annis istis ros et pluuia, nisi per uerbum oris mei.* quod utique cum impletum fuisset, debuerat uecors cognoscere uere deum solum potentem totum non fuisse nisi illum cui seruiret Helias. quid agit Achab? uidet per triennium et eo amplius non esse pluuiam, et magis est idolis seruiens, magis est cupiens interficere Heliam. audit dei propheta ore sacrilegi Achab: *si tu es ipse, qui euertis Israel?* sic et tu dicis Athanasio uel nobis, quod enim nos sumus uertentes dei populum, cum tu sis ad tuam suscipiendam haeresim Christianos conuocans. sed audis a nobis quae audiit Achab ille cultor idololatriae ab Helia glorioso: *non nos euertimus dei domum, sed euertis tu et domus patris tui.* aut negabis nihil te cogitare, nisi ut omnes nos coapostatas efficias tuos?

XVII. Sed ut coeperam de Heliae et Achab dicere actibus: *et dixit Helias: ego non uerto Israel, sed euertis tu et domus patris tui, dum relinquitis uos dominum deum nostrum et itis post Baal. et nunc mitte et congrega ad me omnem Israel in montem Carmeli et prophetas confusionis quadringentos quinquaginta et prophetas lucorum quadringentos, manducantes et bibentes in mensa Iezabel. et misit rex Achab ad omnem Israel et collegit omnes prophetas in montem Carmeli. et accessit Helias ad omnes et dixit eis: usquequo uos claudicatis sensu uestro? si est dominus deus, ite post ipsum. si autem Baal est, ite post illum. et non respondit illi populus uerbum. et dixit Helias ad populum dicens: ego superaui solus prophetarum domini unus, et prophetae huius Baal quadringenti quinquaginta uiri et prophetae lucorum quadringenti: dentur ergo nobis duo boues, et eligant sibi illi unum et demembrent, et inponant eum super lignum et ignem non sub-*

2 III Reg. 17, 1 9 ib. 18, 17 17 ib. 18, 18—46

4 uaecors uerum *r* 6 achap *m. 1* 12 acaph 13 idolatriae 15 quoapostatas *m. 1* 18 ites *m. 1* 19 bahal 22 zezabel 28 unus *expunxit Latinius*

ponant; et ego faciam bouem alterum, et ignem non subponam. et clamate in nomine deorum uestrorum, et ego clamabo in nomine dei mei, et erit hic deus quicumque exaudierit nos in igne, hic erit deus. et respondit omnis populus, et dixerunt: bonum uerbum quod locutus est Helias. et dixit Helias ad prophetas confusionis: eligite uobis uitulum unum et facite priores, quoniam uos multi estis, et clamate in nomine deorum uestrorum, et ignem nolite supponere. et acceperunt uitulum et fecerunt, et inuocabant in nomine Baal a mane usque ad uesperam, et dicebant: exaudi nos, Baal, exaudi nos. et non fuit istis uox neque auditio. et apposuit Helias Thesbites dicens: inuocate in uoce magna pariter, ne forte occupatus sit uel dormiat ipse, et suscitabitur. et illum uocabant in uocem magnam, et secabant se secundum consuetudinem suam gladiis et nouaculis usque ad effusionem sanguinis super se, et prophetabant usque dum transiret meridies. et factum est quomodo tempus erat ut accenderet sacrificium, et locutus est Helias Thesbites ad prophetas dicens: discedite amodo, et ego faciam holocaustomata. et discesserunt et abierunt. et dixit Helias ad populum: accedite ad me. et accesserunt omnes populi ad eum, et accepit Helias duodecim lapides secundum numerum tribus Israel, sicut locutus est dominus ad eum dicens: Israel erit nomen tuum. et aedificauit lapides et restituit altare domini, quod dissipatum fuerat, et fecit foueam, quae caperet duas metretas sem⟨in⟩is in gyro altaris et constipauit scizas super altare quod fecit, et demembrauit holocaustum et inposuit scizam et stipauit super altare, et dixit: accipite mihi quatuor hydrias aquae et effundite super holocaustum et super scizam. et dixit: iterum adferte. et iterum adtulerunt. et dixit: repetite tertio. et repetierunt tertio, et manabat aqua in circuitu sacrarii, et foueam impleuerunt aqua. et clamauit Helias in caelum et dixit: dominus deus Abraham et Isaac et Israel, exaudi me, domine, exaudi me

1 alteram   10 uesperum   14 uoce magna *v*   17 quomodo] quando *fort.*   ascenderet *Sabatier; ἀναβῆναι τὴν θυσίαν LXX*   18 *ante* ad *ras. 4—5 litt.*   20 accidite   25 seminis *Latinius*, semis *Vv*

hodie in igne, ut sciant omnis populus hic, quoniam tu es dominus deus Israel et ego seruus tuus, et propter te feci haec opera, et tu uersasti cor populi huius retro. et cecidit ignis a domino de caelo, et comedit holocausta et scizas et aquam quae erat in altare, et lapides et terram linxit ignis. et cecidit totus populus super faciem suam et dixit: uere dominus deus ipse est deus. et dixit Helias ad populum: suscipite prophetas Baal, nemo sit saluus ex illis. et susceperunt illos, et deduxit illos Helias ad torrentem Cison et occidit illos ibi, et dixit ad Achab: manduca et bibe, quoniam uox est pedum pluuiae. et ascendit Achab, ut manducaret et biberet. et Helias ascendit in Carmelum, et inclinauit se in terram et posuit faciem suam inter genua et dixit puero suo: ascende et prospice uiam maris. et respexit puer, et dixit puer: non est nihil. circumage te septies. et factum est in septimo, et ecce nubis pusilla quasi uestigium hominis adducens aquam de mari. et dixit illi Helias: ascende et dic ad Achab: iunge currum tuum et ascende, ne conprehendat te pluuia. et factum est hinc et inde, et caelum contenebricauit nubibus et uentis, et facta est pluuia magna. et plorabat et ibat Achab in Israel, et manus domini erat in Heliam.

XVIII. Cognoscis in qua peruersitate hodie tu sis manens, in qua manserit et Achab; de tantis etenim signis ac prodigiis exhibitis non dignatur gaudere cum populo, sed dolet, cur Helias sacerdotes ac prophetas fuerit idolorum ausus interficere, nec post tanta dignatur semet uertere ad deum, sed magis adhuc eius persequitur cultorem. uidet quia est deus in Helia, et magis quaerit eius animam. conspicit prophetas Baal et lucorum fuisse daemoniorum cultores, et illos magis etiam extinctos diligit quam eum quem tot modis aduerterat dei domesticum. ita et tu eos dignaris diligere quos haeresis Arrianae sectae uides homines et es dei cultores quam acer-

8 deduxerunt 9 at *m. 1* 10 acap (b *m. rec.*) 11 acab 20 Israel *Vv*, Ἰεζραέλ *LXX* 22 in ea quia *fort.* 23 acaph (b *m. rec.*) 24 exibitis 25 cur (q *m. rec.*) idolorum fuerit *v* 29 bahal 31 haeresis] haerere *fort.*

rime persequens. pauca de multis gestis inter Achab et Heliam idcirco duxi tibi ingerenda, ut possis noscere uos, ex quo deum derelinquitis, neque signis neque prodigiis facile conuerti ad eum, sed magis in uestris durantes erroribus ut bestias inmanes saeuire in ⟨cer⟩uicem dei cultorum. deprecamur te, Constanti, ne adhuc in his tuis malis digneris demorari, sed magis emergas a turbinibus diaboli, ne illa conprehendant te mala quae Achab et Iezabel. nec in eo dicas felicem te, quia potens sis ad dei persequendos homines, quando uideas potuisse ad petitum Heliae extingui Achab et Iezabel, et tamen fuerint reseruati, ut plenius et Heliae dei hominis tolerantia fuisset beatificata et illorum impleta impietatis mensura, quasi uero non posset Helias petere deum, ut arderent persecutores religionis eius, idolorum cultores. ignem petit dari de caelo ad sacrificia consumenda, ilico descendit; pluuiam, quae triennio fuerat ablata et mensibus sex, petit, et ilico datur. alia quam plurima signa fiunt; et exstingui dei inimici ad petitum Heliae non potuerunt, cum etiam illos honoratos quinquagenarios ad Heliae dictum descendens ignis consumpserit? uides hodie posse, quia persequaris Athanasium uel nos, te fulmine aut quolibet modo extingui, sed reseruari ad hoc, ut aut te conuertas aut omnis possit impleri iniquitatis tuae mensura. persequebatur Achab rex Heliam, ut tu persequeris nunc Athanasium. dixit nempe Iezabel ad domini prophetam, posteaquam conperisset per Heliam illas uirtutes exhibitas et prophetas confusionis atque religionum sacerdotes interfectos: *haec mihi faciant dii et haec mihi adaugeant, si non in hac hora cras posuero animam tuam, quemadmodum*

27 III Reg. 19, 2

1 acab 5 ceruicem *scripsi dubitanter,* uicem [gregem] *V sed m. 1* i *in* o *mutasse uidetur,* gregem *m. rec. supra scripsit* 8 acab 15 dare [i] ([i] *m. rec.)* 16 pluuia *Vv;* pluuiam *scripsi et cum altero* petit *coniunxi; uulgo* illico descendit pluuia *coniungitur* 17 alia *scripsi,* aliqua *Vv,* aqua *coni. Latinius* 21 uel *pro* et *dixit; falso igitur* exstinguere *coni. Coleti* 22 te *v,* et [te] ([te] *m. rec.) V* implere [i] ([i] *m. rec.)* 23 acab

animam unius ex illis. sed quid audit Helias a deo post quadraginta dierum ac noctium celebratum ieiunium? nempe ut ungueret reges, per quos Achab et socii extinguerentur. est cum Helia misericordia dei, cognoscit Helias diligi se a deo: contra Achab Heliae persecutor ita est miser, ut in diaboli semper potestate fuerit. sic Athanasium iuste puniri mandasti, quomodo et Iezabel Nabutheum Iezraelitem; sic tu ueros testes produxisti contra Athanasium, ut illi produxerunt ad quos scripserat Iezabel dicens: *ieiunate ieiunium, et sedeat Nabutheus in primo populo, et conlocate duos uiros filios iniquorum contra eum, et testentur aduersus eum dicentes: maledixisti dominum et regem, et deducite eum, et lapidetur et moriatur.*

XVIIII. Talia sunt opera nunc uestra Arrianorum. reos nos dicitis, inpingitis multa nec testibus falsis egetis; ipsi enim testes in omnibus falsi estis. sic uos filii perditionis Arriani interficere temptatis Athanasium, quomodo Nabutheum Iezabel, tamquam possetis omnia conspicientis effugere manum. scis uindicasse deum sanguinem Nabuthei, mortem eius de manibus interfectorum exquisiuisse; et arbitraris ex tuis manibus non deum exquisiturum sanguinem sacerdotis sui Athanasii? *et dixit dominus ad Heliam Thesbitem dicens: surge et descende in obuiam Achab regi Israel, qui est in Samaria, quia hic in uineam Nabuthei descendit, ut possideat eam. et dices ad eum: haec dicit dominus: quomodo occidisti Nabutheum et possedisti uineam eius, propter hoc haec dicit dominus: in loco in quo linxerunt canes et sues sanguinem Nabuthei, ibi lingent canes sanguinem tuum, et fornicariae lauabunt in sanguine tuo. et dixit Achab ad Heliam: si inuenisti me, inimicus meus? et dixit Helias: inueni, quoniam cogitasti facere maligne ante conspectum domini, ut exacerbares eum. haec dicit dominus: ecce ego induco super te mala, et succendam post*

9 III Reg. 20 (21), 9. 10   21 ib. 20 (21), 17—23

7 nabut[b]eum iezeahelitem ([b] *m. rec.*) V, *Ναβουθαὶ τὸν Ἰεζραηλίτην LXX*   21 athanasi   27 lincxerunt   30 malignae

te ignem, et disperdam tuum Achab mingentem ad parietem et contentum et reliquum in Israel. et dabo domum tuam sicut domum Hieroboam filii Nabath, sicut domum Saba filii Acia, pro omnibus exacerbationibus quibus exacerbasti et peccatum dedisti in Israel. et ad Iezabel locutus est dominus dicens: canes manducabunt eam ante murum Iezrael, et mortuos tuos in ciuitate manducabunt uolucres caeli. quid tu, Constanti, dicis ad haec? minora astruis esse peccata tua quam fuerunt Achab et Iezabel? illi sacerdotes dei sunt persecuti, interemerunt dei domesticos, religionem dei tulerunt et idololatriam statuerunt, populum auerterunt a deo. et tu haec omnia fecisti ac facis. sic nos tu uocas inimicos tuos, quomodo et Achab Heliam, qui cum audisset ore prophetae domini indignationem, dixerit: *si inuenisti me, inimicus Achab regi?* nempe quia diceret: *noli idolis seruire, sed deo soli Abrahae Isaac et Israel.* et nunc quia tibi dicatur: *noli esse haereticus, sed esto Christianus*, inimicos uocas, cur tibi idololatriam tradenti haec ingerantur quae fuerint ingesta et per Heliam regi Achab; qui Achab dilexisset profecto Heliam, si eius idolis domini propheta censuisset seruiendum, derelinquendum uero deum. negare et tu totidem non potes, quod enim, si esse delegissemus quod ipse es, fuisses nos singulari dilecturus affectu. quibus rebus intellegeris esse filius pestilentiae, tenebrarum fons, gurges omnium malorum, caput totius nequitiae, sentina omnium blasphemorum, haereticorum fomes, radix amaritudinis, arbos igni destinata quippe adferens fructus mortiferos, inimicus dei, hostis ecclesiae, ueritatis interpolator, prauitatis concinnator, iniustitiae amator, iustitiae aduersarius, totus in tenebras et quidem inextricabiles conuersus, factus uero uerius templum omnium daemonum, quorum instinctu

2 contentum *scripsi*, contemptum *Vv*, συνεχόμενον *LXX* 6 iezarahel *V*, Israel *v* 10 interimerunt *Vv* 13 orae 15 rege

17 $\overset{q}{\text{cur}}$ (q *m. rec.*) idolatriam 18 ingerentur *v* 21 negare et tu *scripsi*, negaret ut *V*, negare tu id *v* totidem *om. v* 22 esse delegissemus *scripsi*, esset elegissemus *V*, esse eligissemus *v* 24 gurgis 26 fru$\overset{c}{|}\overset{u}{\text{t}}$os (*corr. m. rec.*) 27 inimicos *m. 1*

haec cuncta, ut Achab, perpetratus fueris mala ac perpetreris. sed non diu, nisi te conuerteris ad deum, esse poteris inpunitus, cum cernas quae receperint Achab et Iezabel. si enim Achab, sicut ei fuerat promissum ore Heliae, interit, si canes comedunt Iezabel, tu eris a tantis inpunitus facinoribus? qui non solum non doles interfecisse te deo mancipatos, sed et adhuc glorieris, existimans bene te fecisse. nec mirum cum praescius futurorum cuius tu negator es dixerit in euangelio: *ueniet hora, et omnis qui uos occiderit putet se officium deo facere; sed hoc faciunt, quia nesciunt neque patrem neque unicum filium eius.*

XX. Sciens tu degens sine notitia dei persequeris Athanasium uera tibi dicentem, ex toto amantem deum corde. sic et Achab persecutus Heliam. sed uide exitum Heliae atque inimici eius Achab. Heliam conspice translatum ad amicitias dei perfruendas aeternas, et nunc Achab torquetur in exterioribus tenebris. est Helias de dei gaudens amicitiis, et est Achab exsoluens perpetuas poenas. erit sine dubio Athanasius in conuiuio, ubi est Helias; et tu eris in loco illo tormentorum, nisi tibi consulueris, in quo detinetur Achab, cuius in omnibus imitator reperiris. istud est sapere, ut elegisses infelicitatem aeternam Achab regis quam frui felicitatem perpetuam, quam est consecutus Helias? cuius translationem loquitur scriptura in quarto Regnorum libro dicens: *euntibus autem illis et loquentibus ecce currus igneus et equi ignei, et sepa⟨ra⟩uit inter utrosque. et ascendit Helias in commotione quasi in caelum. et Helisaeus uidebat, et ipse clamabat et dixit: pater, pater, agitator Israel. et non uidit eum amplius.* non nouum nobis tuum haeretici factum poterit uideri, si nos persequaris domini sacerdotes, cum in libro Paralipomenon

9 Ioh. 16, 2 24 IIII Reg. 2, 11. 12

4 acab 7 athuc *m. 1* 9 ora *m. 1* 15 heliãe 21 reppereris (*corr. m. rec.*) *V*, reperieris *v* eligisses 22 acap (*corr. m. rec.*) magis quam f. felicitate perpetua *v* 26 sepauit (ra *m. rec.*) commotionem 29 heretici (e *m. rec.*) *V*, haeretice *v* 30 paralipemenon

secundo inueniamus Hieroboam et eius filios haec egisse. sacra scriptura, *Iuda,* inquit, *et Beniamin et leuitae et sacerdotes, qui erant in omni Israel, conuenerunt ex omnibus finibus, quoniam dereliquerunt leuitae et tabernacula sua et possessiones suas et abierunt ad Roboam, quoniam repellit eos Hieroboam et filii eius, ut non seruirent domino. et constituit ibi sacerdotes excelsorum et simulacris et daemoniis et uitulis, quae fecit Hieroboam. et proiecit eos a filiis Israel et a tribubus Israel, qui dederant cor suum quaerere dominum deum Israel.* non erit itaque admirandum, si tu nos uel nobis diuinitus commissos persequeris, si de re nobis commissa nos pellis, si denique locis nostris ordines dei inimicos eos, qui tecum dereliquerunt deum, quando uideas haec te implere quae fecerit Hieroboas. quid est enim dicere: *fidem apud Niciam damnate conscriptam et suscipite meam,* nisi hoc quod dixit Hieroboas: *et relinquite deum et seruite simulacris meis?* quis homo dicis: *damnate absentem inauditum innocentem?* certe is, qui iam fidem apostolicam negaueras atque euangelicam, nempe is, qui traditionem beatorum destruxeras, quantum apud te ac tuos est, apostolorum. inde denique factum est, ut ad tantam uenires uecordiam, quia fueris ut Hieroboas sine deo. ceterum si deum habuisses, si te eius meminisses cultorem, numquam profecto diceres: *damnate innocentem, percutite inauditum absentem consacerdotem uestrum.*

XXI. Et ut uideas te esse sine deo, unde et talia fieri mandaris, accipe regem, cum quo pro meritis fuerit deus suus, accipe et eius obsecrationem ad domini sacerdotes quos populo dei inpellebat iustum iudicare iudicium, conspice etiam tuorum a te contra ecclesiam institutorum iudicum et illius ministrorum actus; et poteris perpendere, si tecum non inmundi spiritus

2 II Par. 11, 12—15

1 ieroboam 3 omne *m. 1* finibus *add. in mg. m. alt.* 5 roboam *V,* Ieroboam *v* 6 sibi *fort.* 13 derelinquerunt 14 *et infra* Hieroboam *v* 15 Nicaeam *v* conscribtam *m. 1* 17 quis] tu *add. s. l. m. rec.* 20 aput *m. 1* 25 te esse sine *scripsi,* te esse in *V,* te non esse in *V m. rec. et v* 29 iudicium *v*

sunt qui fuerint cum Hieroboam. *et habitauit*, inquit in libro secundo Paralipomenon, *Iosafat in Hierusalem, et conuersus est et exiit in populo a Bersabee usque ad montem Ephrem. et conuertit eos ad dominum deum patrum suorum. et statuit iudices in omnibus ciuitatibus Iuda munitis et per singulas ciuitates. dixit iudicibus: uidete quid uobis facietis; non enim homini iudicabitis, sed domino, et uobiscum est in uerbo. et nunc sit timor domini super uos, et seruetis et faciatis; neque enim est cum domino deo nostro iniquitas neque personae acceptio neque munerum acceptio. et quidem in Hierusalem statuit Iosafat de leuitis et sacerdotibus et principibus Israel in iudicium domini et iudicare habitantes in Ierusalem. et mandauit super eos dicens: ita facietis in timore domini, in corde perfecto; et omne iudicium quod acceptum fuerit super uos a fratribus uestris, qui habitant in ciuitatibus suis, inter medium sanguinis et sanguinis, inter medium legis, in mandatis ac iustificationibus et ad iudicia. et distinguetis eis, et non peccabunt domino, et ⟨non⟩ erit ira super uos et fratres uestros. sic facite, et non peccabitis. ecce Amarias sacerdos princeps super uos in omne uerbum domini, et Iabadias filius Zmabel qui princeps est domui Iuda in omne uerbum regis, et scribae et leuitae in conspectu uestro. confortamini et facite, et erit dominus uobiscum cum bono.* numquid dixit ad domini sacerdotes uel ad regni sui principes uel ad ceteros iudices: *condemnate iustum, persequimini innocentem, damnate, interficite omnes credentes in deum?* numquid dixit: *amate quod non amat deus, odite iustitiam, diligite iniustitiam*, sicuti dicis tu? aut numquid negare poteris te dixisse: *damnate Athanasium absentem inauditum?* Iosaphat deo dicatus rex Iudae dicit secundum domini iudicandum legem. et tu dicis in apostasiam conuersus rex: *damnate inauditum.*

1 II Par. 19, 4—11

1 fuerunt *c* inquid *m. 1* 3 bersabee ephem 5 munitas 6 uos facitis *Latinius* 18 non *om. Vv, add. Coleti* 20 *Ζαβδίας υἱὸς Ἰσμαήλ LXX* 21 omnē *m. 1*

XXII. Pone interea, Constanti, hodie in corpore esse Iosaphat regem et utrosque uos dicere ad nos, ille quidem haec: *uidete quid uos facietis; non enim homini iudicabitis, sed domino, et uobiscum est in uerbo. et nunc sit timor domini super uos, ut seruetis et faciatis; neque enim est cum domino deo nostro iniquitas neque personae acceptio*; tu contra esse damnandum dicas inauditum et eum quidem, quem etiam ipse scias innocentem. cui oboedire potueramus nos antistites dei, nos quos ante populo suo ore Hieremiae promiserat dicens: *et dabo uobis pastores secundum cor meum, et pascent uos pascentes cum disciplina.* cui, inquam, oboediremus, tibine an Iosaphat dicato deo uiro, qui id nos facere conpelleret quod meminissemus fieri mandasse deum? si itaque illum cognoscis domini implere praecepisse mandata, te uero exstitisse non solum dei mandatorum destructorem, uerum etiam ipsius desertorem, superest ut uideas, quis uestrum fuerit homo dei, quis eius clementiae fecerit uoluntatem. legimus scriptum sic de illo: *et factus est dominus cum Iosafat, quoniam ambulauit in uiis patris sui primis, et non quaesiuit simulacra, sed dominum deum patris sui, et in mandatis eius ambulauit, et non sic opera Israel. et direxit dominus regnum eius, et dedit omnis Iuda munera Iosafat, et factae sunt illi diuitiae et gloria multa. et exaltatum est cor eius in uiis domini, et adhuc amputauit et lucos a Iuda. et tertio anno regni sui misit duces suos et filios uirtutum,* et infra: *et cum illis Elimasat et Ioram sacerdotes, et docebant Iudam, et cum illis librum legis domini, et pertransierunt in ciuitates Iuda et docebant populum. et factus est pauor domini in regnis terrae et in circuitu Iuda, et non bellauerunt Iosafat. et ab alienigenis adferebant Iosafat munera et argentum et dona,*

9 Hier. 3, 15 18 II Par. 17, 3—7 25 ib. 17, 8—12

8 potueramus *(corr. m. rec.)* *V*, poterimus *v* antestites *m. 1* 11 obediremur 13 miminissemus *m. 1* 21 sicut *coni. Tilius in notis* 24 ἐξῆρε τὰ ὑψηλὰ καὶ τὰ ἄλση *LXX* 26 felimasat 27 librum *pro* liber *dicitur* 30 iosafae (ᵗ *m. rec.*)

et Arabes adferebant illi arietes ouium septem milia septingentos. et erat Iosafat ambulans magnificatus usque in altum. quid tu tale facis? nempe misisti per omne regnum tuum, ut cuncti mandata dei despueremus susciperemusque praeceptum tuum, quod temptaret inpugnare domini praeceptum. Iosaphat misit principes uirtutis regni sui, misit consiliarios suos, misit leuitas ac domini sacerdotes, obsecrans, ut cuncti cultores domini fuissent in regno suo, ut omnes unianimes deo tantum semet praeberent famulos; mittit etiam librum sacrae legis per gloriosum Moysen traditum, ut nihil extra fecissent quam quae fieri mandasset deus. tu non solum legem domini inueniris inpugnasse, quae praecepit innocentem et iustum non necandum, sed et ipsum dereliquisse deum, siquidem non sis apostolicam tenens fidem, sed Arrii perfidiam. ille populum errantem ab idolis conuertit ad deum, tu populum deo dicatum conatus es facere apostatam, quod es tu, hoc est sacrilegus.

XXIII. Persecutus es atque persequeris Athanasium, eius sitiens cruorem. sed uide quid spiritus sanctus dicat in nono psalmo, in quo tu mihi specialiter descriptus esse uideris: *dixit in corde suo: non mouebor a saeculo in saeculum sine malo. cuius os maledictione plenum est et amaritudine et dolo, sub lingua eius labor et dolor. sedet in insidiis cum diuitibus in occultis, ut interficiat innocentem. oculi eius in pauperem respiciunt. insidiatur in absconso sicut leo in spelunca sua. insidiatur ut rapiat pauperem, rapere pauperem, donec adducat eum in conuersatione sua. in laqueo suo humiliauit eum, inclinauit se et cadet, dum dominatur pauperum. dixit in corde suo: oblitus est deus, auertit faciem suam, ne uideat usque in finem.* an si in hac perseueraueris nequitia, non erit dici dignum de te: *auertit faciem suam, ne uideat usque in finem?* tanta sunt funera tua, Constanti, ut, cum dicitur

21 Ps. 9, 27—32 (10, 6—11)

1 septem si 4 susceperemusque *m. 1* 5 tẽtaret (p *m. rec.*) 13 derelinquisse 15 ad (h *m. rec.*) 18 est *m. 1* 27 humiliabit eum, inclinabit *fort.*

in psalmo decimo ex persona populi nostri: *in domino confido, quomodo dicetis animae meae, transmigra in montem sicut passer? quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, parauerunt sagittas suas in pharetra, ut sagittent in obscuro rectos corde,* tu mihi descriptus esse cum scelerum tuorum participibus uidearis. cognoscimus etenim uos Arrianos esse temporis nostri antichristos. aut si non is es, qui merearis numerari inter antichristos, aestima, dei unici filii negator. dicit sanctus spiritus per prophetam: *dominus in templo sancto suo, dominus in caelo sedes eius. oculi eius in pauperem respiciunt, et palpebrae eius interrogant filios hominum. dominus interrogat iustum et impium, qui autem diligit iniquitatem odit animam suam.* et tu statuisti eum puniendum, quem nec ipse cognoueris reum, nisi tantum in eo, quod tuae blasphemiae restiterit, factum apud te mortis reum. audi dicere dei spiritum: *qui autem diligit iniquitatem odit animam suam,* et cogis iniquitatem amare quam iustitiam. si non est iniustum damnare inauditum accusantibus uobis haereticis catholicum conuince. ego etenim cum adhuc scriptum inuenio: *pluet super peccatores laqueos, ignis et sulphur et spiritus procellarum pars calicis eorum, quoniam iustus dominus et iustitiam dilexit, aequitatem uidit uultus eius.* te atque omnes tecum facientes in hac parte esse cognosco. ueniet utique super uos ignis et sulphur et spiritus procellarum, nisi conuersi fueritis ad deum, quia sit pars calicis uestri negatorum unici filii dei, eius diuinae maiestatis dicatorum persecutoribus, qui cum sciatis deum iustum iustitiam diligere, amare aequitatem, uos censueritis damnare innocentem, persequi domini fidelissimum sacerdotem. *diligite,* inquit, *dominum,* in psalmo XXX spiritus sanctus, *omnes sancti eius, quoniam ueritatem requirit dominus, et retribuet facientibus abundanter superbiam.* et tu nos

1 Ps. 10, 1. 2 9 Ps. 10, 4. 5 19 Ps. 10, 6. 7
29 Ps. 30, 24

2 dicitis *V*; πῶς ἐρεῖτε *LXX* 4 faretra 8 aestima] es tamen *Latinius* fili 9 spiritus sanctus *v* 10 sedis *m. 1* 15 aput *m. 1* 17 [magis]quam ([magis] *m. rec.*) 21 et pars *v* 24 sulfur

inpuleras ad interficiendum innocentem, ad superbiam tecum possidendam. non enim te negare posses esse superbum, cum et in dei cultores funestas miseris manus et euangelicam fidem destruere fueris conatus atque firmare haereticam. in XXXII psalmo non legeras: *diligit dominus misericordiam et iudicium, et misericordia domini plena est terra*, ut iuberes damnari absentem? cognosce per haec opera tua quam sis inconsideratus quamque tuae salutis hostis, qui cum scriptum memineris: *quis est homo qui uult uitam et amat uidere dies bonos? prohibe linguam tuam a malo, et labia tua ne loquantur dolum, et auerte a malo et fac bonum*, tu tamen non quietem capias haec gerendo quae te prohibuerit gerere deus. hoc est nolle uidere dies bonos, hoc est nolle uitam, hoc est petere sibi tribui mortem. cum itaque sis talis, qui ad mortem aeternam hauriendam curras, etiam in XXXV tu mihi uideris esse praeostensus. *dixit iniustus, ut delinquat in semet ipsum, non est timor dei ante oculos eius. quoniam dolose egit in conspectu eius, ut inueniatur iniquitas eius et odium. uerba oris eius iniquitas et dolus, noluit intellegere, ut bene ageret. iniquitatem meditatus est in cubili suo, adsistit omni uiae non bonae, malitiam autem non odiuit.*

XXIIII. Qualis es aduerte, iustissime imperator, propter quem esse dicta sentiantur etiam illa quae in Scariothem Iudam et populum Iudaeorum fuerint dicta. quomodo potueramus, Constanti, damnare innocentem ad superbiae tuae consilium? cum sciremus scriptum apud Dauid: *ostende misericordiam tuam scientibus te et iustitiam tuam his qui recto sunt corde. non ueniat mihi pes superbiae, et manus peccatoris non moueat me. ibi ceciderunt omnes qui operantur iniquitatem, expulsi sunt nec poterunt stare.* quid dicis? talis est misericordia dei ac iustitia, ut absentes et inauditi damnentur, et quidem innocentes, quos punire nec praesentes licet? sed quid mirum si haec fieri mandasti, homo nesciens deum? quid mirum, si

5 Ps. 32, 5 9 Ps. 33, 13—15 16 Ps. 35, 2—5 26 Ps. 35, 11—13

1 tecum *V*, tuam *v* 2 posses (i *m. rec.*) 23 scariothum

ignorans eius misericordiam atque iustitiam praeceperis peruersa fieri iniqua iniusta? non te a tanto potuit remouere scelere psalmographi sermo dicentis: *ibi ceciderunt omnes qui operantur iniquitatem, expulsi sunt nec potuerunt stare?* nec ille in XXXVI: *desine ab ira et derelinque furorem; noli aemulari ut maligneris, quoniam qui malignantur exterminabuntur?* haec itaque legens, quia pro nihilo habenda statuta censueris domini, idcirco te esse iudico illum, de quo, *obseruabit*, dictum est, *peccator iustum et stridet super eum dentibus suis*; *dominus autem deridebit eum, quia prospicit quia ueniet dies eius.* inter illos te habemus, de quibus dictum cerno: *gladium euaginauerunt peccatores, intenderunt arcum suum, ut deiciant inopem et pauperem et trucident rectos corde. gladius eorum intret in corda ipsorum, et arcus eorum confringatur. melius est modicum iustum super diuitias peccatorum multas, quoniam brachia peccatorum conterentur.* tu inter istos inimicos es domini constitutus, quos describit dei spiritus adhuc infra: *inimici domini mox ut honorabuntur et exaltabuntur, deficientes ut fumus deficient.* considera tandem te cum omni tua sublimitate, ⟨ni⟩si temet correxeris, ut fumum interiturum, quippe dei inimicum. adhuc de te scriptum uideo, quod nisi conuersus paenitueris, uenturus sis ad nihilum: *uidi impium superexaltatum et eleuatum super cedros Libani. et transiui, et ecce non erat. et quaesiui eum, et non est inuentus locus eius.* tu es, inquam, ille, Constanti, de quo etiam haec dicta uideo: *conspicit peccator iustum, et quaerit mortificare eum; dominus autem non derelinquet eum in manibus eius.* dicit propheta plenus spiritu sancto: *noli aemulari inter malignantes neque zelaueris facientes iniquitatem, quoniam tamquam faenum uelociter arescent et sicut olera her-*

5 Ps. 36, 8. 9 9 Ps. 36, 12. 13 12 Ps. 36, 14—17 18 Ps. 36, 20 23 Ps. 36, 35. 36 26 Ps. 36, 32 28 Ps. 36, 1. 2

4 poterunt *v* 8 dictum est obseruabit *v* 9 stridebit *v* 14 intr[e]at ([e] *m. rec.*) 17 inimicos *scripsi*, inimicus *Vv* 20 [ni]si ([ni] *m. rec.*) 29 zela[u]beris ([u] *m. rec.*) 30 holera

barum cito decident. et dicitur a te Constantio destructore dei religionis: *meos imitamini?* quis uos imitetur nisi qui uelit uobiscum tamquam olera herbarum arescere? quis nisi qui uelit dei indignatione deleri, si uere utique dicit: *iustitiam loquimini, iuste iudicate filii hominum,* et tu in innocentis exsurgis necem?

XXV. Dubitari itaque non poterit te esse ex illis, ad quos dicit spiritus sanctus: *etenim in corde iniquitates operamini, in terra iniquitatem manus uestrae concinnant. alienati sunt peccatores ab utero, errauerunt a uentre, locuti sunt falsa. ira illis secundum similitudinem serpentis, sicut aspidis surdae et obturantis aures suas, quae non exaudiuit uocem incantantium incantatoris, quae incantatur a sapiente. deus conteruit dentes eorum in ore ipsorum, molas leonum confringet dominus. ad nihilum uenientes ut aqua decurrent, intendit arcum suum, donec infirmentur. sicut cera liquefacta auferentur, super eos cecidit ignis, non uiderunt solem.* audis te cum tuis ad nihilum uenturum, ut iam illi uenerunt, quorum esse delegeris imitator. conspicis uos persecutores dei seruorum, unici filii dei negatores serpentibus et aspidibus conparatos; et non tandem times ad dei te transferre domum? non te, qui unus esse monstraris ex illis aspidibus, ita formas ad diaboli calcandum caput, quo possis dignus effici regnare inter eos, quorum Iohannes narrat gloriam: *in sua propria uenit, et sui eum non receperunt; quotquot autem receperunt eum, dedit illis potestatem filios fieri dei, qui credunt in nomine eius?* non memineras scriptum in LVIII psalmo: *deus Israel, intende ad uisitandas omnes gentes, non miserearis omnibus qui operantur iniquitatem,* ut iuberes dandam in absentem sententiam? nec LXI commonere pariter atque increpare spiritum sanctum per haec uerba cognoueras: *quousque inruitis in hominem?*

4 Ps. 57, 2 8 Ps. 57, 3—9 24 Ioh. 1, 11 27 Ps. 58, 6 31 Ps. 61, 4

3 [b]olera ([b] *m. rec.*) 5 fili 7 dubitari *scripsi,* dubitare *Vv* 13 conteruit ([a] *m. rec.*) 15 intendet *fort.* 16 auferantur *v* 21 timet transferres temet ad dei transferes *fort.* 28 no

interficitis uniuersos? timor, inquit Salomon, *domini initium sensus; sapientiam autem et disciplinam impii spernunt.* hinc disciplinam et sapientiam spernis, quia sis sine dei timore; hinc impius esse sacris describeris litteris, impius utique, quia non solum ipse deserueris deum, sed et colentes illum tam infeste persequaris. uae tibi, quia cum illis esse inueniris, de quibus in Prouerbiis lego: *fili, noli te seducant uiri impii neque uelis, si te rogauerint dicentes: ueni, communica nobiscum sanguinem, abscondamus autem in terra uirum iustum iniuste, deglutiamus autem illum, uelut inferi uiuum.* quid te Arrianorum Iudaeorum imitatorum delectauerat, Constanti, ut has illorum impias audiens uoces ad effundendum sanguinem dei seruorum fuisses eosdem secutus? cur non consilia audisti Salomonis dicentis tibi? *ne abieris uias cum illis, ne declinaueris pedem tuum ad semitas eorum. non enim inique tenduntur retia auibus. ipsi enim qui homicidii participes sunt thesaurizant sibimet ipsis mala. hae sunt uiae omnium consummantium iniqua; sua enim impietate suam animam auferunt*, et iterum: *quanto tempore innocentes tenuerint iustitiam, non erubescent; insipientes autem dum contumeliae cupidi sunt, impii facti oderunt intellectum, et subiecti facti sunt obprobriis.* tu tibi, Constanti, haec quaesisti obprobria, tu temet damnasti, qui praecepta contemnens dei maledictis Iudaeorum discipulis haerere censueris Arrianis, cum quibus digne adhuc haec audis: *nam quoniam uocabam, nec oboediebatis, et extendebam uerba, nec adtendebatis, sed inrita faciebatis mea consilia, meis autem increpationibus non intendebatis. itaque et ego uestra perditione ridebo; gratulabor autem aduersus uos, cum uenerit uobis subito tumultus, euersio autem similis procellae, cum aduenerit autem uobis interitus.* erit

1 Prou. 1, 7 7 ib. 1, 10—12 14 ib. 1, 15—19 19 ib. 1, 22. 23 25 ib. 1, 24—32

5 et qui colentes *v* 6 inuenires *m. 1* 7 prouerbis *m. 1* nolite *V*, non te *V m. rec. et v* 8 uelis *V et LXX, sed* acquiescas *V s. l. m. rec. et v* 14 nehabieris *V*, nec abieris *v* 15 pedum 16 retiae 19 quan[t]do *(corr. m. 1)* 23 contempnens 25 at huc [h]ec *([h] m. rec.)* 28 uestrę *([a] m. rec.)*

enim cum me inuocabitis, ego autem non exaudiam. quaerent me mali et non inuenient. oderunt enim sapientiam. uerbum autem domini non adsumpserunt, neque uoluerunt meis consiliis intendere; spreuerunt enim meas increpationes. ideoque edent uiae suae fructus et sua impietate saturabunt animas. nam quia decipiebant paruulos, interficientur.

XXVI. Interfici certe tecum merebamur et quidem a deo, si tecum dei hominem fuissemus persecuti. sed quomodo istud fecissemus? qui sciebamus scriptum: *noli fabricare in amicum tuum mala, in incolam et confidentem. noli inimicitias exercere aduersus hominem sine causa, ne quid tibi operetur malum.* aut numquid non erat sine causa, si prout insanus furor cohaereticorum tuorum per te iusserat, in innocentem mortis tulissemus sententiam? uae tibi, quia dictum de te persecutore nostro uideo: *oculus contumeliosus, lingua iniqua, manus sunt effundentes sanguinem iusti, et cor fabricans cogitationes malas, et pedes festinantes ad male faciendum.* legisti: *fili, honora dominum, et ualebis; praeter eum ne timeas alterum;* et tamen te timeri uoluisti, deum uero contemni. unde etenim solum deum potueramus reperiri metuentes, si minis tuis succumbentes absentem inauditum et quidem eum, quem sciremus iustum, damnaremus? Salomon dicit: *statera doli abominatio est coram domino, pondus autem aequum acceptum est ei.* tu contra mandare non dubitas: *damnate iniusto iudicio uirum,* hoc rectum putans quod peruersum est. adhuc Salomon de te ac tibi similibus: *uiae insipientium rectae coram ipsis. exaudit autem consilia sapiens. damnate,* inquis, *Athanasium.* et quidem ubi ualere non potuisti ingenio detestandae subtilitatis tuae, uiribus imperii tui coepisti. de te itaque scriptum accipe: *malus cum contumelia agit mala,* et iterum, quod temet sic laqueo iam necaueris, haerendo Arrianis, sicuti et Iudas Scariothes Iudaeis: *lex sapienti fons est uitae, stultus*

9 Prou. 3, 29. 30 15 ib. 6, 17. 18 18 ib. 7, 1 22 ib. 11, 1 26 ib. 12, 15 30 ib. 13, 10 32 ib. 13, 14

5 aedent 19 contempni 20 potuerimus *v* repperiri 28 detestande subtalitates 32 charioth et (et *exp. m. rec.*)

autem laqueo morietur. adhuc dicitur de te: *rex audax incidet in mala.* utique incidisti in haec mala, quia nihil sapientiae tibi reliqueris, negando unicum dei filium, sed totum temet uerteris in stultitiam, quae res effecerit te mactare deo caros. scriptum est: *sapiens timendo declinabit a malo. insipiens autem miscetur confidens iniquo.* non legeras scriptum: *qui contumeliam facit pauperi inritat eum, qui fecit illum,* ut innocentem tecum nos interficere traheres? si enim contumeliam facienti irascitur deus, quanto magis ei, qui interfecerit eius sacerdotem! scriptum adhuc non retinebas: *initium uiae bonae facere iusta; accepta autem sunt apud dominum magis quam immolare hostias,* ut tu iniusta nos facere cogeres? sed et alio in loco: *qui iustum uocat iniustum, iniustum autem ut iustum, abominabilis est apud deum.* abominabiles sine dubio essemus, si te iustum pronuntiaremus et uirum deo acceptum Athanasium iniustum iudicaremus. *mirari,* inquit, *personam impii non est bonum, neque sanctum declinare iustum in iudicio.* tu dicis contra, qui in impii persona uideris descriptus: *damnate insontem, imitati meam personam*; et licet haec nos facere coegeris, quae nobis possent deum quaerere iratum, tamen hortamur te inimicum sospitatis nostrae ex impio pium fieri, saluum ex aegro, uiuum ex mortuo, religiosum ex sacrilego.

XXVII. Vnde, inquis, haec adsequi potero? quibus rebus? desine persequi dei domum, desine proscribere deportare interficere eius seruos, fatere te Christianum, execrare nobiscum cateruam commento diaboli quaesitam Arrianorum, crede sicuti credimus nos, qui ex beatorum apostolorum successione sumus episcopi, confitere unicum dei filium, sicuti illi confessi sunt ac nos confitemur; et ueniam consequeris tantorum

1 Prou. 13, 17 5 ib. 14, 16 7 ib. 14, 31 10 ib. 16, 5 13 ib. 17, 15 16 ib. 18, 5

4 efficerit *m. 1* 7 faciat (a *exp. m. rec.)* 8 traheres *scripsi,* traheris *Vv* 9 interficerit *m. 1* 11 uitae 14 aput *m. 1* abominabilis *m. 1* 19 meam] iniusti *add. s. l. m. rec.* 21 ortamur 24 atsequi *m. 1* 26 fateri *m. 1* 28 secuti *m. 1*

scelerum. legisti enim apud Salomonem: *mors et uita in manibus linguae*, et apud beatum Paulum: *corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.* meministi scriptum: *testis falsus non inpunitus erit, et qui accusat inique non effugiet;* et tamen fuisti ausus infitiari Athanasium. non enim nobis fuerat aliqua causa cum collegis sectae tuae Arrianis, cum eosdem iam pridem dei potentia cum Arrio apud Niciam tempore, quo non solum contra blasphemiam uestram, sed et contra omnes haereses fides descripta est, praeuniuerit. non, inquam, nobis cum illis pseudoepiscopis, inimicis dei, magistris tuis, aliqua fuerat quaestio, ut iterum contra eosdem confligeremus quos semel deus pepulerat de populo suo. itaque nunc nobis tecum est ratio, quia te auctorem institueris, quod enim Athanasius fuisset reus, quem inauditum quia punire noluerimus, homo qui temet testem scires falsum ut fera inmanis ac belua coepisti nos cum Athanasio uelle punire, tamquam frendoribus tuis possis seruorum dei uigorem superare. licet enim Salomon dicat: *regis minae similes sunt gemitibus leonis*, tamen gemitus tui leonini contra nos habere uirtutem non poterunt. quare? quia sis tu praecursor antichristi, et nos sumus milites Christi. quare? quia homines dei uincere non ualeas tu persecutor eius religionis. item alio loco, *nihil*, inquit, *interest inter minas regis et iram leonis.* quid hoc ad dei seruos, qui praeter deum neminem esse timendum statuerimus, qui in manu dei animas positas nostras meminerimus? possunt rugitus tuos timere coarriani tui, quia sint sine notitia dei, quia sint minime arma dei induti. ceterum dei domestici ridemus rugitus tuos leonis similes. quare? quia feram te cognoscentes, cuius rugitus habere describeris, rideamus te magis sub figura hominis constitutam rabidam feram cernentes

1 Prou. 18, 21 2 Rom. 10, 10 4 Prou. 19, 5 18 ib. 19, 12 22 ib. 20, 2

1 aput *m. 1* 2 aput *m. 1*, apud *m. rec.* 14 reus *coni. Tilius in notis*, meus *Vr* puniri *fort.* 15 uoluerimus *V* timet (e *m. rec.*) 20 potuerunt *fort.* 23 inquid *m. 1* 26 rugitos *m. 1* sint *scripsi*, sitis *Vr* 28 rugitos *m. 1* leones (i *m. rec.*) *V*, leoni *r*

quam timeamus necesse est. sed si non es fera sub imagine latens hominis, dicito. legisti apud Salomonem: *misericordia et ueritas tutela est regi, et circumeunt iusti sedem eius.* cum te contra caterua malignorum circumsepserit Arrianorum et esse cernamus misericordiae punitorem, ueritatis execratorem, quid esse aliud te iudicabimus nisi feram ac beluam? excitaris in nos, ut leo rugiens, cur misericordiam et ueritatem diligamus, cur non innocentem et iustum puniuerimus, et arbitraris non te esse inmanem feram ac beluam saeuissimam?

XXVIII. Sed quae te uoluntas ad haec perpetranda perduxerit, prorsus uidere non possum, ut totius iustitiae episcopum catholicum, domini sacerdotem fuisses tali exitio persecutus. numquid non memineras scriptum: *facere iustitiam et ueracem esse placet deo magis quam hostiarum sanguis?* displicet tibi Athanasius, cur traditionem beatorum apostolorum custodiat, cur se Christianum fateatur, cur nolit esse coapostata tuus. non mirandum, quandoquidem scriptum teneamus: *sanctus autem inmundus est apud malos.* uobis malignis displicet is qui deo placeat, tibi praesertim temerario ac superbo, qui temerarius hinc esse intellegeris ac superbus, quod contra dei ordinationem tetenderis manum, quod apostolicam traditionem putaueris destruendam, quod episcopos, sub quorum te sollicitudine agere oportuerat, sub tuam ditionem censueris redigendos. quid igitur sis intellege, audiens per Salomonem quod tibi sit superbo nomen: *temerarius et superbus pestilentia uocabitur.* pestilens licet sis homo, tamen morbo tuo uexare nos non poteris, quia tutelam nobis sit praebens diuina clementia. temptasti denique pestilens facere nos compestilentes tuos; sed ille, cui dicati uiuimus, non siuit tua temptamenta adire corda recta; suggerit enim scriptum: *ibera eos qui ducuntur ad mortem et redimere eos qui inter-*

2 Prou. 20, 28 13 ib. 21, 3 18 ib. 21, 15 25 ib. 21, 24 31 ib. 24, 11. 12

2 aput *m. 1* 5 punitorum (e *m. rec.*) execretorem (*corr. m. 1*) 7 cur (q *m. rec.*) *et sic l. 8. 15 et 16 bis* 18 aput *m. 1* 20 hin (c *m. rec.*)

ficiuntur ne parcas. si autem dixeris: nescio hunc, scito quoniam dominus corda omnium nouit. et qui figurauit spiritum omnibus illis scit omnia, qui reddit unicuique secundum opera eius. ad haec te dicente: *damnate dei cultorem, derelinquite fidem apostolicam, suscipite perfidiam meam,* utique te aperit esse hominem pestilentem. deus nos subuenire uult in pressuris atque angustiis constitutis: et tu eos quos benefacere oportet male facere urgues, et quidem admouens ea quae timere posse existimaris. aduerte iam si non in te sit morbus illa quae uocatur pestis. est morbus ad hoc ualens, ut non solum corpora, sed et animas morbidas possis efficere, eorum uidelicet qui te uelint audire dicentem: *damnate domini antistitem, repudiate fidem quam semper tenuit ecclesia et suscipite meam quam tradidit Arrius. erubescere,* inquit sancta scriptura, *personam in iudicio non est bonum. et qui dicit impium iustum esse maledictus erit in populis et odibilis gentibus. nam qui arguunt meliora sperabunt, in ipsos autem ueniet benedictio optima.* et tu existimasti erubescere nos potuisse personam tuam et damnare eum, quem scires etiam ipse innocentem, quem retineres esse reum in hoc tantum, quod noluerit se esse negare Christianum.

XXVIIII. Interea quia te arguamus mortis iter tenentem, quia corripiamus, conspicis quae nobis merces promittatur: *aperi,* dicit propheta, *os tuum uerbo dei et iudica omnibus integre; aperi os tuum et iudica iusta.* et tu dicis: *damnate innocentem.* retineo quidem sacris continens scripturis: *noli superbire coram rege,* sed si intra terminos potestatis tuae esse uoluisses et superbus exstitissem te contra, re uera ipse me ut praeuaricatorem legis condemnassem. nunc uero quia

14 Prou. 24, 23—25 24 ib. 31, 8 26 ib. 25, 6

6 nos (hi *m. rec.*) V, nobis *c* subueniri *Latinius* 9 timeri *Latinius, sed supple* eos 10 ille qui *c* est] es *fort., an. l.* 11 possit? 13 antestitem *m. 1* 14 quam (a *ex* e *m. 1*) 17 melieres parebunt *Latinius;* βελτίους φανοῦνται *LXX* 22 te mortis 23 conpicis (s *m. rec.*) 27 in[tra] (tra *m. 1*)

homicidae tibi ac sacrilego uera dicamus. non utique tamquam superbi puniri merebimur, sed magis praemiis adficiemur caelestibus, cur tibi erranti non pepercerimus. scriptum est: *flagellum equo et stimulum asino, uirgam autem genti insipienti.* uos negatores dei unici filii recte insipientes uocamus, quos uideamus in tanto uersari sacrilegio. nam cum esse scriptum uideo, quod *sicut canis qui conuertitur ad uomitum suum et odibilis efficitur, ita stultus sua malitia conuersus ad suum peccatum,* de te specialiter dictum iudico. quare, inquis. quia litteris tuis iurasti Alexandrinis nihil te mali deinceps facturum Athanasio, et nunc quaeris eum interficere. sed inquis: *pater meus illum miserat ad exilium, et me oportuit patris mei parere statutis.* pone, ut uis, haereticum esse Athanasium: si recte fuerat missus ad exilium, cur eum passus es contra patris tui statuta recipere dignitatem quam ei se tulisse tuus arbitratus fuerat pater? sed inquis: *fratris mei Constantis factum est interuentu.* sed potuisti occurrere Constanti dicens: *pater noster quem probauit haereticum nisi se correxerit, recipere in partes regni mei non possum.* sed inquis: *timui ne inter nos bella fuissent orta.* ergo quia Saporinus Persarum rex nunc contra te gerit proelium, si tibi dixerit: *suscipe religiones meas, et ero tecum pacatus,* te oportet cum omnibus in imperio tuo demorantibus facere transitum ad religiones daemonum? daemoniis enim sacrificans est Saporinus. conspicis itaque non te egisse ut dei seruum suscipiendo eum et loco reuocando suo quem meminisses in causam fidei deportatum, primo quod inpotentem iudicaueris deum, tamquam te tueri non potuerit tuentem ueritatem, haereticis resistentem, deinde quod magis tibi propitium esse uolueris Constantem quam deum. quem utique Constantem regem si haereticum factum memineras fauendo Athanasio,

4 Prou. 26, 3 7 ib. 26, 11

3 cur (q m. rec.) 14 cum (cur m. rec.) 21 Soporinus *v* 22 religione (s m. rec.) 24 religionis 25 soporinus *Vv* itaque *V*, enim *v* 27 causa *fort.*

quem tu iam probatum habebas sacrilegum. non solum non regnum tuum deo debueras praeponere, sed nec ipsam tuam animam. tu etenim ipse testis es conscientiae tuae. quod enim propter fidem quam semper tenuit ecclesia ac tenet, cur eam damnare noluerit, missus fuerit ad exsilium, quia uidelicet noluerit esse Arrianus: idcirco namque Athanasium perosum habitum a patre tuo non fugit te, quandoquidem et tu in ea eum digneris persequi causa, in qua fuerit et tuus pater persecutus. dicat denique se non esse Christianum, fateatur se Arrianum, et erit apud te sapientissimus, magnus. digne itaque conparatus es cani, qui redierit ad uomitum suum; iam enim Christianus aestimabaris et non esse Arrianus, ex quo Athanasium cum talibus litteris diuinitus sibi commissis repraesentaueris. at nunc cum esse conprobaris Arrianus et cupiens haeresem tuam inuenire locum uirum iustum persequaris, quia ille uidelicet sit eandem omni nisu inpugnans, recte es conparatus cani redienti ad suum uomitum.

XXX. Item etiam in illo facto tuo egregio recte conparandus cani qui redierit ad uomitum suum. quod enim acceperis ueritatem non esse catholicum Adoxium Germani⟨ci⟩ensium et dederis contra eundem litteras ad Antiochenos et postea hunc eundem Adoxium defendere coeperis ueritatis esse doctorem, ipsius haeresem catholicam uindicans fidem. quare, Constanti, tam leuis? quamobrem in causa fidei ut uentis pulsantibus harundo flecteris huc atque illuc? quid mirum, si tam facilis fuisti ad damnandum Athanasium etiam cunctos dei inuitare sacerdotes, quandoquidem etiam in statu religionis tanta agere per tuam non dubitaris temeritatem? efferbuisti ad innocentis fundendum sanguinem rex piissimus, tamquam non meminisses scriptum: *regis in ueritate iudicantis de pauperibus, sedes eius in testimonium resurget*; sed tu hinc

30 Prou. 29, 14

4 quem cur (q m. rec.) 5 *et* 6 uoluerit 8 enim (eum *m. rec.*) 10 digne (e *ex* a *m. 1*) 14 ad *m. 1* 20 germaniensium (ci *m. rec.*) 23 iudicans *r* 31 sedis (e *m. rec.*)

putasti te summum, si contra diuinas ires scripturas, si cuncta quae prohibent fecisses. odis Athanasium, cur Christianus sit; cur esse noluerit Arrii, ut tu dicis, discipulus, summo eum persequeris odio: sed talem te circa eum futurum olim spiritus sanctus ostenderat ore Salomonis dicens: *abominatio est iustus uiro iniquo.* noli, Constanti, adhuc demorari in his malis, noli dei abuti patientia, retine scriptum in LXXVII: *excitatus est tamquam dormiens dominus, tamquam potens crapulatus a uino, et percussit omnes inimicos suos in posteriora; obprobrium sempiternum dedit illis,* in LXXXI psalmo, *quousque,* dicit spiritus sanctus, *iudicastis iniquitatem et faciem peccantium sumitis? iudicate pupillum et egenum, humilem et pauperem iustificate. eripite pauperem et egenum de manu peccatoris liberate.* tu, *interficite mecum,* inquis, *deo dicatum,* cupiens nos tecum haberi cum illis, propter quos dicitur: *nescierunt neque intellexerunt, in tenebris ambulant.* mandat deus ne iudicium proferamus iniustum, ne tuam peccatoris reueriti faciem sineremus te punire eum quem persequaris iniuste. praecepit deus humilem iustificari a nobis, eripi pauperem et egenum de manu tua liberari carnificis. et tu inquis: *damnate eum quem uoluit deus de mea manu peccatoris erui.* non mirum: nec enim poteras ire contra tuas execrabiles dispositiones. dicit spiritus sanctus in XCVI: *qui diligitis dominum, odite malum.* et tua indicant praecepta te dicere: *amate quod est malum.* si enim malum esse uidetur deo damnari innocentem, dare aduersus absentem et quidem iustum uirum sententiam, quid est aliud quod nos cogis facere nisi quod odio habeat deus? si igitur quod odit deus fecerimus, utique non erimus ex illis, ad quos dicitur: *qui diligitis dominum, odite malum.* nempe tu idcirco non odis malum, quia

7 Ps. 77, 65. 66 10 Ps. 81, 2—4 16 Ps. 81, 5 29 Ps. 96, 10

2 *et* 3 $\overset{q}{\text{cur}}$ (q *m. rec.*) 7 LXXVII] psalmo *add. s. l. m. rec.* 11 iudicasti faciē* (s *eras.*) 15 cupien^s (s *m. rec.*) 18 persequeris *v* 20 carnifices *m. 1* 27 iniustum *v* 28 fecerimus deus *(transp. signa m. rec.)*

non diligas dominum: sed nos idcirco facere nolumus quod odit deus, quia eum diligamus. facis haec, quia non sis seruus eius, cuius metus atque amor compellat nos odire malum. neque enim in ecclesia domini persecutor eius ecclesiae inueniris, ut putes ad uos dixisse prophetam in psalmo: *qui diligitis dominum, odite malum,* quando et in centesimo dicat: *non habitat in medio domus meae qui facit superbiam; qui loquitur iniqua non direxit in conspectu oculorum meorum.* non ergo ad uos foris positos dicitur, sed ad nos: *qui diligitis dominum, odite malum.* odimus denique malum quod uos idcirco amatis, quia sitis non in ecclesia dei. quomodo etenim te in ecclesia esse poteris adstruere dei, homo qui non solum ecclesiam sis persequens, sed et ipsum negans qui fundarit ecclesiam? an non es superbus et habitare poteris in domo domini, quamdiu in hoc manseris supercilio? quis enim merito poterit dici superbus, si tu possis humilis iudicari, qui dicis: *damnate contra mandata diuina innocentem, calcate praecepta dei, mea seruate?*

XXXI. Sed fortasse non loqueris iniqua, et poteris inueniri inter Christianos tu negator patris, negator unici filii eius, negator spiritus sancti paracliti, Arrianae haeresis fundator, destructor apostolicae fidei: non loqueris iniqua labiis tuis uenenatis, nihil ore illo profers sacrilego quod sit iniquum. ignorabas in psalmo centesimo secundo spiritum sanctum dixisse de domino: *faciens misericordiam dominus et iudicium omnibus iniuriam patientibus,* ut iniuste mandares iudicari? cuius mandatis parere nos dignum est domini sacerdotes? tuisne nondum erepti ab inmundis spiritibus an prophetae, per quem moneat spiritus sanctus, ut omnis iniustitiae pars uitetur a nobis cultoribus uerae diuinitatis? non legeras, Constanti, dictum ad uos reges a deo: *nolite tangere christos meos et in prophetas meos nolite malignari,* ut ad domum dei auderes tendere manus? dicit plenus spiritu sancto Dauid

6 et 9 Ps. 96, 10 7 Ps. 100, 7 25 Ps. 102, 6 31 Ps. 104, 15

8 conpectu (s above n) 12 ecclesiam *m. 1* 22 destor (truc above) 23 iniqum *m. 1* 26 pacientibus iudicare *Latinius* 29 par (s *m. rec.*) 30 uere

in centesimo quinto psalmo: *beati qui custodiunt iudicium et faciunt iustitiam in omni tempore;* et tu, *facite,* inquis, *mecum iniustitiam.* persequeris Athanasium, impius pium, haereticus Christianum; sed oro te, dicas, qui uestrum deo esse possit acceptus? tu negator aeternae maiestatis unici dei filii, aedificator falsae religionis atque institutor ⟨an⟩ Athanasius? legisti in psalmo CXVIII: *beati inmaculati in uia qui ambulant in lege domini. beati qui perscrutantur testimonia eius, in toto corde exquirunt eum;* et dicito, quis uestrum exquirit deum, quis fideliter eius maiestati famulatum praebet? tune, qui facis persecutionem Athanasio, cur se Christianum fateatur, an ille qui te uelit persecutorem suum e laqueis eripi diaboli? tune, qui sis destructor catholicae fidei, an ille apostolicae fidei praedicator? si tu es seruiens deo, quomodo infra dicit spiritus sanctus: *non enim qui operantur iniquitatem in uiis eius ambulauerunt?* uos igitur haeretici operarii iniquitatis, cum non in uiis inueniamini domini, utique manifestatis uos operibus uestris esse in uia diaboli. legisti: *nolite zelari mortem in errorem uitae uestrae neque adquiratis perditionem in operibus manuum uestrarum, quoniam deus mortem non fecit nec laetatur in perditionem uiuorum?* an minime? si legisti, cur praecepisti quaereremus nobismet ipsis mortem? si non legisti, cognosce quid nos facere fueris hortatus. tu qui in sortem delegeris esse illorum, quorum facinora describat ore Salomonis spiritus sanctus dicens: *neque mercedem sperauerunt iustitiae nec iudicauerunt honorem animarum sanctarum, quoniam deus creauit hominem inexterminabilem et ad imaginem suae similitudinis fecit illum. inuidia autem diaboli mors introiuit in orbem terrarum.*

1 Ps. 105, 3 7 Ps. 118, 1 2 15 Ps. 118, 3 19 Sap. 1, 12. 13 25 ib. 2, 22. 23

3 impius··· 4 quis *fort.* 5 filii dei *r* 6 an *s. l. m. rec.* 8 perscrutantur (per *m 1)* 9 ei 11 cur (q *m. rec.)* 16 operari 17 inueniemini 19 zelare *uersio antiqua* 21 perditione *r* 22 ninime si legisti (meministi legisse *m. rec.)* 24 ortatus *m. 1* sorte *fort.* 29 introuit (i *m. rec.)*

imitantur ergo illum qui sunt ex parte illius. conspicis te imitatorem esse diaboli, in parte esse constitutum illius; cognoscis tu quod tibimet conquiras mortem, tu qui nolueris ⟨in⟩ imagine dei, quomodo es factus a deo, manere, sed temet contuleris ad illum, cuius inuidia mors intrauerit in orbem terrarum.

XXXII. Contra accipe quantam felicitatem cupiat consequi Athanasius, unde et nolit esse quod sis tu Arrianus apostata: accipe quantam fuerint etiam illi, quos iam, cur se Christianos dixerint, es interficere dignatus, consecuti beatitudinem: *iustorum autem animae in manu dei sunt, et non tanget illos tormentum. uisi sunt oculis insipientium mori, et aestimata est malitia exitus illorum ab itinere iusto. abierunt in exterminium, illi autem sunt in pace. etenim si coram hominibus tormenta passi sunt, spes illorum inmortalitate plena est, et in paucis uexati in multis bene disponentur, quoniam deus temptauit illos et inuenit illos dignos se. tamquam aurum in fornace probauit illos, quasi holocaustam hostiam accepit illos. et in tempore erit respectus illorum, fulgebunt, tamquam scintillae in arundineto discurrent. iudicabunt nationes et dominabuntur populis, et regnabit dominus eorum in perpetuum.* desideras interficere Athanasium, existimans quod ei, si eum mactaueris, possis aeternum dare malum, ignorans scriptum: *condemnat iustus mortuus uiuos impios et iuuentus celerius consummata longaeuitatem iniusti. uidebunt etenim finem sapientis et non intellegent quid cognouerit de illo et quare munierit dominus. uidebunt et contemnent, illos autem dominus inridebit. et erunt post haec decidentes sine honore et in contumelia mortis in perpetuo, quoniam disrumpet illos sine uoce inflatos, et commouebit illos a fundamentis, et usque ad supremum deserentur, et erunt in dolore, et memoria illorum*

10 Sap. 3, 1—8 24 ib. 4, 16—20

3 quot *m. 1* 4 in *s. l. m. rec.* in imaginem *r* 9 cur (q *m. rec.*) christianus *m. 1* 11 taget 20 et in *Latinius* arundinito 27 condemnent: *em. Lat.* 31 suppraemum

periet. uenient in cognitionem peccatorum suorum timidi, et transducent illos ex aduerso iniquitates eorum. cernis inter quos sit pars tua constituta, cernis cum qualibus temet feceris stare contra dei domum: Athanasium uero uidebis inter istos, de quibus infra scriptum accipe: *tunc stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustauerunt et abstulerunt labores eorum. uidentes turbabuntur timore horribili et mirabuntur in subitatione insperatae salutis. dicent inter se paenitentiam habentes et per angustiam spiritus gementes: hi sunt quos habuimus aliquando in risum et in similitudinem inproperii. nos insensati uitam illorum aestimabamus insaniam et finem illorum sine honore. quomodo conputati sunt inter filios dei et inter sanctos sors illorum est?* tunc haec dicturus, nisi tibi consulueris, quando uideris te demersum in tartarum, tunc dicturus haec quae dicit dicturos suos persecutores militum Christi scriptura sancta: *ergo errauimus a uia ueritatis, et iustitiae lumen non luxit nobis, et sol non est ortus nobis; lassati sumus iniquitatis uia et perditionis et ambulauimus heremias difficiles, uiam autem domini ignorauimus. quid nobis profuit superbia aut quid diuitiae cum exsultatione contulerunt nobis? transierunt omnia illa tamquam umbra et tamquam nuntius percurrens.* contra Athanasium uisurus inter illos, quorum gloriam narrans spiritus sanctus dicit: *iusti autem in perpetuum uiuent, et apud dominum est merces illorum et cogitatio eorum apud altissimum. ideo accipient regnum decoris et diadema de manu domini, quoniam dextera sua proteget illos et in brachio suo defendet illos.* tu contra si in hac manseris animi obstinatione, si censueris finire fragilem hanc uitam inter Arrianos, eris inter illos, ad quos item loquitur ore prophetae spiritus sanctus:

5 Sap. 5, 1—5 16 ib. 5, 6—9 24 ib. 5, 16. 17

4 iustos *fort.* 7 orribili 10 risum *Latinius,* risu *Vr* 13 dicturus] es *add. s. l. m. rec. et v* 15 suos] uos *Latinius,* tuos (*i. e.* qui tui similes sunt) *malim* persecutores *v,* persecuturos (° *m. rec. et* os *ex* us *corr. m. 1) V* 18 ^in^viae *(corr. m. rec.),* uiae *fort. tenendum* 23 uisurus] es *add. s. l m. rec. et v* 25 mercis

audite ergo, reges, et intellegite, discite, iudices finium terrae, praebete aures. uos, qui continetis multitudinem et placetis uobis in turbis nationum; quoniam data est a domino potestas uobis et uirtus ab altissimo, qui interrogabit opera uestra et cogitationes scrutabitur, regni quoniam cum essetis ministri eius, non recte iudicastis neque custodistis legem neque secundum uoluntatem dei ambulastis. horrende et cito apparebit uobis, quoniam iudicium durissimum in his qui praesunt fiet. exiguo enim conceditur misericordia, potentes autem potenter tormenta patiuntur. non subtransiet personam cuiusquam dominus nec reuerebitur magnitudinem cuiusquam, quoniam et pusillum et magnum ipse fecit, et aequaliter cura est illi de omnibus, fortioribus autem fortior instat cruciatio. ad uos ergo, o mali tyranni, sunt sermones mei, ut discatis sapientiam et non excidatis. tunc, si necdum nos audieris, Constanti, uisurus quae nunc uidere uales minime per incredulitatem tuam: uidebis tunc, cum inter contyrannos tuos fueris conlocatus in illa loca tormentorum, non solum quod iniusta amaueris iudicia, sed et quod dei domum destruere uolueris, quod negator dei filii exstiteris, quod aliter fidem praedicari sanxeris per minantem potentiam tuam quam prophetae et apostoli praedicauerunt. nec poteris dicere: *non sum inter illos quos describit per Salomonem spiritus sanctus,* quando audias dicere: *ad uos ergo, o mali tyranni, sunt sermones mei.*

XXXIII. Non poteris itaque negare te omnium esse contyrannorum tuorum principem, si modo penitus intuearis operam tuam. *custoditio,* inquit propheta, *legum confirmatio incorruptionis est, incorruptio autem faciet te proximum deo.* tu ad haec, *corrumpite,* inquis, *dei legem,* ut corrupistis uos, persecutores

1 Sap. 6, 1—10 28 ib. 6, 19

5 cogitationes scrutabitur regni *uulgo coniungunt;* regni *corr. Latinius* 7 horrendae 10 patiuntur (*u m. rec.*) cuiusque *v* 12 pupillum *v* 18 illa loca (*a m. rec.*) 19 donum 21 sancxeris minantem *scripsi,* manentem *Vr,* amentem *Latinius* 23 describi*t* (*t m. rec.*) 27 operam tuam (*corr. m. rec.*) 28 inquid *m. 1* 30 ut corrumpistis

nostri. quis tam uecors est, qui uelit corruptus a te in aeternum perire? qui nolit manendo in integritate proximus fieri deo? cur haec aut ipse fecisti aut nos facere fueras conpellere ausus? numquid non legeras dixisse in libro Sapientiae Salomonem ad deum: *deus parentum et domine misericordiarum, qui fecisti omnia uerbo tuo, et sapientia constituisti hominem, ut dominetur creaturae quae a te facta est, ut disponat orbem terrarum in iustitia et aequitate et in directione animi iudicium iudicet*, et iterum: *docuisti populum tuum per alia opera, quoniam oportet iustum esse et humanum, et bonae spei fecisti filios tuos?* non, inquam, haec scripta inueneras, ⟨ut⟩ auderes ad tantam prouocare nos inhumanitatem? quomodo bonae spei filii erimus? quomodo iustos nos et humanos ante deum seruos illius exhibebimus, cum praeuaricatores legis neque iusti neque filii dei dicantur? cognosce itaque a quali nos ⟨bono⟩ uolueris pertrahere ad mortem et quidem sempiternam, siquidem omnis qui desinit esse inter eos, quos in filiorum adoptione uocauerit deus, sit amittens uitam, sit perpetuam possidens mortem. cum igitur sitis Arriani inhumani impii crudeles homicidae, quomodo dici Christiani poteritis? sed et cum negetis Christum unicum dei filium et confiteamini credidisse uos in antichristum, unde aut quomodo uos poteritis Christi probare seruos, cum manifestaritis uosmet uestra professione esse famulos antichristi? antichristus etenim, in quem Arrius crediderit, re uera *fuit, quando non fuerit*. contra noster saluator dominus ac deus dei unicus filius non est, ut tu uis, Constanti, creatura, sed est dominus creaturae; est aeternus inaestimabilis, sicut est et cuius est filius; induit sane perfectum hominem nouissimis diebus de utero uirginis, sed et cum suscepisset hominem, talis est inmutabilis incor-

5 Sap. 9, 1—3   9 ib. 12, 19

9 *post* iudicet *ras. 3 litt.*   10 humanum *Latinius et LXX*, humanae *Vr*   bona[ae] ([ae] *m. rec.)*   11 [si]haec ([si] *m. rec.)*   ut *addidi*   12 quomodo] uero *add. s. l. m. rec. et v*   16 bono *V s. l. m. rec.*, spe *malim*   18 adob[p]tionẽ ([p] *et* ~ *m. rec.)*   ammittens   23 manifestaritis *scripsi*, manifestetis *Latinius*, manifestaretis *Vr*   25 re* (s *eras.)*   27 constantius *(corr. m. rec.)*   29 sanae *m. 1*

ruptibilis inenarrabilis et inconuertibilis, qualis est et cuius est filius: non eum suscepti hominis causa in aliud quam quod semper fuit potuit conuertere, quandoquidem in forma sit dei patris sui, quandoquidem sit aequalis filius patri, ut refert beatissimus apostolus: *qui cum in forma dei esset, non est rapinam arbitratus esse se aequalem deo, sed semet ipsum exinaniuit formam accipiens serui.* non enim quia dixit: *semet ipsum exinaniuit, formam serui accipiens*, deus dei unicus filius aliud fieri potuit ex illo, quod est incorruptibilis inenarrabilis inmutabilis, cum sit semper in eo statu aeternae magnitudinis manens, in quo sit manens et eius pater. sed utique intellegimus quid sit *sed semet ipsum exinaniuit*, hoc est, cum sit similis atque aequalis patri filius, tamen quod et hominem se propter nostram salutem fieri uoluerit.

XXXIIII. Cum itaque tu antichristum susceperis pro Christo, quia re uera ille *fuerit, quomodo non fuerit*, qua fronte adhuc es resistens Christianis, nisi illa qua solent et adulterae pudicis? ausus fuisti temptare dominari uelle dei populo, subicere uelle ecclesiam dei tuo regno, diuinam maiestatem illius tantum metuentem tuo futtili imperio: et hoc quidem fecisti, quia nesciens sis scriptum esse de uobis tyrannis: *propter hoc indisciplinatae animae errauerunt: dum enim persuasum habent iniqui posse se dominari nationi sanctorum, uincti tenebrarum catenis et longa nocte compediti, inclusi sub tectis, fugitiui.* conspicis iam te esse inter illos dei populi persecutores, de quibus legisti, quod *una catena tenebrarum sunt omnes colligati*, et iterum: *digni quidem illi carere lumen et pati carcerem tenebrarum, qui inclusos custodiunt filios tuos, per quos incipiebat incorruptum legis lumen uitae omnibus dari.* an negabis dei antistites te tenere in claustris? et cur es detinens? ne praedicemus certe dei populo ueritatem? cur

5 Phil. 2, 6 21 Sap. 17, 1. 2 26 ib. 17, 17 27 ib. 18, 4

2 aliu$\overset{d}{t}$ quod quam 12 quod *r* 30 antestites tenere] nos *add. Latinius* cur es *scripsi*, cum res *V*, cum es *v*

nos retines in carcere? cur mittis ad exilia? nisi quia sis metuens ne uos lupos Arrianos rapaces canes rabidos atque antichristos esse temporis nostri manifestemus sacris reuelantibus scripturis. sacrae enim scripturae probant uos ex actibus uestris non esse dei seruos, sed plane filios diaboli. si enim non es unus ex illis, quos tales futuros sacrae clamant scripturae, cum scriptum inueneris in CXXXI psalmo: *surge, domine, in requiem tuam, tu et arca sanctificationis tuae, sacerdotes tui induantur iustitiam*, cur damnari a nobis absentem uoluisti? certe ad hoc ut iustitiam, quam nos induerat dominus, amitteremus. cum enim dicat: *sacerdotes tui induantur iustitiam*, et tu iniustitiam nos urgueres facere, quid aliud essemus, si fecissemus quod tuae maliuolentiae fuerat uisum, nisi conscelerati tui, nisi totius iniquitatis fontes? hi scilicet, qui deponentes iustitiae officium iniustitiae, ut tibi placeremus, essemus suscepturi. persequeris dei domum, Constanti, ignorans te ipsum deum persequi in domo eius; domus etenim dei est ecclesia, in qua est inhabitans dominus, sicut scriptum est in eodem psalmo: *elegit dominus Sion, praeelegit eam in habitationem sibi. haec requies mea in saeculum saeculi, hic habitabo, quoniam praeelegi eam.* cum haec itaque sint, temet puniri conspice, quando aliquem nostrorum punis, tuam te salutem persequi, quando sis deo repugnans, non nos, in quos audias deum dicere quod enim dignetur requiescere. tu ergo qui templa domini temptas uiolare, nisi te conuerteris, eo disperies genere quo illi, de quibus dicit Dauid in psalmo CXXXV: *qui percussit Aegyptum cum primitiuis eorum, quoniam in saecula misericordia eius, et eduxit Israel de medio eorum, quoniam in saeculum misericordia eius. qui diuisit mare rubrum in diuisionem, quoniam in saeculum misericordia eius, et transduxit Israel per medium eius, quoniam in saeculum miseri-*

7 Ps. 131, 8. 9 19 Ps. 131, 13. 14 26 Ps. 135, 10—15

1 carcerem ex^{i}lia 2 rabidosos *r*. rabiosos *Latinius* 4 proba^{n}t (^{n} *m. rec.*) 7 CXXXI primo 10 qua *r* 20 abitabo 21 punir^{i}e (^{i} *m. rec.*) 22 ponis 25 disper^{ea}ies (^{ea} *m. rec.*)

cordia eius, et excussit Pharaonem et exercitum eius in mare rubrum. qua de re haec scripta inuenio, nisi ut crederem, quia, cum tu me premere temptares, deus meus quod sic potuisset, nisi te conuertisses, extinguere quomodo Pharaonem et me quod sic fuisset erepturus de manibus tuis quomodo et illos de Pharaonis potestate? idcirco etenim dicit ad singulas uirtutes: *quoniam in saeculum misericordia eius*, ut mihi aperiret, quoniam domini misericordia mecum sit semper permanens, qui ei tantum sim seruiens, tecum uero esse non posse, quia uidelicet inimicus illius sis, quomodo fuit et Pharao.

XXXV. Noluimus damnare absentem, noluimus in eum quem scimus innocentem et in eum quem nouimus catholicae fidei praedicatorem dare iuxta desiderium tuum sententiam. quare? quia nos Christiani in deum porreximus spem nostram, non in te ac regnum tuum caducum. noluimus de gloria regni tui nobis placere, qui gloriam consequi sumus expectantes ab eo, in quem solum confidendum esse atque sperandum docens dicit Dauid in psalmo CXLV: *nolite confidere in principibus et in filiis hominum, quibus non est salus. exibit spiritus eius et reuertetur in terram suam. in illa die peribunt omnes cogitationes eorum. beatus cuius deus Iacob adiutor eius, et spes eius in domino deo ipsius qui fecit caelum et terram, mare et omnia quae in eis. qui custodit ueritatem in saeculum facit iudicium iniuriam patientibus.* noluimus iniuste tecum persequi iustitiae plenum fructibus, ne dum de te uindictam coepisset consequi, fuisset consecutus etiam de nobis; non fecimus quod iniuste praecepisti nos implere, ne tecum ueniremus ad illum locum, qui in Ecclesiastico describitur: *et deus requiret eum qui persecutionem patitur*, et adhuc: *uidi sub sole locum iudicii, illic impius, et locum iusti, illic pius.* noluimus uobis coniungi haereticis, noluimus tecum dare

18 Ps. 145, 3—6 28 Eccli. 3, 15 . 29 ib. 3, 16

1 mare rubrum (¹ ° *m. rec.)* 3 praemere si (ᶜ *m. rec.)* 16 consequi *V*, consequuturi *v* 18 confitere 20 terrà suà (˜ ˜ *m. rec.)* 23 e is 24 pacientibus 25 uindictam *scripsi*, uindicta *Vv* 26 consecutus (ᵃ *m. rec.) V*, consecuta *v*

manus ad dei inpugnandam domum, noluimus tecum idololatriam suscipere in contumeliam dei, noluimus sacrilegio tuo misceri, ne et nos audire mereremur tecum illa quae ore Oseae prophetae audient sacerdotes, populus et rex Israel, qui cuncti derelicto deo ad idololatriam se contulerant: *audite haec sacerdotes et adtendite domus Israel, et domus regis intuemini; ad uos est iudicium, quia ut laqueum facti estis ad insidiam et sicut retia extensa ad auiarium uenantis.* apud Amos prophetam sciebas utique scriptum, quando dedisti disciplinam exemplum damnandi scilicet innocentem: *qui fecit in excelso iudicium, et iustitiam in terra posuit.* dei iustitiae uiolator, Michaeam prophetam dixisse numquid ignorabas de Iudaeorum principibus? *non leuauerunt ad deum manus suas, et concupiebant agros et diripiebant orphanos et domum eius, uirum et hereditatem eius. propter hoc haec dicit dominus: ecce ego cognosco super plebem mala, ex quibus non leuabitis ceruices uestras.* sed tibi, cum proscribere digneris deportare mittere in carcerem torquere, postremo interficere dei cultores, nihil malorum repraesentabitur? noluimus misceri actibus tuis nefandis, ne tecum ad aeternam damnati poenam haec audiremus quae dicuntur apud Michaeam a deo: *audite itaque haec, praepositi domus Iacob et residui domus Israel, qui abominamini iudicium et omnia recta peruertitis, qui aedificastis Sion et Hierusalem in sanguinem iniquitatibus. iudices eius cum muneribus iudicabant et sacerdotes eius cum mercede respondebant et prophetae cum pecuniis diuinabant et in domino requiescebant dicentes: dominus in nobis est, et non uenient in nos mala.* non legeras adhuc apud istum sanctissimum prophetam, ut damnari iuberes uirum deo dicatum? *in quo conprehendam dominum, adsumam deum meum excelsum? si conprehendam eum in holocaustis aut in uitulis anniculis,*

5 Os. 5, 1 10 Am. 5, 7 13 Mich. 2, 1—3 21 ib. 3, 9—11 29 ib. 6, 6—8

1 idolatriam 4 osee 5 concti *m. 1* 7 laqueus *Latinius* 10 exemplo *fort.* 12 mihaeam 13 iuda et eorum *v et sic uidetur V m. rec.* 14 orfanos 21 micheam 24 sanguine et in *fort.* 28 aput *m. 1*

aut si suscipiet dominus in millia arietum aut in decem millia haedorum pinguium? aut dabo primogenita mea impietatis, fructum uentris mei pro peccatis animae meae? renuntiandum tibi est, homo. quod sit bonum. aut quid dominus exquisiuit a te aliud nisi ut facias iudicium et iustitiam et diligas misericordiam et paratus sis ire cum domino deo tuo? nec apud Ambacum inueneras scriptum: *impius per potentiam oppressit iustum,* ut ita sceleratum fuisses adgressus opus. quod te apud deum posset facere impium? item infra non inueneras positum: *cur inspicis super contemptores? tacebis ob hoc, quod deuoret impius iustum?*

XXXVI. Et idcirco nos uidentes quia tu impius iustum deuorare temptaueras uirum. non solum non tacuimus male te agere. sed nec tacebimus. non enim alius es ab eo. propter quem dicitur: *placens et contemptor, uir superbus nihil proficiet, qui dilatauit sicut inferus animam.* non poterit dici quod non conueniat dici de te. si digneris mecum recordari scelera facinorum tuorum et si funera tua non fueris tardus recensere. quis etenim alius nostris diebus sibi placens. contemptor, superbus. nihil proficiens. qui dilatauerit sicut inferus animam suam et qui aestimari possit esse ut mors insatiabilis. reperiri potest nisi tu? sed conspice nihil te posse proficere dici tibi a deo. licet enim contemptor dei praeceptorum sis. eius licet religionem cupiens persequi eo usque dilataueris animam tuam ad dei mactandos cultores. ut toto in regno non digneris desinere gregem uexando domini. tamen nihil proficit omnis infestatio tua. cuncti etenim quos persequeris dei semper et sunt et erunt serui. tu uero, nisi tibi prouideris. in aeternum eris periturus. tibi placens, contemptor. superbus. qui sis dilatans animam tuam tamquam inferus ad nos deuorandos pariter et absorbendos. propterea quod

7 Hab. 1, 4   10 ib. 1, 13   15 ib. 2, 5

5 aliut *m. 1*   7 ambac[h]um *(corr. m. rec.)*   13 uirum *Latinius*, uerum *Vv*   15 contemtor *m. 1*   16 delatauit *m. 1*   dice   21 quia estimari *V*, qui aestimari *v*   30 qui *scripsi*, quia *Vv*   sit

male tibi agenti resistamus, factus ut mors insatiabilis, furiis ageris in nostram necem. adeo nequam es, Constanti, ut cum prophetam inuenio dicere: *o qui fundat fundationem malam domui suae, ut conlocet in altum nidum suum*, tu mihi atque hereditas antichristi, cui faues, ante oculos obuersetur, cognoscens conatus tuos illos sacrilegos. non enim potest dubitari te conatum et conari, ut toto in regno tuo posset fundari haeresis tua, destrui uero fides catholica. sed et cum audio dicatum deo prophetam dicere: *uae qui aedificant ciuitatem in sanguinibus et praeparant ciuitatem in iniquitatibus*, tu mihi esse uideris qui speluncam latronum sis per sanguinis fusionem aedificans, per necem dei seruorum. aut negabis speluncam latronum esse uestrum malignum concilium Arrianorum? si non estis latrones, quomodo interficere inuenimini deo dicatos? ciuitates in sanguine qui aedificant uae habent. prudentissimus imperator non uidisti uae tibi posse esse, quia haeresem tuam per sanguinis dei hominum fusionem putasti reaedificandam? dicit spiritus sanctus per Sophoniam prophetam: *quaerite dominum et omnes humiles terrae iudicium operamini et iustitiam quaerite et respondete, ea sic ut tegamini in die irae domini*; tu dicis: *damnate innocentem, estote mecum homicidae sacrilegi.* an non haec sunt quae nos facere praecipis? imperasti damnari domini sacerdotem necne? imperasti Arrianam perfidiam tenendam, reiciendam uero fidem apud Niciam conscriptam? si haec inpleri mandasse te refragari non potes, conspice et homicidas et sacrilegos nos efficere uoluisse. dicit deus: *et erit in illo die: scrutinabo Hierusalem cum lucerna, defendam super uiros qui contemptores sunt, ne custodiant mandata;* et tu inquis tua magis atque conblasphemorum tuorum custodienda. quomodo potueramus dam-

3 Hab. 2, 9 9 ib. 2, 12 19 Soph. 2, 3 27 ib. 1, 12

1 insaciabilis 3 qui mihi *v* 6 conatos 7 connatum 11 sanguinem (is *m. rec.) V*, sanguinum *fort.* 16 ue 18 rehaedificandum *m. 1* 23 necne (on *m. rec.)* 25 aput 26 conspice te *fort.* 30 potueramus *(corr. m. rec.)*

nare iniuste iustitiae fructibus plenum domini sacerdotem, cum uideamus qualis comminatio fuerit oborta contra Iudaeorum praepositos uel contra omnes eorum conscios, qui haec quae agis egisse noscantur? *o quae erat splendida et redempta ciuitas, columba. non exaudiuit uocem, non percepit disciplinam, in domino non confidit et ad deum suum non accessit. principes eius sicut leones fremunt, iudices eius sicut lupi Arabiae, non subreliqui erunt in mane. prophetae eius spiritales, uiri contemptores, sacerdotes eius contaminant se et impie agunt. dominus autem iustus est in medio eius et non faciet iniuste.*

XXXVII. Cum haec ita se habeant et nobis licitum minime sit iniustum proferre iudicium, superest aut unum te facias esse ex eius seruis et discas iudicium proferre aut, si semper dei uis esse inter aduersarios, iudicium tuum solus prome iniustum, desine nos cogere facere quod fieri cernas diuinitus prohibitum. desine iam criminari Athanasium uel nos quod enim nos dei destruamus domum, quando inuenias apud Zachariam te atque contyrannos tuos esse descriptos, quod enim futuri essetis dei hereditatis persecutores uos, quos dicit supra modum uobis usurpasse potestatem. crudelitatem etenim narrans uestram dicit dominus: *zelatus sum Hierusalem et Sion zelo magno. et ira magna ego irascor super gentes quae se superponunt uobis, propter quod ego iratus sum minima. ipsi autem conposuerunt se in mala.* audes tenebrarum amator execrator luminis dicere: *damnate innocentem*, cum dignetur praecipere nobis deus per Zachariam dicens: *iudicium iustum iudicate et pietatem et misericordiam facite unusquisque ad fratrem suum. et uiduam et orphanum et proselytum et pauperem per potentiam nolite nocere, et malitiam*

4 Soph. 3, 1—5 22 Zach. 1, 14. 15 27 ib. 7. 9. 10

8 subreliquaerunt (a *in* i *corr. m. 1)* manae 9 se] sancta *Latinius et LXX* impiae 11 iniustae 13 aut *scripsi*, autem *Vv* 18 enim *om. r* 27 p̄ cipere iu// di /tium 29 orfanum proselitum

unusquisque non reminiscatur fratris sui in corde suo. cum haec sint mandata caelestia, tu cuius auctoritate dixisti: *laniate conseruum uestrum?* si dei mandatis te protulisse hanc auctoritatem dixeris, non poteris probare, quoniam quidem inueniri non possit in sacris scripturis praeceptum dei innocentem damnandum. cum itaque ea feceris quae lex prohibet dei, constat te hanc auctoritatem ex uoluntate illius protulisse qui uocetur inimicus dei, unde et illis compareris necesse est, quibus dicitur per prophetam: *et dissuaserunt, ne obseruarent, et dederunt dorsum stultitiae et aures suas et cor suum statuerunt insuadibile, ne oboedirent; degrauauerunt, ut non oboedirent legem meam,* et infra: *non exaudierunt; si clamabunt, et non exaudiam eos, dicit dominus omnipotens. animae, quies⟨ci⟩tote: haec sunt uerba quae faciatis: loquimini ueritatem unusquisque ad proximum suum et iudicium pacificum et iustum iudicate in portis uestris et unusquisque malitiam proximi tui nolite cogitare in cordibus uestris, et iusiurandum falsum nolite diligere, quoniam haec omnia odi, dicit dominus omnipotens.* quid me cogis facere ea quae odio se habere dicit dominus omnipotens? sed instruens dominus de ieiunio, *pacem,* inquit, *et ueritatem diligite.* quomodo pacis atque ueritatis amatores esse poteramus, si innocentem falsis per te ac tuos criminibus praegrauatum tamquam reum puniremus? aut quae erat pax, cum haec faciendo etiam a pace domini potuissemus reici? neque enim pax domini dicentis: *pacem meam relinquo uobis, pacem meam do uobis,* relinqueretur ab eo in nobis, cum alio ipsi tulissemus iniuste. quis ignorat recedente disciplina recedere et gratiam? apud Malachiam dicit deus: *filius honorificat patrem et seruus dominum suum. et si pater sum ego, ubi est honor meus? dicit dominus omnipotens.*

9 Zach. 7, 11. 12 12 ib. 7, 13 13 ib. 7, 16. 17 20 ib. 8, 19 25 Ioh. 14, 27 28 Mal. 1, 6

1 no* (n *superscr.*) 2 tu cuius *v,* tu//i//usus *V,* cuius usus *uel* nisus *fort.* 9 nec *(corr. m. rec.)* 10 insuadibilem 13 quiescitote *scripsi,* quiestote *Vv* 16 sui *v* 20 inquid *m. 1*

XXXVIII. Quem igitur timorem atque honorem deo facturi eramus, si fecissemus quae tu fieri mandasti? illa enim tua praecepta et timorem et honorem dei nituntur auferre dicatis eius clementiae. sed et infra tuam specialiter operam manifestans dicit: *exacerbatis deum in uerbis uestris, et dixistis: in qua re exacerbauimus eum? in eo quod dicatis: omnis qui facit malum, bonum est coram deo, et in ipsis benedicet. et ubi est deus iustitiae?* propheta dicit: *ubi est deus iustitiae,* contra eos qui dicunt: *qui facit malum, bonum est coram deo, et ipsis benedicet;* et tu das mandata fundendum cruorem iustorum et adhuc dicis te dei seruum, cum sis ipsius dissipator legis. iustum est damnare absentem et quidem innocentem, aut iniustum? si iustum non est, quia cogis facere nos eam rem per quam puniri mereamur a deo? Tobias, *omnibus*, inquit, *diebus uitae tuae, fili, deum in mente habe et noli peccare uelle uel praeterire praecepta illius. iustitiam fac omnibus diebus uitae tuae et noli ambulare per uiam iniquitatis, quoniam agente te ex ueritate erit respectio operibus tuis et omnibus qui faciunt iustitiam.* dic, Constanti, iustitiam facit qui interficit innocentes? qui seruorum dei fundit sanguinem? si non facit iustitiam, sed magis iniquitatem, restat ut te uideas esse iniquitatis amatorem atque omne iniquum fabricantem opus. etenim cum iustitiam nos in omni tempore facere hortetur sacra lex et tu conpellas facere iniustitiam, quem te alium uelis habeam nisi et iniustitiae amatorem et perpetratorem? *omnibus*, inquit, *diebus uitae tuae, fili, deum in mente habe,* cum eundem reliqueris haerendo Arrianis. hi etenim non eum derelinquimus qui fidem tenemus apostolicam. quomodo non praecepta eius praeteris, qui interficias seruos eius nomini maiestatique dicatos, cum sis eos cogens derelinquere eum et fieri conserpentes atque

5 Mal. 2, 17 15 Tob. 4, 5. 6

4 clementiam 5 exacerbastis *Sabatier* 9 quoram *m. 1* 13 quia] quare *Latinius falso; nam id ipsum* quia *significat* 15 in quid *m. 1 et sic fere semper* 17 no/li 27 habere 28 hi| nos *coni. Gallandius*

coapostatas tuos? nos odio apud te laboramus, quia tibi uera dicamus, quia te uiuere nobiscum uelimus in aeternum; illos uero es diligens qui ad te transitum fecerint, illos qui cum tibi primum contra⟨di⟩xerint, postea tamen seruire nefariis meditationibus tuis quam dei parere praeceptis maluerint. gaudens es cur eosdem tua calliditate inliciens ad suscipiendam perduxeris haeresem tuam, quod in omnibus eos habeas subiectos, illos quos iam pridem uideras pro nihilo te ducere, quos cernebas calcare ueritate regni tui auctoritatem. sed scire te uolumus non esse nouum hoc factum, sed saepe ita esse actum a perfidis atque inconsideratis, ab eis quos praescius futurorum ore sanctissimo Malachiae praeostenderit prophetae: *grauastis aduersum me consilia uestra, dicit dominus omnipotens, et dixistis: in qua re detraximus de te? quia dixistis: uanus est omnis qui seruit deo. et quid amplius, quod custodiuimus praecepta illius et ambulauimus deprecantes ante conspectum domini omnipotentis? et nunc nos magnificamus alienos, et renouantur omnes facientes iniqua, et restiterunt deo et saluati sunt. haec detraxerunt qui timent deum, unusquisque ad proximum suum. et intendit dominus et exaudiuit et scripsit librum memorialem coram se timentibus dominum et metuentibus nomen suum. et erit mihi, dicit dominus omnipotens, in die qua ego facio in possessione; et eligam eos, quemadmodum eligit homo filium suum bene seruientem sibi. et conuersi uidebitis quantum sit inter iustum et iniustum, inter seruientem deo et non seruientem. quia ecce dies uenit domini ardens sicut clibanus et uret eos, et erunt omnes alienigenae et omnes qui faciunt scelera ut sarmenta. et succendet eos dies domini quae uenit, dicit dominus omnipotens, et non derelinquetur ex eis radix nec uitis.*

13 Mal. 3, 13 — 4, 1

1 quoapostata *(corr. m. rec.)* 4 contradixerint *Latinius*, contraxerint *Vv* 6 cur (q *m. rec.)* inlicens *(corr. m. rec.)* 7 haeresem (i *m. rec.)* 9 ducere *Latinius*, dicere *Vv* ueritate *scripsi*, ueritatem *V*, propter ueritatem *V m. rec. et v* 12 sanctissimo *scripsi*, sanctissimum (i *m. rec.)* 21 coram (c *in ras.)*

XXXVIIII. Deum dicere haec audiens, quia adhuc in malis tuis esse digneris, gaudere te etiam in hoc arbitror, quod cum praeuaricatoribus, cum deum derelinquentibus illa percepturus sis ab eo. uae tibi homicidae atque sacrilego, quoniam nisi paenitentiam factorum tuorum egeris, eris ut nunc es inter illos quos ore Isaiae increpat dicens: *uae, gens peccatrix, populus plenus delictis, semen malignum, filii sine lege, dereliquistis dominum et exacerbastis sanctum Israel.* eris semper unus ex illis, qui propter nequitias studiorum suorum principibus Sodomorum et populis Gomorrhae conparantur, dum dicitur: *audite uerbum domini, principes Sodomorum, adtendite legem dei, plebs Gomorrhae.* cum illis eris nisi te correxeris, de quibus scriptum legisti: *si multiplicaueritis preces, non exaudiam uos: manus enim uestrae sanguine plenae sunt.* uae tibi, Constanti, qui tantam dei incurreris offensam, ut non uidere potuisses quid tibi fuisset cauendum. cum enim dicat ore Isaiae illis prophetarum sanctorum et omnium iustorum interfectoribus: *lauamini, mundi estote, auferte malitias ab inimicis uestris ante oculos meos, desinite a malitiis uestris, discite bonum facere, inquirite iudicium, eripite iniuriam accipientem, iudicate pupillo et iustificate uiduam*, ad haec contra iuberes trucidandos dei cultores, ipsum deserendum deum, suscipiendam uero idololatriam. hoc fuit audisse dei monita et fuisse correctum? qua de re istud cogis nos facere, nisi quia sis cupiens nos tecum gladio consumi? *et si uolueritis*, dicit deus, *et exaudieritis me, bona terrae edetis. si uero nolueritis neque exaudieritis me, gladiūs uos comedet; os enim domini locutum est ista.* cui temperabimus, deone haec dicenti an tibi eius inimico? deus dicit

6 Es. 1, 4 11 ib. 1, 10 13 ib. 1, 15 18 ib. 1, 16. 17 26 ib. 1, 19. 20

6 increpat *r*, inherebat *V*, *add.* deus *s. l. m. rec. et r* 8 derelinquistis 10 populus (ⁱ *m. rec.*) gomorrae 12 gomorre 17 orae 19 inimicis] animabus *Latinius et LXX* 21 popillo 22 haec] tu *add. s. l. m. rec.* 27 editis ne (ᵐ *m. rec.*) 28 istam *m. 1* obtemperabimus *r*

Iudaeis, ut iam derelinquerent errores suos, abicerent malitias suas ex cordibus suis, discerent bonum facere, iustum iudicarent iudicium. tu inquis: *damnate iniuste.* qua de re istud suades me facere? nisi quia uelis me effici illiusmodi hominem, quales sint illi, ad quos dixerit deus: *uos autem*, dicit deus, *quid succenditis uineam meam, et rapina pauperum in domibus uestris? quid uos iniuriam facitis populo et faciem inopum confunditis?* et tu ita haec es faciens, ita cuncta gerens, quae quia faciant indignatur facientibus, tamquam placere te non posse sis sciens, nisi et domini succendisses uineam et rapinam pauperum constituisses intra domum tuam et multis modis seruis dei inrogasses iniurias. aut dicere temptabis haec omnia te non fecisse? numquid non succendisti uineam domini, quando coegisti eam iam non scire dominum Abrahae, deum Isaac, deum Iacob, deum apostolorum, deum prophetarum ac martyrum, sed idololatriam per Arrium inuectam, per te uero exaltatam? numquid non est rapina pauperum haec dei seruorum Christianorum in domo tua, propter quos legisti scriptum: *beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum*, cum scias te proscripisse resistentes sacrilegio tuo? numquid dicere audebis: *non feci nec facio iniuriam populo dei?* et quis tantam aliquando fecit quantam tu, qui neque omnia genera tormentorum inferendo des⟨in⟩is neque uarie puniendo?

XXXX. Noluimus innocentem tamquam reum punire, ne ista et nos percuteret sententia quae ore adhuc prophetatur Isaiae: *uae scribentibus nequitiam; scribentes enim nequitiam scribunt, declinantes iudicium pauperum et rapientes iudicium egentium plebis meae, ut sit illis uidua in rapinam et pupillus in direptionem. et quid facient in diem uisitationis? tribulatio enim uobis a longe superueniet, et ad quem refugietis?* non temperauimus tuo consilio uenenato, cupientes confugere in

5 Es. 3, 14. 15 19 Matth. 5, 3 26 Es. 10, 1—3

3 istut 5 at 6 et rapina — *l. 11* intra *om. V, sed prima m. add. in mg. inf.* 17 haec *v*, hoc *V, an* hoc est? 23 desinis *Tilius in notis*, desis *Vv* uariae puniendo *scripsi*, puniendum *V*, puniendum uoluimus *v* 25 orae 28 uiduam *m. 1* 29 die *Latinius* 30 ^{e}nim (^{e} *m. rec.*)

omnibus tribulationibus nostris atque anxietatibus ad eum, ad quem confugerit ille iustitiae amator in omnibus probationibus Iob: non oboediuimus praecepto tuo crudeli, quia uoluerimus imitatores inueniri istius dei serui Iob dicentis: *liberaui pauperem de manu potentis et orphano qui sine adiutorio erat ego eram adiutor. os autem uiduae me semper benedixit. iustitia enim eram uestitus et coopertus iudicium; et eram oculus caecorum et pater infirmorum, iniquorum autem molas confregi et dentibus illorum rapinam abstuli*, et infra: *positus sum statera iustitiae, et scit dominus simplicitatem meam, quoniam numquam pes meus exerrauit a uia recta, sed nec oculus meus conspexit.* quae est recta uia, a qua se refert gloriosus Iob non deorbitauisse? utique haec, quae nec innocentem interfecit nec alium scit deum, quia nescit nisi deum angelorum archangelorumque, quem non posse nos sentis eripere de tua potestate. quando enim dicis de fide beatae ecclesiae: *si catholica est apud Niciam descripta fides, eripiat eos in quem crediderunt de mea potestate*, non habere utique uirium ad eripiendum nos de manibus tuis deum dicis, non posse te stare contra: adseris ecclesiae apostolicae deum non habere tantam potentiam, quae possit tuam excludere uirtutem. quid enim aliud confitetur beata ecclesiae fides nisi quia sit credens in deum patrem innatum et in unicum filium eius, natum ex innato et uero patre, et in sanctum spiritum paracletum? quid aliud confitetur fides catholicae ecclesiae nisi quia et trinitas sit perfecta et una sit dealitas patris et filii et spiritus sancti? quid aliud confitetur beatae ecclesiae fides nisi quia neque pater susceperit hominem neque spiritus sanctus paracletus, sed unicus filius dei? quid aliud adstruit gloriosae ecclesiae fides nisi quia sit dei unicus filius inmutabilis inconuertibilis

4 Iob 29, 12—16 9 ib. 31, 6. 7

2 probationibus *scripsi*, probatione *Vr* 5 orfano 9 confringi (*e m. rec.*) 14 nescit *scripsi*, necsit (*e m. rec.*), nec scit *r* 17 aput *m. 1* 18 uirum (*i m. 1*) 19 ad deripiendum 20 adseres (*i m. rec.*) 23 innatum *om. r* 27 eclesiae *m. 1*

inaestimabilis inmensus aeternus, sicuti sit et cuius sit filius? credidit sancta ecclesia unam potentiam habere unicamque dominationem patrem et filium et spiritum sanctum. hanc fidem, ⟨in⟩quam, dicis haereticam et tuam adstruis catholicam, illam quae dicat deum non habere uerum filium, quae dicat *fuisse quando non fuerit*, quae dicat *factum ex nihilo*, utique ex illis sensibus, quibus Rabsaces, dux Assyriorum regis, exprobrabat deum Abrahae et deum Isaac et deum Iacob dicens: *non uos seducat Ezechias, quia possit uos liberare de manibus regis Assyriorum deus uester.* ita et tu, dux antichristi, dicis per tuos: *non uos seducant uerba episcoporum uestrorum, qui mihi contradicunt quia uos liberare potest fides quam illi praedicant.* licet enim sermonem uarient, tamen res ad hoc perducitur, ut constare possit te sic nobis exprobrare deum, quod enim inpotens sit ad eripiendos nos, quomodo rex exprobrarit Assyriorum: *haec dicit rex Assyriorum: si uultis benedici, exite potius ad me et manducabitis unusquisque fructum uestrum uineae et ficus, et bibetis aquam de lacubus uestris, donec ueniam et accipiam uos in terra tali, sicut est terra uestra, terra tritici et uini et panis et uinearum. non ergo uos seducat Ezechias dicens: deus uos liberabit*, et infra: *quis liberabit Hierusalem de manu mea?* sed quod contra talis esse tu monstratus es, dicit ore Isaiae deus ad Ezechiam: *non est quod paueas a sermonibus istis quos audistis, quibus exprobrauerunt me legati Assyriorum. ecce mitto meum spiritum, et audito nuntio reuertetur in regione sua et cadet gladio in terra sua.* illa nunc, Constanti, circa te stare cernimus pericula, nisi tibi feceris esse consultum, quae circa illum steterint qui dicebat: *sic dicetis Ezechiae regi Iuda: non te seducat deus tuus, in quo confidis, dicens: non tradetur Ieru-*

8 Es. 36, 14 16 ib. 36, 16—18 22 ib. 36, 20 24 ib. 37, 6. 7 29 ib. 37, 10

4 inquam *scripsi*, quam *Vv* haeredicam *m. 1* 7 asyriorum 11 seducat *m. 1* 12 liberare] non *add. s. l. m. rec. et v* 15 enim *om. v* 18 uineae 23 tu *om. v* 25 expobrauerunt *m. 1* meum] in eum *Sabatier*

salem in manus regis Assyriorum. sic in periculis es tu, blaspheme. ut ille, et non uides; contra nos dei cultores uidemus tutos defensosque stare incolumes. unde tuti sumus ac defensi, nisi quia sanctam teneamus fidem quam tenuerint patriarchae prophetae apostoli ac martyres, hanc quam iudicasti haereticam?

XXXXI. Sed ut iterum ad Athanasium redeamus. in quo hanc persequeris sacram fidem, non timuisti, oro te, indignationem domini contra illos prolatam, qui exprobrare temptauerunt Iob iustissimum, ut falsis criminibus peteres dei antistitem? non metuis etiam nunc, ne ad te dicat deus quae dixit illi regi loquenti contra Iob sanctissimum: *peccasti tu et amici tui ambo. nihil enim ueri locuti estis coram me.* interea sic uos Arriani superiores poteritis Athanasio inueniri nunc apud deum, quomodo et illi tunc inuenti sunt qui Iob exprobrant. utile est tibi, Constanti, ut per Athanasium domini sacerdotem pro facinoribus tuis sis supplex deo, per ipsum dirigas uota tua, sicuti et illi per Iob: per Athanasium siue per coepiscopos eius des operam salutarem consequi baptismum. ceterum quo uelitis uos torqueatis modo aduersus Athanasium, uos de filiis esse inuenimini, quippe haeretici, illius anguis, colubri refugae desertoris; Athanasius uero est dei domesticus, ut fuit Iob; est de filiis lucis et ipsam tenens iustitiae uiam quam tenuit seruus dei Iob: est ipse possidens fidem, unde et de filiis Athanasius Abrahae est. sic dei filium confitetur Athanasius, ut confessus est Iob. qui Iob unde de filiis Abrahae, nisi quia sic crediderit, quomodo fuit credens et Abraham? si haec ita se habere ignoras, percurre beatum Paulum apostolum non solum ad Romanos, sed ad Galatas, et inuenies uera esse quae defendam. aut numquid, quia Iob iusti beatus apostolus nominis specialiter non fecit mentionem, negabitur Iob de filiis esse Abrahae? si non potest negari Iob esse de

11 Iob 42, 7

2 *inter* uides *et* contra *ras. 9 fere litt.* 4 tenuerunt *r* 7 persequaeris *m. 1* 9 antestitem *m. 1* 10 ate (d *suprascr.*) 15 exprobrabant ***Latinius*** 16 suplex 23 ipsa *m. 1* 24 abraae *m. 1* 28 galathas

filiis Israel, dubitari non potest hinc illum tantum factum ac talem, quia crediderit in deum, ut fuerit credens beatus Abraham. non enim operibus legis, sed per fidem iustificari credentes reuelat apostolus; neque enim illarum temptationum uictoria ei fuisset reputata ad iustitiam, nisi fuisset sic credens in deum ut crediderit Abraham. aut unde uinceret diabolum, nisi quia fuisset credens in deum patrem innatum et unicum filium eius, natum ex innato et uero patre, et in sanctum paraclitum spiritum? aut si putas quia non ita est semper creditum, ut hodie credimus, proba beatos apostolos ac martyres potuisse superare concarnifices tuos atque uicto amico uestro diabolo consequi regna caelestia nisi credentes in patrem et in filium et in spiritum sanctum. igitur si ita hi credendo uicerunt qui post domini unici filii dei aduentum crediderunt, crede quia et ante aduentum eius qui uicerunt diabolum non aliter crediderunt quam quomodo hodie credimus. neque enim Danihel leones et tres pueri uincerent ignes, nisi quia credentes fuissent, ut hodie credit ecclesia. inde denique Abrahae fidem prouocat apostolus probans, auctoritatem usus sacrarum litterarum, sic credidisse Abraham, quomodo nunc fuerit credens Paulus, tunc uero se fuisse filium irae erroneum, quando cum Iudaeis negabat unicum dei filium.

XXXXII. Cum haec ita sint, obsecro te ut iam contra dei domum gerere pugnam desinas accipiasque hortamenta caelestia, quae te perducere possint ad consequendam salutem perpetuam. ore accipe quae dicat ad uos Isaiae deus: *audite me, qui perdidistis cor uestrum, qui longe estis a iustitia.* aut si cor tuum tecum est, si non a iustitia es longe, cur dicis nobis dei sacerdotibus: *damnate absentem, punite innocentem?* si enim cor tuum non amisisti et iustitiae tenes uiam, cur non retines scriptum: *custodite iudicium, facite iustitiam.*

26 Es. 46, 12 31 ib. 56, 1. 2

2 ut fuerit ut 6 ///ceret (uin *s. l.*) (*corr. m. rec.*) 7 innatum *om. v* et in *v* 17 quia *s. l. m. 1* 19 auctoritate *v* 24 accipiasquae hortamenta (*corr. m. rec.*) 25 consequandam *m. 1*

adpropiauit enim salutare meum aduenire et misericordia mea reuelari. beatus uir qui facit eam et homo qui amplectitur eam, sabbata mea non uiolare, custodiens manus suas ne faciat iniustitias, et iterum: *non est gaudere impiis, dicit dominus. exclama in uirtute, ne parcas. sicut tubae exalta uocem tuam et adnuntia populo meo peccata eorum et domui Iacob iniquitates suas. me de die in diem quaerunt et scire uias meas uolunt, tamquam populus qui iustitiam fecerit et iudicium dei non dereliquerit. petunt a me nunc iudicium iustum et appropiare deo desiderant.* quam, infelix, spem habere potes, nisi paenitentiam malorum tuorum factorum egeris, cum audias deum dicere: *non est gaudere impiis?* aut negabis te impium dei cultorem, cum te non neges fusorem sanguinis? deinde si, tempore ieiuniorum subditos quia percusserint pugnis et aliis iniuriarum generibus laeserint, contra eos huiusmodi increpationes protulit deus, qualem contra nos protulisset, si contra praecepta diuinae magnitudinis eius damnaremus inauditum absentem et quidem innocentem? *nec si flectas ut circulum ceruicem tuam et cilicium et cinerem substernas, nec sic uocabitis ieiunium acceptum.* cernimus per hanc comminationem quanta esse possit aduersus nos dei ira, si innocentem damnaremus. si enim, tempore ieiuniorum pugnis subditos nobis ⟨quia⟩ percusserimus, taliter indignatur dominus, quanto magis, si eius cultores mactauerimus! si pugnis non licet mihi percutere subditos tempore ieiuniorum, poterit licere quouis tempore gladio percutere consacerdotem meum? *non tale ieiunium elegi, dicit dominus, sed solue obligationes uiolentorum contractorum; dimitte confractos in remissionem et omnem conscriptionem iniquam disrumpe; frange esurienti panem tuum et egenos qui sine tecto sunt induc in domum*

4 Es. 57, 21 — 58, 2 12 ib. 57, 21 18 ib. 58, 5 26 ib. 58, 6. 7

1 salutarem 5 tuba *Sabatier*; ὡς σάλπιγγι ὕψωσον *LXX* 7 in die 13 cultorum 16 increpationib; (es *m. rec.*) 23 quia *addidi* 27 ieiunio (u *corr. m. 1*) 28 remisionem

tuam. si uideris nudum, operi et domesticos seminis tui noli despicere. quam tenes, rex prudentissime, spem, cum haec omnia uerteris in contrarium? quomodo enim omnem nodum soluisti iniquitatis, cum siue incredulitate tua qualem te institueris aduersum nos sis talis permanens et magis magisque sis crescens in maleuolentia tua ad nos disperdendos, siue in blasphemia tua auctor sacrilegii creueris magis etiam edicto blasphemiam tuam catholicam esse adserendo fidem, more scilicet meretricum, quae primo clam scortentur, postea uero ita sint inuerecundae, ita amittentes pudicitiae decus, ut uelint scortari in propatulis? quomodo dissoluisti omnem nodum iniquitatis, cum contra beatum Athanasium susceptum ante annos furorem adhuc ita retineas, ut uelis eius fundi cruorem? quomodo dimisisti confractos in requiem, cum torquendo uarie non desinas seruos dei? et quomodo dimisisti confractos in requiem, quando uideas carceres metalla exilia uix iam capere posse Christianorum numerum per te damnatorum? quomodo, etiamsi fregeris esurientibus panem tuum, acceptum habebit dominus, cum seruos fame neces dicatos eius aeternitati? quomodo, si inducas egenos sine tecto in domum tuam, respicere dignabitur super opus tuum deus, cum uideat seruos suae claritatis reiectos de domibus priuatis, propterea exules factos, quod noluerint suscipere idololatriam tuam per Arrium institutam? quomodo, si nudos texeris, poteris deo placere, cum seruis ipsius patrimonia tuleris et dixeris: *si damnaueritis fidem apostolicam atque Arrianam susceperitis, cuncta uestra recipietis?*

XXXXIII. Sane unum de his omnibus domini sacris mandatis inueniris implere, quod enim domesticos seminis tui non despicias. non despicis re uera conuiperinos tuos Arrianos, natos uidelicet de inpuderato patre uestro diabolo: diligis fratres tuos, quia hos uideas tibi proximiores; hos amas singu-

6 dispernendos 14 uariae 15 demisisti *V testibus Coletis* 16 carceris *V, em. Latinius* 19 seruus *m. 1* dicator *m. 1* 23 idolatriam 28 sane] anne *Latinius* [h]is ([h] *m. rec.*) 29 inueneris *V, em. Latinius* 30 despi[ci]as ([ci] *m. 1*) 31 inuiperato *coni. Poncius* 32 ut fratres *fort.*

lari affectu, his cunctam gloriam regni tui exhibes, hos socios atque participes ad dei delendam hereditatem in tuo regno habes: illos fecisti locupletes, illos extulisti supra omnes constitutos in sublimitate, hoc est eos, qui se uestris miscere censuerunt tenebris. igitur cum sis haec agens quae odio habeat deus, quomodo arbitraris te audiri posse a deo aut, si feceris eleemosynam, posse tibi ferri accepto? cum audias eum dicere: *tunc orietur matutinum lumen tuum, et sanitas tua cito orietur, et praecedet ante te iustitia, et maiestas dei circumdabit te. tunc clamabis, et deus exaudiet te. adhuc loquenti tibi dicet: ecce adsum.* aliquid te eorum posse consequi arbitraris, quandoquidem non ortum tibi fuerit matutinum lumen, sed tenebrae inextricabiles obsederint animum tuum atque pertexerint errorum caligines? quae sanitas tibi oborta est, cum sis positus in omni uulnere mortis, cum cotidie augmenta parias uulneribus tuis, cum dans operam sis, quo possis penitus temet extinguere? nobis etenim non aliunde est sanitas, nisi primo in loco quia crediderimus, ut crediderunt patriarchae prophetae apostoli ac martyres. quomodo potest te praecedere iustitia, cum totus in iniustitia sis permanens, cum sentina sis Arriani dogmatis, cum Christianorum sis fusor sanguinis? quomodo te maiestas dei circumdabit, cum expugnans ipsam maiestatem sis, quam derelinquens idololatriam Arriani dogmatis suscipere censueris? quomodo tunc clamabis, et deus exaudiet te, adhuc loquenti tibi dicet: *ego adsum*, cum sis negans deum patrem, negans unicum filium eius, negans sanctum paraclitum spiritum? quomodo aut exaudire te poterit aut dicere tibi: *ecce adsum*, cum uertis, quantum apud te est, eius religionem, cum eius antistites catholicos remoueris et haereticos constitueris? quomodo te exaudiet

8 Es. 58, 8. 9

1 exibes 5 hodio 6 audire 7 elymosinam ferre (ˡ *m. rec.)* 14 praetexerint *fort.* errum (ʳᵒ *m. 1)* caligine *Latinius* 19 patriarcae 23 idolatriam 27 exaudiri *m. 1* 29 aput *m. 1* antestites *m. 1* 30 remoueres (ⁱ *m. rec.)*

quem calcandum putasti modis omnibus. nisi paenitentiam malorum factorum egeris, nisi uias tuas nefarias deserens sanctae ecclesiae iustum iter conprehenderis? tunc utique haec promissa dei consequi poteris. scriptum est enim propter eos, qui corde ex toto sese ad deum conuerterint: *haec dicit excelsus in excelsis habitans, in aeternum sanctus in sanctis, nomen ei dominus altissimus in sanctis requiescens, et pusillianimis dans animae aequitatem et dans uindictam contribulatis corde. non in aeternum irascar uobis nec semper uindictam de uobis exigam.* sed quibus hoc dicit? nempe eis, qui se conuerterint per satisfactionem ad delicta sua delenda. unde et, *non tale ieiunium elegi,* dicit dominus, *sed solue omnem nodum iniquitatis, sed solue obligationes uiolentorum contractorum; dimitte confractos in remissionem et omnem conscriptionem iniquam disrumpe. frange esurienti panem tuum et pauperes qui sine tecto sunt induc in domum tuam. si uideris nudum, operi et domesticos seminis tui non despicies. tunc orietur ma⟨tu⟩tinum lumen tuum et sanitas tua cito orietur, et praecedet ante te iustitia et maiestas dei circumdabit te. tunc clamabis, et deus exaudiet te, et adhuc loquenti tibi dicet: ecce adsum.*

XXXXIIII. Aderit tibi deus, si primo credas in eum, si deinde ad haec uerteris temet quae etiam infra dicit implenda: *si auferas a te uinculum iniquitatis et obligationis et uerbum murmurationis et dederis esurienti panem tuum ex animo et animam humiliatam satiaueris, tunc orietur in tenebris lumen tibi, et tenebrae tibi ut meridies erunt. et erit deus tuus tecum semper, et repleberis sicut desiderat anima tua, et omnia ossa tua pinguescent, et erunt sicut hortus ebrius et sicut fons cui non deficit aqua.* haec, ut iam dictum est, consequi poteris, si te ad ecclesiam conferas, si coarrianos tuos uites.

5 Es. 57, 15, 16   12 ib. 58, 6—9   23 ib. 58, 9—11

7 pusillanimis *v*   8 animaequitatem   10 eius *m. 1*   18 matinum   22 sic   27 meridiae *V. em. v*   30 defecit *v*

si illam malignorum congregationem uestram odire digneris. tunc erit deus tecum semper, tunc in tenebris orietur lumen tibi, tunc tenebrae tibi ut meridies erunt, tunc in bonis dirigetur iter tuum. ceterum si in hac peruicacia manseris, si in hac crudelitate, ut seruos eius crucies, non tecum deus erit, sed ille qui et hodie esse in uestro coetu Arrianorum inuenitur, hoc est diabolus. ista etenim quae agere dignaris non sunt dei, sed diaboli. si opera est illa dei, ut proscribas certos, cur aut Athanasium antistitem dei non damnauerint innocentem aut cur non cohaeretico tuo Georgio communicauerint aut cur se dicant Christianos, cur nolint effici coapostatae tui, possumus sane aestimare, si opera deo sit placita. item si eleemosyna est ista quam de lacrimis das alienis, de eorum bonis, qui deportari interfici proscribique maluerunt a te quam aut innocentem damnare aut negare unicum dei filium, in quem credentes sciebant glorificatos Abraham Isaac et Iacob et omnes prophetas apostolos ac martyres, quorum te fieri socium atque omnibus participem me cupere, mea circa te haec esse uota ille est testis qui nobis tribuere hoc potens est.

3 meridiae *V, em. v* 4 peruicatia 6 coeto *m. 1* 8 est (sunt est (sunt *m. rec. nisi forte* sint), sunt *v* 9 cur (q *m. rec.) et sic proximis lineis ter* 11 quoapostat&ui (& *in ras.)* 12 possumus *scripsi*, possunt *Vr; sed perspicuitatis causa* inde (iñ) possumus *malim;* coapostatae, tui possunt s. aestimare *sic disting. r* aestimari *coni. Latinius* si] illa *add. s. l. m. rec. et v* sint *v* 13 elemona 19 DE ATHANASIO LIB̃ I EXPLICIT INCIPIT LIB̃ II

DE SANCTO ATHANASIO.

LIBER II.

I. Audes ad deo dicatos tendere, Constanti, manus, ad eos uexandos. quorum felicitatem declarat apostolus dicens: *scimus autem quoniam diligentibus dominum omnia procedunt in bonum, his qui secundum propositum uocati sunt, quos praesciit et praedestinauit conformes fieri imagini filii eius.* procedunt quidem nobis in bonum tuae persecutiones. sed aduerte per Hieremiam quae uobis persecutoribus promittat deus dicens: *sanctus Israel domino initium generationum eius, omnes qui edunt eum paenitebunt. mala inducam super eos, dicit dominus.* uenient super te mala quae tibi promittit deus, Constanti, nisi temet correxeris, sicut uenerunt super illum populum carnalem comblasphemum tuum, ad quem dicitur: *tu malignatus es ut coinquinares uias tuas, et in manibus tuis inuentus est sanguis animarum innocentium.* eris in aeternum inter dei inimicos, nisi audieris audiens eius sanctam dicentis admonitionem: *si emendantes emendabitis uias uestras et cogitationes uestras et facientes feceritis iudicium inter uirum et proximum eius, et proselytum et pauperem et uiduam non potentabitis, sanguinem innocentis non effuderitis in hoc loco et post alienos deos non abibitis.* emendabis uias tuas, si iam desinas persequi dei seruos, si te Christianum fueris confessus et esse Arrianum negaueris, si filium dei, uerum

4 Rom. 8, 28. 29   10 Hier. 2, 3   15 ib. 2, 33. 34
19 ib. 7, 5. 6

3 adeo   12 didñs   14 at *m. 1*   15 quoinquinares *m. 1*
21 effunderitis *m. 1*   24 si *s.* nisi *1*

dei filium credideris, si anathema feceris dicentes: *erat quando non erat* et *factus est ex nihilo*. mutabis uias tuas, si paenitueris pro homicidiis proque sacrilegio tuo: alioquin eris, ut nunc es, ex illis, in quorum exprobrationem dicitur a deo: *numquid spelunca latronum est domus mea, in qua uocatum est nomen meum?* quos uis esse dei domum, uosne Arrianos an nos Christianos? si enim uestra maligna congregatio est domus dei, ergo latronum congregatio est domus dei. uos etenim fundendo sanguinem dei seruorum, ut tunc fundebant Iudaei, inspicimini esse latrones. ex fructibus tuis, imperator Constanti, non esse Christianus, sed plane manceps latronum cognosceris. praecipis denique innocentes interimi, habitans scilicet non in ecclesia domini, sed in spelunca latronum. non desinis interficere eos quos uideas interfici paratos pro unici dei filii claritate, pro aeterna illius maiestate. noluimus ad falsas suggestiones tuas dare contra uirum iustum sententiam, ne et nos perculeret tecum et cum Iudaeis ista domini increpatio: *extendit linguam suam sicut arcum, in falso, et fides non inualuit super terram, quia de malis mala exierunt, et me nescierunt*. tu, qui falsorum es criminum concinnator pariter et amator, tu dominum nesciens, nisi te correxeris, ut es, unus eris ex illis, de quibus scriptum legisti: *ueritatem non loquuntur, didicit lingua eorum loqui mendacium. reuerti noluerunt et non obreliquerunt usuram super usuram, dolum super dolum. noluerunt me nosse, dicit dominus. propter haec, hoc dicit dominus, ecce ego conburo eos et probabo eos, quia sic faciam a facie malignitatis filiae populi mei. sagitta uulnerans lingua eorum, maligna uerba oris eorum. proximo suo loquitur pacifica, et in semet ipsum detinet inimicitiam.*

5 Hier. 7, 11   18 ib. 9, 3   22 ib. 9, 5—9

3 proque *Vc, om. Latinius*   4 nunc es ex] nunc es ex (*exp.* et unus ex *supra scr. m. rec.*); eris unus ex *Tilius*   8 *post pr.* dei *dimidia linea uacua*   10 latrones (es *in ras. m. rec.*)   11 christianos *m. 1*   18 in arcum *V*; in *om. v*   21 ut es unus eris (ut unus *m. rec.*) *V*, eris unus (ut es *om.*) *Latinius*

numquid in his uisitabo, dicit dominus. aut in gentem talem non uindicabit anima mea?

II. Eripe te, Constanti, a fouea Arrianae dementiae, ne des aeternas poenas cum ⟨con⟩sacrilegis tuis. noli gloriari tibi de caduca tua dignitate. considera te mortalem, quia aliter non possis consequi inmortalitatem, nisi deum agnoueris et eius feceris uoluntatem, sicut scriptum est: *haec dicit dominus: non glorietur sapiens in sua sapientia, et non glorietur fortis in fortitudine sua, nec glorietur diues in diuitiis suis, sed in hoc glorietur qui gloriatur, inquirere me et intellegere et scire in deum gloriari, quia ego sum dominus qui facio misericordiam et iudicium et iustitiam super terram, quia in his est uoluntas mea, dicit dominus.* cum igitur uideas in his esse uoluntatem domini, quomodo haec quae amare se dicat dominus perosa habere dignaris? *in hoc*, inquit, *glorietur qui gloriatur, inquirere me et intellegere et scire in dominum gloriari.* quomodo poteris te dicere nunc in deum gloriari? quomodo poteris requirere te illum adstruere, cum sis prouocans omnes cultores eius maiestatis ad deserendam fidem apostolorum, ad blasphemiam dogmatis uestrae suscipiendam? *in hoc glorietur qui gloriatur, inquirere me et intellegere et scire in dominum gloriari, quia ego sum dominus qui facio misericordiam et iudicium et iustitiam super terram, quia in his est uoluntas mea, dicit dominus.* cum itaque iudicium uis iniustum a dei proferri sacerdotibus, cum sis fusor innocentium sanguinis, non es eius seruus qui haec ore loqui dignatus sit prophetae, sed plane es illius famulus qui repleuerit cor Cain, ut iustum puerum primum cultorem interficeret domini. hinc est quod, cum sis tanta in sublimitate positus, unus tamen ex his esse inueniaris, de quibus dominum locutum in euangelio legisti: *uos de diabolo patre nati estis et concupiscentiam patris*

7 Hier. 9, 23. 24 15 et 20 ib. 9, 24 31 Ioh. 8, 44

1 non uisitabo *Latinius*: μὴ ἐπὶ τούτοις οὐκ ἐπισκέψομαι *LXX* 3 eripite (e *m. rec.*) 4 consacrilegis *coni. Tilius*, sacrilegis *Vv* 8 gloriaetur sapientia *v*, pacientia *V* 14 amare se *v*, amares *V* dicit *v* 20 uestrae (*m. rec.*): *cf.* 26, 25. 62, 18 21 deum *v* 24 ad

uestri facere uultis; ille enim homicida fuit ab initio et in ueritate non stetit. es mendax et homicida. mendax, quia crimina falsa obieceris dei seruo Athanasio, mendax, quia haereticam fidem dicas catholicam et catholicam dicas haereticam. homicida, quia et sanguinem persequeris Athanasii et iam interfeceris certum numerum dei cultorum. non stetisti sine dubio in ueritate, quia sis haec gerens, sed es totus in mendacio constitutus, quia et mendax sit pater tuus, qui te cogit ad unicum negandum dei filium, qui te inpellit ad eius seruorum effundendum cruorem. noluimus damnare absentem, noluimus nocentum ferre sententiam, noluimus haeresim suscipere tuam, ne facti tibi similes mereremur audire quae audiunt coerratici tui Iudaei, in quorum obprobrium colligimus per Hieremiam dictum: *omnes gentes sine circumcisione sunt, et omnis domus Israel sine circumcisione sunt cordis.* es atque eris, nisi te nobis tradideris, inter illos quos contra clamat spiritus sanctus ex persona nostri populi ad deum dicens: *scio, domine, quoniam non sunt hominis uiae eius, neque uir ibit et corriget cogitationem suam. doce nos domine, sed in iudicio et non in ira, ne paucos nos facias. effunde iram tuam super gentes quae nesciunt te et super regna quae nomen tuum non inuocauerunt, quia comederunt Iacob et consumpserunt illum et pascua eius exterminauerunt.*

III. Conspicis te unum esse ex illis, contra quos dicit dei spiritus ex persona populi nostri. respicis, nisi te conuerteris, quod ira domini in te alienigenam, in te regem, quia non solum non inuocaueris nomen domini, sed adhuc fueris persecutus, sit uentura. nam et cum dicit: *quia comederunt Iacob et consumpserunt eum et pascua eius desolauerunt,* quis reperiri potest esse inter contyrannos tuos princeps huius pascuae exterminator nisi tu. ⟨qui⟩ quidem nec laniando dei destiteris

14 Hier. 9, 26 18 ib. 10, 23—25 28 ib. 10, 25

2 qui *v* 3 obiceris (^e^ *m. rec.*), obiceris *v* 5 athanasi 11 nocentum (^in^ *m. rec.*) *V*, in innocentem *coni. Tilius* 15 omnes *Sabatier* 23 consumserunt exterminauerunt] desolauerunt *infra Lucifer* 29 repperiri 31 qui quidem *scripsi*, quidem qui *v*, quidem *V*

seruos nec blasphemias tuas toto in regno seminans tuo? exterminare etenim te populi dei pascuam conatum non poterit dubitari, quando eius pastores tuleris, de quibus, sicut saepe diximus, per Hieremiam dixerit deus: *et dabo uobis pastores secundum cor meum, et pascent uos pascentes cum disciplina*, et statueris haereticos, aliis uero catholicis inponi feceris modum, ut, si in uotis gererent in suis considere sedibus, non auderent fidem praedicare apostolicam, non temptarent te haeresis Arrianae defensore degenti in corpore euangelicam traditionem populis insinuare. haec est causa quae te probat pascuam dei populi exterminare temptasse. omnis etenim sagina animarum Christianarum non est nisi credere, quomodo et crediderint patriarchae prophetae apostoli ac martyres, deinde omnem facere iustitiam. tu contra cum et fidem tollere uolueris de cordibus populorum dei et perfidiam tuam inserere, cum iustitia ⟨in⟩ dei uis ecclesia fieri, ut absens et innocens damnetur et ⟨a⟩ iustitiae sectatoribus, per sacerdotes puniatur consacerdos eorum catholicus ad tuam haeretici suggestionem, quomodo uideri poteris non esse exterminator pascuae dominici gregis, quando nostra pascua non sit nisi caelestis doctrina? *si uis*, inquit dominus, *ad uitam uenire, serua mandata*, et iterum: *si feceritis quae mando uobis, iam non dico uos seruos, sed amicos*. cum haec ita sint, debes tu ad te purgandum dare praecepta dominica quae iusserint innocentem catholicum episcopum te haeretico interea imperatore accusante debere interfici a consacerdotibus suis. fortassis etenim temptabis isto in loco dicere non te pascuam dominici gregis exterminare conatum. si nullum domini praeceptum illiusmodi quale prolatum est a te poteris proferre, superest ut cordis illi tui oculi blasphemia caecati Arrii, patefacti per dei serui hanc increpationem uideant omnia te fecisse quae

4 Hier. 3, 15 21 Matth. 19, 17 22 Ioh. 15, 14. 15

1 seminas (n *m. rec.)* 9 haereses *m. 1* 16 iustitia in *scripsi*, iniustitiam *coni. Gallandius*, iustitia *Vv* uis] in *add. s. l. m. rec. et v* 17 et a *scripsi*, et *V*, a *v* et per *v* 18 at *m. 1* 20 dominice 21 inquid 26 deberi *m. 1* 31 seruos *v*

tibi obiecimus. negare non poteris talem te praebere circa nos, qualem se praebuerit Herodes ille, cui et in carnificinae rabie et in sacrilegio et in regali dignitate esse inueniris collega, circa illos quos in euangelio legimus propter deum dei filium interfectos paruulos. inuenisti utique scriptam crudelitatem Herodis, quam nunc tu dignaris exhibere, apud Matthaeum euangelistam: *tunc Herodes cum uideret quia delusus est a magis, iratus est uehementer et misit occidere omnes infantes in Bethlehem et in omnibus finibus eius a bimatu et infra secundum tempus quod exquisierat a magis.* minime adhuc fortassis conspicis sic te iniuste contra nos dei cultores motum, ut contra illos paruulos fuerit motus Herodes. cur nobis dignaris esse infestus? nempe quia fateamur nos Christianos, qui non damnauerimus iustum falsis a te praegrauatum criminibus. quibus rebus quisnam sis ex beati baptistae Iohannis responsis poteris perpendere et temet reconciliare deo per paenitentiam: *progenies uiperarum, quis demonstrauit uobis fugere ab ira superuentura? facite ergo dignum paenitentiae fructum et nolite praeferre uos dicentes: patrem habemus Abraham. dico enim uobis, quod potens sit deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahae. iam etenim ad radices arborum posita est securis. omnis enim arbor quae non facit fructum bonum exciditur et in ignem mittitur.*

IIII. Quid sentis ad haec? debuimus damnare innocentem, debuimus dare contra absentem inauditum sententiam? et quomodo, cum hoc fecissemus, potueramus reperiri Christiani, cum illos, quo possint esse Christiani, hortatus fuerit beatissimus Iohannes, ut dignum fructum fecissent paenitentiae? illi qui needum conprehenderant uiam iustitiae conprehendere cogebantur, nos qui iam tenemus urguebamur atque urguemur a te illud occupare iter iniquitatis, in quo positi noscantur

7 Matth. 2, 16   17 ib. 3, 7–10

2 *uerba* qualem se praebuerit *post* poteris *l. 1 posita manus recens transponenda indicauit*   3 rabiae *m. 1*   6 matheum   9 bethleem   10 exquiserat   14 quia *fort.*   19 pferre *V*, proferre *uers. ant.*   21 etenim *V*, enim *r*   26 repperiri   30 temus

Iudaei. quid igitur nobis posset accidere, si uipereis tuis depasti fuissemus consiliis, nisi ut ex Christianis fuissemus uipereae progenies effecti? cur haec fieri mandasti, nisi quia conserpentes nos tuos effici cupiueris? tu qui cum scias dixisse dominum in euangelio: *beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam, quia ipsi saturabuntur. beati misericordes, quia ipsi misericordiam consequentur,* et tamen dixeris necandum innocentem. quomodo etenim beatus potero esse, si damnauero uirum iustum, si reiciens sitim iustitiae concepero ardorem iniustitiae? quomodo propter fructus iustitiae saturabor a deo, cum opus hoc iniustum faciat me Cain fratricidam? quomodo iterum potero inter misericordes fructibus misericordiae locupletatis regnum consequi caeleste? cum, si interfecero iuxta desideria tua dei seruum, inueniar non misericors, sed crudelis atque sceleratus, quippe homicida: cum, sicut ego inmisericors fuerim circa fratrem meum, sic sit et circa me futurus ille misericordiae amator, ille iustitiae exactor qui dicit: *beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam, quia ipsi saturabuntur. beati misericordes, quia ipsi misericordiam consequentur. quicumque,* dicit dominus, *soluerit unum ex mandatis his minimis et docuerit sic homines, minimus uocabitur in regno caelorum:* et dicis, Constanti, ut quicumque non fuderit sanguinem innocentis, non potest regnum consequi caelorum? dic, sanctissime, in quo abundare poterit Christianorum iustitia plus quam scribarum et Pharisaeorum, si eum, quem tu, cur se Christianum dicat, cur nolit fieri Arrianus, persequeris, interfecerimus? in quo essemus potiores a scribis et Pharisaeis, si exstitissemus tecum negatores unici dei filii, si, ut illi repudiant, tecum repudiaremus euangelicam fidem destruxissemusque apostolicam tradi-

5 Matth. 5, 6. 7 19 ib. 5, 19

3 uipereae *V m. 1,* uiperae *V m. rec. et v* 7 et] tu *coni. Gallandius* 12 misericordis locupletatos *coni. Gallandius* 13 caelestem *m. 1* 15 sicut *scripsi,* si cum *Vv (quod num pro* si quando *usurpetur dubito)* 25 *et* 26 cur (q *m. rec.)* 27 eesemus *m. 1* a *scripsi,* ac *V, om. v* 29 destruxisemusque

tionem? ne dixisse memineras dominum: *audistis quia dictum est antiquis: non occides; quicumque autem occiderit reus erit iudicio. ego autem dico uobis quod omnis qui irascitur fratri suo sine causa reus erit iudicio*, ut haec fieri imperares? si iratus fuero sine causa fratri meo, si dixero eum fatuum, reum me dicit futurum unicus dei filius in gehennam: et, imperator Constanti, si fudero cruorem innocentis, dicis requiem ⟨me⟩ aeternam possessurum nec retinere potuisti, quando meditabaris interfici oportuisse Athanasium, sub quali conditione munera iusserit offerri dominus? *si igitur offers munus tuum ad altare et ibi rememoratus fueris, quod habeas aliquid cum fratre tuo, pone munus tuum ante altare et uade prius reconciliari fratri tuo, et tunc reuersus offers munus tuum.* quid fuerat operatus malorum Athanasius, ut haec transgressus praecepta interfici eum mandares? nempe hoc, quod se Christianum dixerit aut dicat: aliud etenim nihil est quod execraris atque es punire cupiens in Athanasio. non memineras praecepisse dominum etiam inimicos diligendos, ut eum quem neque in te neque in deum scires peccasse tam acerrime fuisses persecutus? *audistis quia dictum est: diliges proximum tuum et odio habebis inimicum tuum. ego autem dico uobis: diligite inimicos uestros et benedicite maledicentes uos et benefacite eis, qui persecuntur uos, et orate pro eis, qui uos persecuntur, ut sitis filii patris uestri qui est in caelis, qui solis ortus exhibet super bonos et malos et pluit super iustos et iniustos. si enim dilexeritis eos qui uos diligunt, quam mercedem habebitis? nonne et publicani ita faciunt? et si salutatis amicos uestros tantum, quid plus facitis? nonne et gentiles*

1 Matth. 5, 21. 22 10 ib. 5, 23. 24 20 ib. 5, 43—48

1 ne *Vr (quod pro* nec *esse falso putant)*, nonne *uel* anne *uel* nec *coni. Gallandius* 3 aerit 5 eum (' *m. rec.) V*, ei *v* fatuum *scripsi*, fatuo *V*, fatue *V m. rec. et v* 6 et[tu me] ([tu me] *m. rec.*) *V*, et *v*, et tu *coni. Gallandius* 8 me *addidi* 10 iusseris 11 abeas 13 offers *V (cf. Roensch It.² 294)*, offer *v* 16 aliut 21 hodio *m. 1* 25 exibet 26 quem (* *m. rec.*) 27 ista *Sabatier* 28 amicos (a *in ras. sup.* ini)

id ipsum faciunt? eritis ergo et uos perfecti, sicut et pater uester qui est in caelis perfectus est. diligendos mandat etiam inimicos dominus: et tu nos persequeris, cur innocentis domini sacerdotis cruorem non tecum fuderimus. diuina clamat uox dicens: *in quo iudicio iudicaueritis, et de uobis iudicabitur, et in qua mensura mensi fueritis, in eadem remetietur uobis,* et tu dicis: *iugulate quem deliquisse ignoratis.* fontem malorum cum te esse memineris, fuisti tamen ausus de eo quem sciebas false petitum a uobis dicere: *reus est mortis.* adeo es excors, Constanti auguste, ut nec dictum illud domini, cum haec mandares fieri, potueris reminisci: *quid autem uides festucam in oculo fratris tui, trabem autem in oculo tuo non uides? aut quomodo dicis fratri tuo: sine ut eiciam tibi festucam de oculo tuo, et ecce trabes in oculo tuo, et tunc uidebis eicere festucam de oculo fratris tui.* trabem in oculo tuo dicit esse dominus, et audes dicere Athanasio uiro iustissimo: *festucam habes in oculo?* ille enim nihil horum commisit, quae ei dignaris obicere: contra tu quaecumque diximus es perpetratus. *damnate* quoties dixisti *innocentem.*

V. Quam nos aliam uoluisti comprehendere uiam nisi tuam quam describit dominus, dicens: *quam lata et spatiosa uia quae ducit ad interitum, et multi sunt qui intrant per illam?* quia itaque sis in hac lata et spatiosa constitutus uia, praecepisti damnari innocentem, cupiens profecto cunctis reuelari, quod tua late perditio dominetur. tempore quo uenisti ad Italiam, sic te lupum finxeras ouem, tamquam non fuissemus ex operibus tuis te reperturi, tamquam fugisset nos domini monella dicentis: *adtendite uobis a falsis prophetis, qui ueniunt ad uos in uestitu ouium, intrinsecus autem sunt lupi*

5 Matth. 7, 2 11 ib. 7, 3—5 21 ib. 7, 13 28 ib. 7, 15. 16

3 cur (q m. rec.) 4 te confunderimus (cum m. rec.) 6 remetietur *coni. Tilius in notis,* remittetur Ve 8 deo (e m. rec.) 11 fistucam *ter* 16 fistucam (e m. rec.) 18 ppetratus *(corr. m. rec.)* 21 quem *m. 1* lata et *s.* lat; V 23 praecipisti 25 latae 29 intrinsequs (c m. rec.)

rapaces; ex fructibus eorum cognoscetis eos. numquid non luxerunt illico tristes uenenis diaboli in te inseminati amarissimi fructus tui, ut dicere temptasti damnandum fuisse inauditum? numquidnam non patuerunt confestim insidiae tuae lupi rapacis, quod enim contra dei ouile machinam construxisses maximam; fructibus ergo tuis quomodo non ouis fuisse lupus agnitus es. sic et, quomodo sis, nisi tibi consulueris, arbor igni destinata, probant sacra euangelia. *numquid colligunt de spinis uuam aut de tribulis ficus? sic omnis arbor bona bonos fructus facit, mala autem arbor malos fructus facit. non potest arbor bona malos fructus facere neque arbor mala bonos fructus facere. omnis arbor quae non facit fructum bonum excidetur et in ignem mittetur; ex fructibus enim eorum cognoscetis eos. non omnis qui mihi dicit domine domine, intrabit in regnum caelorum, sed qui facit uoluntatem patris mei.* sic uoluntatem patris unici dei filii facis, ut eius filium neges unigenitum, ut ipsum patrem dicas non esse uerum patrem, ut fundamenta per apostoles coneris destruere iacta, ut interficeres atque interficias cultores eius, ut antistites ipsius de populis pelleres sibi commissis, ut absentem et inauditum damnari iuberes, ut haeresim tuam quae unam blasphemat diuinitatem patris et filii et spiritus sancti in ecclesiam introduceres? si haec cuncta, ut diximus, placita sunt deo patri, poteris intrare in regnum caelorum. audis enim dicere unicum filium eius: *non omnis qui dicit mihi domine domine, intrabit in regnum caelorum, sed qui facit uoluntatem patris mei.* damnari iubes innocentem; non recolis in Exodo dixisse deum: *si rixauerint duo et percusserint mulierem in utero habentem et abortiuerit non deformatum,*

8 Matth. 7, 16—21 25 ib. 7, 21 28 Ex. 21, 22—25

5 rapaces (*m. rec.*) ouilem *m. 1* Quod enim — maximam, fructibus ergo — agnitus es *v disting.* 7 fuisse] sed *add. s. l. m. rec. et v*, lupus non ouis fuisse *exspectes, sed cf. 154, 26* 16 sic *scripsi*, si *Vv* 17 ut *V sed* quomodo fit *in marg. m. rec.*, quomodo fit ut *v* 19 iecta *m. 1* 29 abortaverit (i *m. rec.*) nondum formatum *Gallandius; sed* μὴ ἐξεικονισμένον *LXX*

detrimentum patietur. quodcumque aestimauerit uir mulieris dabit cum dignitate. quod si deformatum fuerit, dabit animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede, combustum pro combusto, uulnus pro uulnere, liuorem pro liuore. credo nihil sacrarum te fugere scripturarum: neque enim posses egregia nobis dare mandata, nisi fuisses legis peritus. legisti utique etiam haec: *omnis qui audit hos sermones meos et facit illos, similem aestimabo illum uiro prudenti, qui aedificauit domum suam super petram. descendit pluuia et uenerunt flumina, flauerunt uenti, inpegerunt in domum illam, et non cecidit; fundata enim erat super petram. et omnis qui audit sermones meos nec illos facit, similem aestimabo illum homini stulto, qui aedificauit domum suam super arenam. descendit pluuia, aduenerunt flumina, flauerunt uenti, inliserunt domui illi, et cecidit, et facta est ruina eius magna.* quem te horum esse dicis, Constanti, sapientem an insipientem? si dixeris sapientem, cur opera tua monstrant te insipientem? cur domus tua inuenitur conlocata super arenam? neque enim poteris supra petram te aedificasse domum tuam dicere, cum omnis sapiens uideat fabricam stultitiae tuae, cum omnis dei seruus conspiciat magnam hanc quam praedixit dominus ruinam salutis tuae. in quo etenim inuenitur stare Christianus, nisi in eo, quod praeceptis pareat domini, nisi in eo quod, omnibus si fuerit uexatus pro nomine dei filii persecutionibus, tamen duret inmobilis? in quo erit perfectus Christianus, nisi si etiam fuerit interfectus pro eo quem tu negare dignaris uerum esse filium dei? tu contra, cum non in ecclesia sis, sed apud Arrianos dei inimicos, cum dei unicum filium negans sis, cum non sis implens eius mandata clementiae, sed magis destruere coneris, cum sis praeuaricator legis, cum desertor sacramenti militiae caelestis.

7 Matth. 7, 24—27

9 uirum (° *m. rec.*) 14 arenam (h *m. rec.*) 19 sup *V*, supra *r* harenam 21 omni (s *m. rec.*) 24 *uerba* uexatus pro nomine dei filii *desecta sunt in marg. supremo folii* 28 aput *m. 1*

cum persecutor dei religionis, cum te circa eius cultores praebeas carnificem. quomodo poteris sapiens uir inueniri similis illi, quem dixerit dominus supra petram aedificasse domum suam?

VI. Sed inquis contra haec: *non sum insipiens, ego noui me sapientem.* si sapiens es, cur ea fecisti atque es faciens quae soli possunt facere insipientes? si es sapiens, cur damnari mandasti inauditum absentem? cur innocentem praecepisti interfici? cur dei sacerdotes desiderasti hostes dei fieri? neque enim possint dei effici amici per hoc factum, cum dominum scias dixisse apostolis: *si feceritis quod mando uobis, iam non dicam uos seruos, sed amicos.* si sapiens es, cur damnante te Athanasium dei sacerdos audiri debeo? tu eum causas praestare allegationum suarum minime es passus? si sapiens es, si es dei cultor, cur nos, quia Christianos esse fateamur, persequeris? cur eos qui se non dixerint esse Christianos, sed fateantur se esse Arrianos, uehementer diligis? si sapiens es, cur ad domum dei misisti saepe militem armatum? si prudens es et dei te nosti seruum, cur eius populum armis es persecutus atque persequeris? cur postremo fidem apostolicam atque euangelicam haereticam dicis et haereticam catholicam pronuntias? tu te dicis sapientem; sed contra nos cernimus nullum posse qui haec faciat esse sapientem. quis etenim sacrilegus poterit dici prudens nisi ab inprudentioribus se? si tu sapiens es, Constanti, quis sit te insipientior, inuenire non potero. tunc adhuc tibi uideris esse sapiens, qui fueris arbitratus, quod enim prophetae apostoli ac martyres pro creatura fuerint interfecti? negare enim non audebis cunctos hos pro unico dei interfectos filio. quomodo poteris dici sapiens, qui non solum descendentibus pluuiis, fluminibus inundantibus, flantibus uentis resistere non temptaueris, ne temet, qui domus esse inueniris, pessumdedissent, sed et ipse in pluuias, flumina uentosque te uerteris ad hoc,

10 Ioh. 15, 14. 15

6 quae *Latinius*, quod *Vr* 12 damnante te *scripsi*, dam(n)antem (t)se *(corr. m. rec.)* *V*, damnantem te *r* audire *r* 15 esse] nos *add. s. l. m. rec. et v* 26 enim *exp. m. rec.*

ut nos tu, turbo atque procella diabolica, tecum ad exteriores traheres tenebras? *manifesta autem sunt*, dicit apostolus, *opera carnis, quae sunt adulteria fornicationes inmunditia inpudicitia luxuria idololatria ueneficia inimicitiae contentiones aemulationes irae rixae dissensiones haereses inuidiae homicidia ebrietates commissationes et his similia. quae praedico uobis, sicut praedixi, quia qui talia agunt regnum dei non consequentur.* et furit in innocentis necem mens tua sapientia uigens? clamat apostolus quod homicidae non sunt possessuri regnum caelorum, et tu Constantius prudentissimus dicis imperator: *iugulate absentes, mactate inauditos, interficite innocentes, et uestrum erit dei regnum.* hinc datur intellegi quam sis sapiens, si denique ille sis qui domum tuam aedificaueris supra petram. dixisse etenim te negare non poteris: *ego propterea cupio damnare Athanasium, quia desidero placere deo.* sic utique et nos placere desiderasti deo, quomodo iam tu placueris, ex quo uidelicet Athanasium es dignatus cogitare interimere in nostra omnium conscientia domini sacerdotum. sic in primordio Cain deo placuit, mox ut interficere meditatus est fratrem. quo modo uidetur, Constanti, unde sit radix tua, de qua descendisset stirpe. numquidnam poteris negare post haec te in illo esse choro quem narrat apostolus Romanis: *et sicut non probauerunt deum habere in notitiam, tradidit illos deus in reprobum sensum, ut faciant ea quae non conueniunt, repletos omni iniquitate malitia inpudicitia cupiditate nequitia, plenos inuidia homicidiis contentione dolo malis moribus, susurratores, detractores, deo odibiles, contumeli⟨os⟩os, superbos, sibi placentes, gloriantes, inuentores malorum, parentibus non obsequentes, insipientes, inconpositos, sine affectu, sine misericordia, qui cum iustitiam dei cognouerint, non intellexerunt, quoniam qui talia agunt digni sunt*

2 Gal. 5, 19—21 23 Rom. 1, 28—32

3 inpudititia 6 ebriaetates 8 furit *coni. Pancius*, fuerit V 18 omniaum 19 sacerdotem *Gallandius* 23 notitia *Lucifer ipse a libro* Mor. pro dei filio 24 faciunt 27 detrectatores *r* contumelios*os m. rec.* 29 obsequentibus V, *em. r*

morte. non solum qui illa faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus ea. ecce nimius amor in te subito circa nos ortus quid nobis contulerat, si tibi temperare auderemus? mortem hauseramus perpetuam. item dicit infra: *nulli malum pro malo reddentes, prouidentes bona non solum coram deo, sed etiam coram hominibus. si fieri potest, quod ex uobis ipsis est, cum omnibus hominibus pacem habentes.* sitiens haec calcari salutaria monita es nos hortatus punire innocentem. quomodo enim bona non solum coram deo, sed et apud homines prouidisse inueniebamur, si damnassemus innocentem, qui dedissemus formam ad sanguinem fundendum iustorum? quomodo cum omnibus inueniebar hominibus pacem desiderans habere, qui suggestione tua falsa haeretici excitus pacem extinxissem consacerdotis mei?

VII. Dic, Constanti, uerum crimen detulisti de Athanasio ad dei ecclesiam an falsum? si uerum te detulisse certum habes, proba mihi qui te iam falsi criminis cognoui portitorem. arbitraris nihil te malorum in conspectu egisse dei? quae te conpulit ratio fieri testem falsum? cur mendax imperator extitisti? cur non timuisti ne exemplo Ananiae et Sapphirae fuisses extinctus? loquitur in Actibus apostolorum scriptura dixisse beatum Petrum ad Ananian: *ut quid repleuit satanas cor tuum mentiri spiritui sancto, ut subtraheres de pretio praedii? nonne manens tibi manebat et uenditum in tua erat potestate? quid est quod posuisti in corde tuo rem istam? non es mentitus hominibus, sed deo. audiens autem Ananias hos sermones cecidit et expirauit. et factus est timor magnus super omnes qui audiebant. surgentes autem adolescentes sustulerunt eum et euntes sepelierunt. factum est autem interualium horarum fere trium, et uxor eius nesciens quod erat factum intrauit,*

4 Rom. 12, 17. 18 — 22 Act. 5, 3—10

3 obtemperare V *m. rec. et* [illegible] 4 [illegible] [illegible] *m. rec.*) 8 ortatus *m. 1* 9 enim V, autem *V m. rec. et r* aput *m. 1* 13 [te]habere ([te] *m. rec.*) excitus *coni. Latinius,* exitus *Vr* 20 sappirae ([illegible] *m. rec.*) 22 ananian [illegible] 24 [illegible] 26 annanias 27 omne

dixitque ad illam Petrus: dic mihi si tanti praedium uendidisti? illa uero ait: tanti. quid conuenit inter uos temptare spiritum domini? ecce pedes eorum qui sepelierunt uirum tuum in ostio sunt et efferent te. et protinus cecidit ante pedes eius et expirauit. credo legeris haec, et tamen non timueris concinnare mendacium ante domini conspectum. quare istud fecisti, nisi quia sis sapiens? quid tu tibi futurum existimas, qui sis non solum mendax, sed homicida, non solum homicida, sed et haereticus? credis tibi inpune tanta cessura? credis te euadere posse aeterna supplicia? Ananiae dicitur: *ut quid repleuit satanas cor tuum, ut fuisses mentitus spiritui sancto?* et dices, Constanti imperator, quia non repleuerit satanas cor uestrum Arrianorum, ut mentiti fuissetis spiritui sancto manenti in dei ecclesia? ecclesiam etenim conuenisti dicens: *deliquit in deum Athanasius;* et uidebat spiritus sanctus mendaces animas uestras, sicut uidit et Ananiam ac Sapphiram. uidebat, inquam, spiritus sanctus, quando haec fingebatis, quod enim idcirco talia fuissetis commentati circa Athanasium, quo possetis uestram haeresem introducere in ecclesiam, quo possetis apostolicam destruere traditionem. Ananias et Sapphira, propterea quod agrum suum uendentes fraudauerint de pretio, quod ausi fuissent non integre loqui ante dei apostolum, taliter iudicari meruerunt, tu qui non solum crimina falsa dei seruo obiecisti, sed et omnem domum dei fueris persecutus, qui effuderis cruorem cultorum eius, qui sacerdotes eius miseris ad metalla et exilia et haereticos locis ordinaueris eorum, qui euangelicam fidem dixeris haereticam et blasphemiam uestram dixeris catholicam, qui introduxeris idololatriam in ecclesiam, qui deserueris deum Abrahae, deum Isaac, deum Iacob et omnium prophetarum apostolorum ac martyrum et idololatriam fueris Arrii secutus, existimas, si in hac blasphemia atque crudelitate duraueris, quod non in te maxima

1 tanto *m. 1* 4 osti (o) 16 annaniam sappiram (h *m. rec.*) 17 enim *exp. m. rec.* 20 annanias sappira (h *m. rec.*) 21 fraudauerunt *Coleti* 26 exilia *in initio folii decisum* 27 blasphemam *Ve. em. Coleti* 28 idolatriam *m. 1* 30 et (*ante* omnium) *V*, ac *c*

sit uindicta futura? deinde si aduersariis Susannae sic est deus uindictam dare dignatus, in te arbitraris non grauiorem processuram? procedet, mihi crede, si non te mature conuerteris. si enim illi, quia Susannae pudicitiam uiolare fuerant conati, haec quae subieci meruerunt consequi, quanto magis tu qui ecclesiae es adgressus uiolare castitatem? petiuerunt illi falso crimine Susannam, et uos totidem petistis non solum Athanasium, sed et cunctos uobis resistentes. aut unum dare poteris e resistentibus, cui non adplicitum fuerit crimen? sic uos fuistis armati ad ecclesiae uiolandam castitatem, sicut illi ad Susannae fuerunt, qui dixerunt: *ostia uiridiarii clausa sunt, nemo nos uidet, in concupiscentia tui sumus; propter hoc consenti nobis et esto nobiscum, alioquin falsum testimonium dicemus aduersum te, quoniam erat tecum iuuenis et propter hoc dimisisti puellas a te.* aut temptabis negare esse dictum: *desiderantes sumus nos Arriani et uos Christiani unum effici corpus; derelinquite fidem quam apud Niciam contra nos tenetis conscriptam, adquiescite Arrii doctrinae; alioquin quia nos multum possumus, imperium nostrum est, quibus uelimus uos modis grauabimus, et omnes tollemini e uestris sedibus?* non poteris haec ita se habere negare, cum deo perosae meditationes tuae rebus gestis fuerint reuelatae. cur enim cogebamur, etiamsi non damnaremus Athanasium, tamen communioni misceremur Arrianorum, nisi quia tu leno haeresis Arrianae cunctos nos cuperes quouis modo fieri consacrilegos tuos?

VIII. Sed credo adhuc temptes negare non te idcirco persequi nos, quia noluerimus Christiani fieri Arriani. quomodo negare poteris, cum sanctissimum Dionysium Mediolanensium episcopum, qui iam tibi falsa adserenti credens damnauerat

11 Dan. 20. 21 (13, 20. 21)

1 aduersarius *m. 1* 11 uiridiarii (i *exp. m. rec.*) 17 Niccam *r* 18 doctrinam (ae *m. rec.*) 24 ut tamen *fort.* misciremur *m. 1* 27 temptes *scripsi,* temptis (e *m. rec.*) 29 dionisium

Athanasium, cur Arrianus esse noluerit, miseris ad exilium? aut si non est Auxentius, quem loco illius tu temerarius ac pestilens ordinasti Arrianus? si Auxentius fidem sanctam apud Niciam descriptam tenet, poteris nec tu esse Arrianus, nec haec omnia sicut adsero egisse poteris et non misisse crimen Athanasio falsum. fortassis dicas hinc uos esse catholicos, quod Susanna fuerit exaudita, nos uero minime. quantum apud nostram conscientiam est, tunc nos uindicatos nouimus, quando tu serpens publicatus es, quando patuerunt cuncta uenena tua, quando omnis machina tua patefacta est: sic etenim nos uindictam desiderabamus de uobis inimicis dei, ut uos deus esse haereticos reuelaret populo suo. omnis paene cognouit iam mundus false Athanasium petitum per uos, huius ⟨te⟩ esse iniquitatis auctorem; conspectus etenim es aliud te cupientem implere, aliud protulisse. ad populum ingemescens dicit Susanna: *angustiae mihi undique; si enim hoc egero, mors mihi erit. si autem non fecero, non effugiam manus uestras. melius est mihi non facienti incidere in manus uestras quam peccare in conspectu domini.* et nos crimina mox ut uidissemus inposita a uobis, exstincturi eramus faces nostras, quoniam essemus ut estis uos tenebrae. quis Christianus non dicat melius esse sibi interfici a te praecursore antichristi, quam in uestras ire Arrianorum uel quorumlibet haereticorum tenebras? inpingi fecisti crimina non solum Athanasio, sed et nobis, cur noluerimus Christiani effici Arriani. non defuerunt singula quae possunt obici crimina singulis, quo nullus uideretur e nobis propter deum missus ad exilia, sed quod quasi pro criminibus nostris. cum sitis igitur uos rei tantorum criminum, quia non uobiscum habere deum iratum uoluerit

16 Dan. 22. 23

1 cur (q m. rec.) exlium 3 pestilentia (s m. rec.) fidem *coni. Tilius,* quidem *Vv* 5 misisse] miscuisse *uel* inposuisse *fort.* 6 uos *scripsi,* non *Vv* 12 paenae 13 falsae te *s. l. m. rec.* 15 populum *V,* senes *v* 20 faces nostras *scripsi,* faceres nr̄as *V,* fratres nostros *V m. rec. et v* 21 qui (s m. rec.) 23 irae 25 cur (q m. rec.)

Athanasius. dixistis eum reum esse mortis: hoc fecerunt et illi quibus in hoc scelere pares estis presbyteri. loquitur enim scriptura dicens: *et factum est in die altero, ut conuenit plebs ad uirum eius Ioachim, uenerunt duo presbyteri pleni iniquae mentis aduersus Susannam, ut mortificarent eam. et dixerunt coram plebe: mittite ad Susannam filiam Chelchiam, quae est uxor Ioachim. et miserunt. et uenit ipsa et parentes eius et omnes cognati eius. Susanna autem erat tenera nimium et bonae formae. iniusti autem iusserunt reuelari eam (erat enim uelata), ut saturarentur forma eius. flebant autem omnes eius et ceteri qui uidebant eam. adsurgentes igitur duo presbyteri in media plebe posuerunt manus super caput eius, ipsa autem lacrimans aspexit in caelum, quoniam erat cor eius confidens in domino. dixerunt autem presbyteri: ambulantibus nobis in uiridiario solis intrauit haec cum puellis. et dimisit puellas et clausit ostia uiridiarii, et uenit ad eam iuuenis qui erat absconditus et concubuit cum ea. nos autem cum essemus in angulo uiridiarii, uidentes iniquitatem adcurrimus ad eos et uidimus concurrentes eos. illum quidem non potuimus adprehendere quod fortior nobis esset et quod aperiens ostia prosilierit, hanc autem adprehensam interrogauimus, quis esset iuuenis, et noluit nobis dicere. haec contestamur. et credidit eis omnis synagoga ut presbyteris plebis et iudicibus, et damnauerunt ut moreretur.*

VIIII. Considera penitus, Constanti, maledictas adinuentiones uestras Arrianorum, si non talia sunt quae egeritis uos interim circa Athanasium, qualia et illi egerint circa Susannam. quis etenim non credidisset tibi imperatori dicenti: *sacrilegium fecit Athanasius?* sed in eo quia tu detestabilior fuisti ab illis conperditis tuis pseudopresbyteris, tibi non est fides habita a

3 Dan. 28—41

2 praesbiteri 4 presbiteri 6 celchiam 11 p̄sbiteri 14 praesbiteri 15 uiridiario *(corr. m. rec.)* 19 concumbentes *coni. Tilius*, συγγινομένους *gr.* 23 praesbiteris 25 paenitus 30 tuis *om.* r pseudop̄sbiteris

nobis: dicebatur etenim tibi, quia absens damnari non posset. illi etenim presbyteri in praesentem dixerunt allegationes criminosas et omnis synagoga in praesentem dedit sententiam; tu contra ad accusationem haereticorum quando inauditum et absentem damnari cogebas catholicum, utique iam uideri coeperat scenae tuae machina. sed iam accipe quid praestitum sit Susannae pudicae ab innocentium defensore, ab oppressorum uindice. accipe quae referat Danihel liber de uindicta Susannae. *exclamauit autem Susanna uoce magna et dixit: deus aeternus, qui occultorum cognitor es, qui scis omnia ante generationem eorum, tu scis quoniam falsum testimonium aduersum me dixerunt; et ecce morior quae nihil feci horum, quae hi maligni finxerunt aduersum me. et exaudiuit dominus uocem eius. et cum duceretur ut periret, excitauit deus spiritum sanctum pueri adolescentis, cui nomen erat Danihel, et exclamauit uoce magna: mundus ego a sanguine huius. et conuersa est omnis plebs ad eum, et dixerunt: quis est iste sermo quem tu locutus es? at ille stans in medio eorum dixit: sic, stulti Israel, non interrogantes neque uerum cognoscentes damnastis filiam Israel; redite in iudicium; falsum enim testimonium aduersum eam dixerunt.* sic etiam nunc exclamante Athanasio ad deum omnes famulos suos deus fecit pro ueritate exsurgere contra uos aduersarios suos. haec cultoribus suis praestitit quae tunc Danihelo deuotissimo suo, quo possemus te falsum esse testem intellegere, te unum esse de uiperarum progenie, te falsa haec cum consacrilegis tuis poetasse. redeunt ad iustum iudicandum iudicium iam cuncti inter haec ⟨te⟩ torquenti mortis sententiam, etiam illi, quos inscios sua calliditate per te dominator animae tuae diabolus circumscripserat. non enim esse potest praeter coarrianos tuos qui non uelit

9 Dan. 43—49

2 p̄sbiteri 4 acusationem 6 schenae 7 opssorum 8 uindictae 9 uocae *m. 1* 12 moriorque 13 dñs *V*, deus *v* 24 danihelo *V*, Danieli *v* 25 progeniae 26 rede*unt 27 te *addidi, om. Vv* cuncti: in te retorquent *coni. Latinius*

Athanasio uindicari innocentiam a deo, qui non faueat innocentiae Athanasii, sicut et nunc Susannae, posteaquam constitit illam falso crimine petitam, pudicam ab impudicis, castam ab adulteris, dei ancillam a seruis diaboli. ita a uobis serpentinis filiis satanae pulsatus est status innocentis deo fideliter seruientis; sed estis prostrati. iacent enim omnia uenena uestra uirtute dei mortificata, siquidem omnis anima Christiana sit exorans deum, ut sicut Susannam dignetur Athanasium falso eripere crimine, eripere a gladio tuo carnificis, a tua saeuitia homicidae. interea iterum atque iterum urgeo, ut uideas quae uos Arrianos ceperit dementia, quae conprehenderit insania, ut auderetis haec machinari in innocentis necem, quando sciretis deum scire omnia priusquam fiant. sed non mirandum si haec circa Athanasium fuerit per te ac tuos constructa machina, quandoquidem non dubitaueris dicere de deo patre: *non est uerus pater; non enim habet uerum filium.* qui enim dicis ex nihilo esse filium dei, quid aliud dicis nisi quia non sit uerus pater? non, inquam, mirum, si in dei seruum Athanasium sic exsurrexeris], quando in eum, cuius est seruus Athanasius, mittere non dubitaris funestas tuas manus. nec enim latro, qui domino domus non pepercerit, poterit eius parcere resistenti sibi familiae.

X. Sed iam redeamus ad illud quod nos facere praecipiebas. dixisti: *damnate Athanasium.* quid interuenerat, ut non facie ad faciem illum uidissemus? quid factum fuerat, ut non omnem cardinem rei fuissem perscrutatus? cur idoneis testibus non es passus eundem superari? numquid uel hos sanctissimus Danihel, quin immo per Danihelem spiritus sanctus inauditos damnauit? legimus etenim gloriosum Danihel dixisse ad populum: *separate eos ab alterutro. et uocauit unum ex illis et dixit ad illum: inueterate dierum malorum, nunc aduenere peccata*

30 Dan. 51—62

1 a deo *scripsi*, adeo *Vv* 2 athanisii tunc *fort.* 3 ab *ex* ad *m. rec.* 9 e crimine *fort.* 12 [in]innocentis 14 si *scripsi*, sit si *r.* sit *V; cf. 174, 14* 17 aliut *m. 1* 24 faciem 26 fuissemus perscrutati *exspectes, sed ita solet uariare*

tua quae ante faciebas, iudicans iudicia iniusta, et innocentes quidem damnabas, nocentes autem dimittebas, dicente domino: innocentem et iustum non occides. nunc tamen hanc si uidisti, dic sub qua arbore uidisti eos tractantes? et dixit: sub lentisco. dixit autem Danihel: recte mentitus es in caput tuum: iam enim angelus domini accipiens praeceptum a deo secabit te medium. et cum remouisset illum, iussit admoueri alterum et dixit ad eum: semen Chanaan et non Iuda, species seduxit te et concupiscentia euertit cor tuum; sic faciebatis filiabus Israel, et illae quidem timentes concumbebant uobiscum. sed non sustinuit filia Iuda iniustitiam uestram. nunc autem dic mihi, sub qua arbore conprehendisti eos inuicem tractantes? respondit: sub ilice. dixit autem illi Danihel: recte mentitus es et tu in caput tuum; manet etenim angelus dei gladium habens ad secandum te medium. ut uos perdat. et exclamauit omnis synagoga uoce magna et benedixit deum, qui saluos facit sperantes in eum. et surrexerunt aduersus duos presbyteros, quoniam conprobauerat eos Danihel ex ore ipsorum falsos testes, et fecerunt illis quemadmodum ipsi male proximo facere uoluerunt secundum legem Moysi et occiderunt, et saluus factus est sanguis innocentis in illo die.

XI. Quid respondere, Constanti, inprudentia tua potest ad haec? conspicis nec reos tanti sceleris passim damnatos nisi omnibus diligentissime discussis, et tu in eum quem innocentem sciebas iubere non dubitasti. darent dei sacerdotes mortis sententiam? quid audituri si fecissemus? nempe haec quae illi libidinis scopuli pseudopresbyteri falsi testes audiunt: *inueterate dierum malorum, nunc aduenerunt peccata tua quae ante faciebas, iudicans iudicia iniusta, et innocentes quidem damnabas, nocentes autem dimittebas, dicente domino:*

28 Dan. 52. 53

3 si] si tam (tam *exp. m. rec.*) 6 secabat (i *m. rec.*) 14 manet *r*, manens *V* 23 conspicis nec *V m. 1*, conspicisne *V m. rec. et r* 27 pseudopraesbiteri 29 indicaris (n *m. rec.*)

innocentem et iustum non occides. haec nonne iure meritoque audire mereremur, qui a te sentina Arriani dogmatis aut fuissemus inlecti aut territi ad innocentis damnationem? et idcirco in te haec omnia mala uenerunt. tu cum tuis auditurus quae illi per Danihel audierunt, siue quia falsi criminis obiecti reus sis, siue quia ad innocentis necem omnem chorum inuitaris episcoporum, et quia uolueris omnem dei populum haeresem suscipere tuam, audies et quidem grauius, quia tua sint grauiora facinora, quippe qui dei religionis destructor extiteris, qui ingentem multitudinem Christianos se dicentium interemeris, qui haeresim uestram Arrianam introduxeris in ecclesiam, qui catholicam damnaueris fidem, qui deum patrem negaueris uerum patrem, qui unicum eius filium dixeris non esse uerum filium, spiritum quoque sanctum paracletum adseueraueris non esse uerum dei spiritum. cum te contra et contra omnes dei inimicos clamet sanctae ecclesiae fides credere se *in deum uerum patrem innatum et in unicum filium eius natum ex innato et uero patre, hoc est de substantia patris, deum de deo, lumen de lumine, deum uerum de deo uero, natum non factum, unius substantiae cum patre, quod graece dicunt homousion, per quem omnia facta sunt et sine quo factum est nihil, et in spiritum paraclitum uerum dei spiritum.* tibi ergo falso testi, spiritali adultero, homicidae sacrilego digne grauiora dicentur, digne qui tantis ac talibus criminibus maior sis illis pseudopresbyteris Susannae inimicis. si enim illis dicitur mentientibus: *recte mentitus es in caput tuum; iam etenim angelus domini accipiens praeceptum a deo secabit te medium,* et: *recte mentitus es in caput tuum; manens est angelus dei gladium habens ad secandum te medium, ut uos perdat,* quanto magis, nisi tibi prospexeris, ad te talia dicentur! esse scriptum: *beati qui audiunt uerbum dei*

26 Dan. 55   28 ib. 59   31 Luc. 11, 28

8 heresem (i *m. rec.)*   10 christianos (rū *m. rec.)*   21 graece *V*, Graeci *v*   omousion (h *eras.)*   22 paracletum *v*   25 pseudopresbiteris   26 rectae   31 esse *V m. 1*, num scis esse *V m. rec.* et *v*, cum scis esse *Lugdunenses*, non scis esse *Latinius*

et custodiunt, exciderat cordi illi tuo errorum contecto tenebris, ut iuberes damnari innocentem? nisi fallor etenim omni in loco lex sacra innocentem et iustum non condemnandum loquitur. et idcirco qui haec fieri contra dei mandasti praeceptum, unum te habemus ex illis quos dominus percutit in euangelio: *uae uobis, scribae et Pharisaei, quia monumenta estis quae non parent, et homines nesciunt ambulantes super ea.* nesciebant quidem illi, quos ad te sacrilegum inlexisti amandum, qui per conatus tuos non considerauerant te esse monumentum omnibus inmunditiis plenum; arbitrabantur hominem. ceterum nos, statim ut coepisti episcopis inponere necessitatem damnandi absentem, ilico diximus te iniustitiae cultorem, iustitiae uero esse persecutorem. item cum te urgueremus legati nos beatae ecclesiae sectam damnandam Arrii et illam magis dixisti esse catholicam, praenuntiauimus te antichristi fuisse praecursorem.

XII. Cum persequi Christianos dignaris, cum interficis, similem te, Constanti, illorum facis, ad quos dominus dicit: *uae uobis qui aedificatis monumenta prophetarum, patres autem uestri occiderunt illos. ergo testimonium perhibetis, non consentientes operibus patrum uestrorum, quoniam illi quidem occiderunt eos, uos autem aedificastis sepulcra eorum? ideo mitto prophetas et apostolos, et ex illis occident et persequentur, ut inquiratur sanguis omnis prophetarum qui effusus est a constitutione mundi usque ad generationem istam, a sanguine Abel usque ad sanguinem Zachariae, qui periit inter altare et aedem. ita dico uobis: requiretur ab hac generatione.* esse ex illis hinc intellegeris, quod enim, cum sis memorias martyrum beatorum instaurans, tamen seruorum unici filii dei cruorem fundas. redi, Constanti, ad domum dei, esto Christi-

6 Luc. 11, 44 19 ib. 11, 47—51

1 custodiunt illud *v* contecto *scripsi (an* circumtecto?), umecto *V*, uincto *v* 3 condempnandum 4 qui (• *m. rec.)* 9 conatos *m. 1* 14 illa 20 non *Vv*, uos *coni. Latinius*; *sed* non c. *idem est ac* nonne consentitis? 27 esse *V m. 1,* tu autem esse *V m. rec. et v* 28 enim *om. v*

anus, ne inuentus foris ecclesia sis semper ut es hodie inter illos quos percutiens dicit dominus: *contendite intrare per angustum ostium, quia dico uobis: multi quaerunt et non poterunt. cum exsurrexerit pater familias et cluserit ostium, et incipietis foris stare et pulsare dicentes: domine, domine, aperi nobis. et respondens dicet: nescio uos unde sitis. tunc incipietis dicere: manducauimus coram te et bibimus, et in plateis nostris docuisti. et dicet uobis: nescio unde estis, discedite a me, omnes operarii iniquitatis. ibi erit fletus et stridor dentium. cum uideritis Abraham Isaac et Iacob et omnes prophetas introeuntes in regnum dei, uos autem expelli foras.* noli ita te perosum habere, ut te sinas haec audire inter illos. maxime cum uideas te nequiorem fuisse quam cui digne dicatur: *discede a me, operarius iniquitatis.* eris, Constanti. si in hac maliuolentia tua manere uolueris, inter illum populum carnalem, cui dicitur: *Hierusalem, Hierusalem, quae occidis prophetas et lapidas eos qui mittuntur ad te;* eris, inquam. inter illos, quia sic sis persecutor eorum qui te hortentur promereri deum, sicut illi fuerint persecuti prophetas atque apostolos.

XII. Iterum urget defensio ueritatis quaeri a te, cur absentem damnari praeceperis. dic, quaeso, bene an male id fieri imperaris? si dixeris bene, credo te ad beati Pauli confugere factum, quod enim Corinthiis scripserit iam se illum punisse peccatorem quem conperisset grauiter deliquisse. uideamus nunc, si tu, belua, membra et corpus tantum habens hominis, animum uero ferinum, si ita egeris ut egit apostolus, si tali ordine rem celebraueris quo ille qui dixit: *sic omnino auditur inter uos fornicatio, qualis nec inter gentes, ita ut uxorem patris sui aliquis habeat. et uos inflati estis et non potius luctum habuistis, ut tolleretur e medio uestrum qui hoc opus fecit. ego quidem sicut absens corpore, praesens autem spiritu iam iudicaui ut praesens eum, qui sic*

2 Luc. 13, 24—28 16 ib. 13, 34 29 I Cor. 5, 1—5

1 ecclesiam *v* 3 quaerent *Latinius* 10 uidebitis *v* isaac et iacob *in mg. m. 1* 18 ortentur *m. 1* 24 enim *om. v* corinthis

operatus est, in nomine domini Iesu, congregatis uobis et spiritu meo cum uirtute domini nostri Iesu Christi, tradere huiusmodi hominem satanae in interitum carnis, ut spiritus saluus sit in die domini nostri Iesu Christi. dicis, credo: *et ego idcirco uobis mandaueram damnare absentem, quia damnauerat et apostolus.* primo omnium beato apostolo catholici nuntiauerant hi, quos norat fideles, quos deo probauerat deuotos, et testem sciebat esse omnem Corinthiorum sanctam ecclesiam. tu contra, tenebra, te atque consacrilegis tuis accusantibus deo odibilibus haereticis nos dignabaris urgere ad absentis damnationem. deinde cum apostolum audis dicere: *congregatis uobis et spiritu meo cum uirtute domini Iesu, tradere huiusmodi hominem satanae in interitum carnis*, tu, tenebra, cur nobis dicentibus: *ad ipsum nos nostris inpendiis pergemus, in plebe cui diuinitus constitutus est eundem audiemus, tantum da catholicos accusatores secundum sacrae legis mandatum*, cur detrectasti? cur, tamquam gladiatores non episcopi essemus, tantum iuxta uota tua quo possemus interficere eum, cuius tu olim sitiebas cruorem, operam dabas? interea sic te infelicem traditum satanae pro homicidiis proque sacrilegio tuo debes scire, ut ille qui in illo reatu apud Corinthios inuentus est. neque enim ista tua quae gesseris ac geris minora sunt funera, ut, si se illum tradidisse ore beati apostoli loquitur spiritus sanctus satanae in interitum, et te, mox ut tam grauia commisisti crimina, non tradiderit. si enim non ita esset, meminisses profecto dixisse apostolum: *pretio empti estis, nolite fieri serui hominum;* numquam cogere dei ausus fuisses sacerdotes ad inauditum damnandum. qui enim pretio emptus sum, quia liberatus a lege peccati seruus fuerim factus iustitiae, iam uiuenti mihi in lege iustitiae inponi onus non debuerat a te, ut seruus iterum efficerer iniquitatis atque iniustitiae. inpositum itaque est onus a te, quia traditus fueris satanae in interitum propter homicidia

12 I Cor. 5, 4 27 ib. 7, 23

9 tenebra te atque *V*, cum *v* 24 satane 25 et] ut *fort.* 29 quia] qui *fort.*

atque sacrilegium. si non fuisses traditus satanae, retineres Timotheo scripsisse apostolum: *scimus autem quoniam bona est lex, si quis ea legitime utatur, sciens hoc quia iusto lex non est posita, iniustis autem et non oboedientibus et impiis et peccatoribus et sceleratis et profanis, parricidis et matricidis, inpudicis, masculorum concubitoribus, plagiariis, mendacibus, periuris et si quid aliud sanae doctrinae aduersatur quae secundum euangelium est gloriae beati dei quod creditum est mihi.* si non es traditus, ex quo filium dei negasti, in interitum satanae, quomodo praeteriens tanta quae te cohibere a tanto potuerant scelere ad haec gerenda exilire dignatus es, quae possint cuncta tollere haec quae noscantur sanae esse doctrinae?

XIIII. Haec qui sis faciens, quae sanae aduersentur doctrinae, qui proscribas, torqueas, deportes, mittas in carcerem interficiasque, dic obsecro, si sis dissimilis ab Herode illo rege, cuius carnificinam describens ita loquitur sacra scriptura: *eodem in tempore remisit Herodes rex manus, ut noceret quosdam de ecclesia. occidit autem Iacobum fratrem Ioannis gladio, et cum uidisset quod placeret hoc Iudaeis, addit ut comprehenderet Petrum. erant autem dies azymorum. hunc cum adprehendisset, misit in carcerem traditum quattuor quaternionibus militum custodiendum, uolens post pascha producere eum plebi. Petrus uero custodiebatur in carcere. oratio ergo instantissime fiebat ad dominum pro eo ab ecclesia. et cum futurum esset ut eum Herodes produceret, illa nocte Petrus dormiebat inter milites alligatus catenis duabus, et custodes ante ostium, et custodiebant carcerem. et ecce angelus domini adstitit, et lux ab eo refulsit in illo loco; conpungens autem latus Petri suscitauit eum dicens: surge uelociter. et surrexit, et ceciderunt catenae de manibus eius,* et infra: *et cum transisset primos et secundos custodes, uenit ad portam*

2 Tim. 1, 8—11   18 Act. 12, 1—7   31 ib. 12, 10. 11

5 et *(ante* sceleratis) *om. r*   9 es *scripsi,* est *Vr*   19 quoddam (ᵈ *m. rec.)*   20 addidit *coni. Latinius*   21 azimorum

ferream quae ducit in ciuitatem, quae a se aperta est eis. et cum exissent, processerunt uicum unum, et continuo discessit ab eo angelus. et Petrus in se conuersus ait: nunc scio quia uere misit dominus angelum suum et eripuit me de manibus Herodis et de omni exspectatione plebis Iudaeorum. facta autem die turbatio erat inter milites, quidnam Petrus factus esset. Herodes autem cum requisisset eum et non inuenisset, interrogatos custodes iussit duci. similem te illi in omnibus uidemus siue in crudelitate siue in sacrilegio; ut enim ille Iacobum beatum apostolum interfecit, ita et tu ingentem multitudinem credentium, sicuti credidit Iacobus apostolus, interfecisti; ut ille in Iacobum apostolum dei unicum persequebatur filium, ita et tu et in illos quos iam interemisti et in nos persequeris. iterum te et instruimus et hortamur, ut redeas ad dei ecclesiam desinasque iam persequi Athanasium uel nos facientes contra tuam haeresim, ne istius Herodis exemplo disperire incipias, cuius interitum loquitur sacra scriptura dicens: *descendit a Iudaea Caesaream ibique mansit. erat autem infestus Tyriis et Sidoniensibus. et unanimes uenerunt ad eum et persuaso Blasto, qui erat a cubiculo regis, postulabant pacem, eo quod regiones eorum de regia alerentur. statuto autem die Herodes uestitus ueste regali sedit pro tribunali et concionabatur ad eos. populus autem clamabat: dei uoces et non hominis. confestim autem percussit eum angelus domini, quia non dedit honorem deo, et uermibus scatens expirauit.* ignorabas tu, qui te legis peritum uis uideri, dixisse Ioannem beatum apostolum, ut diceres *damnate innocentem*: *ex hoc intellegimus quoniam cognouimus eum, si mandata eius seruemus. qui autem dicit: quoniam cognoui eum,*

6 Act. 12, 18. 19 18 ib. 12, 19—23 28 I Ioh. 2, 3—5

8 iussi 12 iacobum apostolum (o *supra* u *et* u *exp. in utroque*) *(corr. m. rec.)* 14 in nos *V m. 1*, in nos quos *V m. rec. et v* 15 a (d *supra*) 18 Caesaream *scripsi* (*κατελθὼν ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας εἰς τὴν Καισάρειαν*), caesarea *V* 19 sydoni*ensibus 20 Oblasto *v* 22 statura (to *supra* ra) (ra *eras.*) 27 ut] cum *add. v* beatum *om. v* ut diceres damnate innocentem dixisse Ioannem beatum apostolum *sic uerba fort. transponenda*

et mandata eius non custodit, mendax est, et in hoc ueritas non est. qui autem seruauerint eius uerbum, uere ab eis caritas dei consummata est. tu fieri praecipis contra dei mandatum; contra apostolus dicit, quia qui non custodierit praecepta eius nec quidem cognouerit eum, quia, inquit, si dicat: *cognoui eum, et mandata eius non custodit, mendax est, et in eo ueritas non est.* uis nos ⟨es⟩se mendaces, uis homicidas inueniri ad hoc sine dubio, ne Christiani esse reperiamur. neque enim mendaces neque homicidae sunt Christiani. apostolus dicit: *qui seruauerint eius uerbum, uere consummata est caritas dei apud illos;* et apostata praecursor antichristi dicis: *quicumque non custodit mandata illius uiuet.* adhuc, *qui dicit se in lumine esse*, inquit, *et fratrem suum odit, in tenebris est usque adhuc. qui autem amat fratrem suum, in lumine permanet, et scandalum non est in eo. qui autem odit fratrem suum, in tenebris ambulat et nescit quo eat, quoniam tenebrae obscurauerunt cor eius.* quid a te tenebroso poterit dici ad haec? cur in tenebras constitutos in lumine ⟨urgues⟩: *odite mecum et uos eum quem ego iniuste odi, estote conparticipes insaniae meae. estote ut ego etiam uos homicidae.* deinde si dicit, quia *qui odit fratrem suum in tenebris ambulat*, ut nesciens sit quo pergat, uidelicet quia tenebrae uiolentiae oculos eius excaecauerunt, quid si interfecerit quis fratrem suum? quid si homicida fuerit? sed tibi nihil uidetur homicidae ⟨crimen⟩, qui tantorum dei seruorum inueniris fudisse sanguinem. audes haec dei iubere sacerdotibus facere quae soli sunt placita patri uestro diabolo et uobis Arrianis filiis eius.

XV. Hortatur item sanctissimus apostolus, ut iustitiae iter tenentes in perpetuam mereamur constitui requiem; et tu uir sapientissimus conpellis nos ad aeternos uenire tecum cruciatus.

5 I Ioh. 2, 4 10 ib. 2, 5 12 ib. 2, 9—11 21 ib. 2, 11

3 p̄cepis ^c contra (^{et} *m. rec.*) *V* 7 nosse (^{es} *m. rec.*) 8 repperiamur 11 apostata tu *fort.* 18 constitutos in l. urgues *scripsi*, constitutus in lumine *V*, constitutus non in lumine dicis *c* 21 ut *scripsi*, et *Vr* 24 homicidae crimen *scripsi*, homicidae *V*, homicida *coni. Latinius* 30 cruciatos *m. 1*

filii, nemo uos fallat. qui facit iustitiam iustus est; qui autem facit peccatum a diabolo est, quoniam origine diabolus peccat. ad hoc enim declaratus est filius dei, ut solueret opera diaboli. igitur cum dicatur ab apostolo quia sit peccatum a diabolo, et tu conpellas nos crimina capitalia committere, quid te aliud possum dicere nisi procuratorem diaboli? eum quem uideam ita eius diligere causas, ita eius colere rem, ut cunctos nos in eius cupias inueniri parte. unde etenim omnem dei cultorem conpellis ad ipsum facere transitum, nisi quia delegeris fauere parti eiusdem? audis dicere beatum apostolum: *idcirco declaratus est filius dei, ut solueret opera diaboli;* et tu sis urgens dei cultores opus consummare diaboli. cum haec agis, nonne uideris inpugnatorem te constituisse eius qui soluerit operam diabolo? sed non mirandum si elegeris, ut quae dissoluit unicus filius dei haec possint reaedificari per te diaboli satellitem, quandoquidem nec ipsum negare dubitaueris, qui opus diaboli destruxerit. hinc tibi est pro nihilo cruorem fundere innocentis, quia iam innocentium amatorem et suorum cultorum defensorem negans contuleris temet ad eum, ad quem se contulerit Scarioth Iudas. si itaque negare non potes quia opus sit diaboli uiri iusti fundere sanguinem, utique est clarum te diaboli operam fecisse et nos ut faceremus hortatum. adhuc loquitur Iohannes deo amantissimus, ut fraterna inuiolata teneatur caritas, dicens: *ex hoc apparent filii dei et filii diaboli. omnis qui non est iustus non est ex deo et qui non amat fratrem suum, quoniam haec est repromissio quam audistis ab initio, ut amemus alterutrum; et non sicut Cain ex maligno fuit et interfecit fratrem suum. et propter quid interfecit eum? quoniam opera ipsius maligna fuerunt, fratris autem sui iusta. nolite mirari, fratres, si odit nos saeculum. nos scimus quoniam transitum fecimus a*

1 I Ioh. 3, 7. 8 11 ib. 3, 8 24 ib. 3, 10—12

3 operas *m. 1* 6 aliut *m. 1* 10 dilegeris 12 sis] uis *fort.* 13 inpungnatorem 14 opera *v* 19 neg^n^as 20 scharioth 22 opera *v* 28 Cain] qui *add. v*

morte ad uitam, quoniam amamus fratres; qui autem non amat manet in mortem. omnis qui odit fratrem suum homicida est; et scitis quia omnis homicida non habet uitam aeternam in se manentem. cum itaque omnis qui odire inuenitur fratrem filius dicatur diaboli, homicida, Cain denique fratricidae comparetur, in mortem manere designetur, cur me hoc opus implere compellebas, quod me ut Cain fecisset fratricidam et filium diaboli, quod me in mortem perpetuam fecisset manere? cum iam uideas me transitum fecisse de morte ad uitam, cum inter eos quos filios appellare dignatus est me iam constituerit deus, quam ob causam me Cain fieri uoluisti, tenebras etiam et filium diaboli? in quo te laesi, in quibus rebus extiti aduersarius salutis tuae, ut mihi desideraris ita esse nocitum? cur haec iteramus nisi ut aliquando intellegere possis, quod enim quidnam sit bonum sis ignorans? si enim scires, numquam et ipse tantum admisisses facinus et nos perpetrari urgeres. dicas inter haec precor, quamobrem persequeris dei domus antistitem? dicit enim apostolus, quia *qui odit fratrem suum homicida est.* si non uis habere homicidae nomen, cur odis fratrem tuum? proba odio dignum Athanasium, quid malorum operatus sit manifesta, ut sit odiri dignus etiam ab omnibus nobis. profecto non dabis opus commissum aliquod iniustum quod eum faciat odiosum. cum haec ita sint, necesse est te idcirco odisse illum, quia opus tuum sit malignum, Athanasii uero iustum. propterea etenim uis interficere eum, quod non fuerit te sceleratum facinorosum atque sacrilegum imitatus. constat haec ita esse. cum enim gloriosus apostolus Cain et Abel introducit comparationem, tu mihi esse uideris Cain, Athanasius uero Abel, *ex hoc apparent filii,* dicens, *dei et filii diaboli. omnes qui non est iustus non est ex deo et qui non amat fratrem suum, quoniam haec repromissio quam*

18 I Ioh. 3, 12 29 ib. 3, 10—12

2 morte *v* 6 mortem *scripsi,* morte *V* 10 filios dei *coni. Gallandius* 11 ut (ob *m. rec.*) 12 extitit *m. 1* 15 enim *om. v* 16 perpetrari (*m. rec.*) 18 domos (*m. rec.*)

audistis ab origine ut amemus alterutrum; et non sicut Cain ex maligno fuit, et interfecit fratrem suum. et propter quid interfecit eum? quoniam opera illius maligna fuerunt, fratris autem sui iusta.

XVI. Nec debes dubitare opera tua esse maligna, Athanasii uero iusta. tu etenim es homicida, religionis dei destructor, unici filii dei negator, apostolicae fidei expugnator. idololatriae Arrianae fundator; contra Athanasius est in timore dei ita permanens, ut nihil commisisse, quantum uideri potest, inueniatur quod eum possit a deo dilectissimis separare. cum haec ita sint, hortamur diligas te in Athanasio. retines scriptum: *diliges proximum tuum tamquam te ipsum* et *qui diligit proximum legem impleuit.* ut etenim te in ipso odis, ignorans quia malum sit iustum odire iniuste, ita te in eo incipies amare, si haec tua maliuolentia fuerit conuersa in beniuolentiam. tunc poteris eripi e tenebris, in quibus te dicit beatus apostolus mansitare. *nolite enim,* inquit, *mirari, fratres, si odit nos saeculum. nos scimus quoniam transitum fecimus a morte ad uitam, quoniam amamus fratres. qui autem non amat manet in morte. omnis qui odit fratrem suum homicida est et scitis quia omnis homicida non habet uitam in se manentem.* nec audeas iam dicere: *damnate innocentem,* homo non habens in te uitam manentem, homo qui necdum feceris transitum de morte ad uitam. si enim fecisses, hoc est si in unicum dei filium sicut nos credidisses. nec homicida esse delegisses, ne uidelicet inciperes iterum regredi ad mortem. duplici igitur modo constitutus sine spe uitae dignatus es imperare de sacerdotibus interficere innocentem. sed fortassis temptes dicere: *amo amantes deum et odio habeo odientes eum.* sed haec de Athanasio non poteris dicere, quoniam quidem magis constet te odire deum, quia et dereliqueris illum et transitum feceris ad idololatriam. itaque, quia nullam culpam persequeris

12 Matth. 22, 39 et Rom. 13, 8 17 I Ioh. 3, 13—15

2 interficit 5 athanasi 7 idolatriae *m. 1* 22 nec *V*, non *v* 28 tentes *V m. rec. (ut coni. Latinius),* temtes *V m. 1,* tenes *v* 29 amates (" *m. rec.*) 32 idolatriam

in dei sacerdote, sed solam iustitiam, sed solam dei religionem, superest ut adhuc uideas nos quos hortabaris innocentes interficere quales esse iusserit circa conseruos nostros iste beatus apostolus Iohannes: *ille propter nos animam suam posuit, et nos debemus pro fratribus animas nostras ponere.* ab apostolo iubeor animam ponere pro fratre, et a te antichristi mancipio praecipitur mihi fratrem interimere. et iterum, *fiduciam*, inquit, *habeamus ad deum, et quicquid petierimus accipiemus ab eo, quoniam mandata custodimus, et quae ei placent ante conspectum eius faciamus in nomine filii ipsius Iesu Christi et amemus nos inuicem, sicut dedit mandatum nobis.* sed quomodo potero audiri ab eo in omni obsecratione, qui sim non seruans mandatum eius? ut enim diligam fratrem meum mihi mandauit, non ut interimam. et infra: *carissimi, amemus nos alterutrum, quoniam caritas ex deo est.* et iterum: *quicumque non diligit fratrem non nouit deum, quoniam deus caritas est. ex hoc declarata est caritas dei in nobis, quoniam filium suum misit deus unicum in saeculum, ut uiuamus per eum. in hoc est caritas, non quod nos amauerimus deum, sed quod ipse amauerit nos et miserit filium suum expiatorem peccatorum nostrorum. carissimi, si ergo sic deus amauit nos, et nos debemus alterutrum amare.* et iterum: *si quis dicit quia diligit deum et fratrem suum odit, mendax est. qui autem fratrem suum non amat, deum quem non uidit non potest amare.* et iterum: *hoc mandatum habemus ab ipso, ut qui amat deum amet et fratrem suum.* et iterum: *ex hoc intellegimus, quoniam amamus filios dei, quando deum amamus et mandata ipsius facimus. haec est enim caritas dei, et mandata ipsius grauia non sunt.*

4 I Ioh. 3, 16 7 ib. 3, 21—23 14 ib. 4, 7 16 ib. 4, 8—11 22 ib. 4, 20 25 ib. 4, 21 26 ib. 5, 2. 3

1 sacerdotem *m. 1* 2 ortabaris *m. 1* 3 quale (s *m. rec.*) 8 inquid 11 Christi] et hoc est mandatum eius ut credamus *add. Latinius* 16 fratrem *exp. Latinius* 18 et (ut *m. rec.*) 22 et nos *V*, nos et *v* 24 uidet *Latinius* 26 ex] quoniam ex *v* 28 dei] ut mandata eius custodiamus *add. Latinius fort. recte*

XVII. Haec conspice pauca de multis, et inuenies ad quas nos traxeris tenebras, tu homo tenebrarum. *ex hoc intellegimus,* dicit, *quoniam amamus filios dei, quoniam deum amamus et mandata ipsius facimus. haec est enim caritas dei ut mandata ipsius custodiamus;* et tu me dignaris inpellere ad haec mandata dissipanda, alia contra ipsa quae per te instinctu diaboli prolata sunt instituere. quomodo inueniri potero deum amans qui eius mandatorum aduersarius per te factus inueniar? quibus ex factis quis mihi esse uideris nisi unus ex illis zizaniis destinatis igni? de quibus dominus, *sicut ergo,* dicit, *colliguntur zizania et igni conburuntur, sic erit in consummatione saeculi. mittet filius hominis angelos suos, et congregabunt de regno eius omnia scandala et eos qui faciunt iniquitatem, et mittent eos in camino ignis; ibi erit fletus et stridor dentium. tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris sui.* conspicis quia, si te haeretico satis agente damnarem innocentem, tecum essem futurus in gehennam. neque enim possemus consequi dei regnum, in quo possemus fulgere tamquam sol, si aut homicidium fuissemus perpetrati aut apostolicam uiolaremus fidem. gaude adhuc te in his degere malis, noli cognoscere quae geras mala, et inuenies sine dubio te esse inter malignos illos quos designat ad ignem uenturos dominus dicens: *exient angeli et separabunt malos a iustorum conuersatione, et mittent illos in caminum ignis; ibi erit fletus et stridor dentium.* dignaris pro nihilo habere persequi seruos unici filii dei, tu membrum diaboli, qui fueras arbitratus quod omnem posses perducere ad scandalum sanctam ecclesiam. sed conspice quae tibi atque omnibus consacrilegis tuis promittat deus: *qui acceperit unum puerum talem in nomine meo me accipit; qui autem scandalizauerit unum de pusillis qui in me credunt, expedit ei ut suspendatur mola*

10 Matth. 13, 40—43 23 ib. 13, 49. 50 29 ib. 18, 5—8

6 quae ipsa *fort.* 14 mittent *v*, mittunt *V* caminum *coni. Tilius* 19 Si autem *r* 20 gaude adhuc *coni. Latinius*, gaudeat huc *V*, gaudeas huc *v* 23 a] ad (d *exp. m. rec.*)

asinaria in collo eius et mergatur in profundum maris. uae autem huic mundo ab scandalis. necesse est enim uenire scandala, uerumtamen uae homini illi per quem scandalum uenit. quod si manus tua uel pes tuus scandalizat te, abscinde eum et proice abs te, et infra: *uidete ne contemnatis unum ex his pusillis; dico enim uobis, quod angeli eorum in caelis semper uident faciem patris mei qui in caelis est.* igitur qui non solum sis spernens credentes in eius maiestatem diuinam, sed et es interficiens, quas erit merces repraesentaturus tibi iste quem negas, qui tibi expedire dixerit, si molam asinariam suspenderes collo tuo et in profundum maris fuisses praecipitatus, quam unum ex credentibus in eum perduxisses ad scandalum, quam unum contempsisses ex illis qui sint regnum possessuri caelorum? quae erit repraesentaturus tibi qui ea de causa eius sanctae ecclesiae ex membris scindi merueris, quia sis per quem scandala diabolus inmiserit nostris diebus in dei populum? qui licet concitaris scandala, tamen deceperis eos tantum qui te nesciuerint iam sic aruisse, ut riuus praecisus a fonte, ut fractus ramus ex arbore: ceterum qui te extra ecclesiam cognoscimus positum, qui hostem unici filii dei cernimus, scientes te mortuum conatus tuos deo iuuante subter pedes nostros esse conspicimus. scimus etenim mortuum uiuis dominari non posse. sed quid dicis uiuere te in Christo? unde probare es potens, cum eum sis negans? uiuere etenim non possunt nisi qui illum fateantur uerum deum esse, uerum dei filium. unde es uiuens, cum nos idcirco persequaris, quia eius esse nos fateamur seruos?

XVIII. Aut numquid ob aliam nos persequeris causam? numquid fortassis inuenisti nos in te deliquisse et idcirco in nos tam infestus es? nos in te peccasse nosmet non retinemus. quomodo etenim in te peccasse nos probari poterit, cum te de morte uenire ad uitam urgeamus? et tamen si sentis nos in te deliquisse,

5 Matth. 18, 10 18 cf. Cypr. de cath. eccl. un. p. 214, 8 (Ha.)

3 ue 8 si (* *m. rec.*) 10 quid (d *exp. m. rec.*) 14 rep·sen·aturus 17 qui *scripsi*, quia *V*: 22 conatos *m. 1* 23 quod *fort.* 25 posunt 32 urgeamus (ea *m. rec.*)

accipe quae te circa nos facere iusserit dominus dicens: *quod si peccauerit in te frater tuus, uade et corripe eum inter te et ipsum solum; et si audierit, lucratus eris fratrem tuum; si autem non te audierit, adhibe tecum adhuc unum uel duos, ut in ore duorum uel trium testium stet omne uerbum. quod si non audierit eos, dic ecclesiae; si autem ecclesiam non audierit, sit tibi tamquam ethnicus et publicanus.* cum haec non feceris quae praeceperit dominus fieri, cum non solum tu in⟨ter⟩ te et nos non monueris, quibus praesentibus Athanasium unum e nobis conuinceres reum fuisse, sed coegeris eum inauditum a nobis damnari consacerdotibus suis, cum ei audientiam abstuleris, quomodo nos tu iuste poteris incusare, quod enim deliquerimus in te, nihil horum mandatorum domini cum impleueris? cur nos tam infeste persequeris, cum magis tu sis reus praeuaricationis, qui minime circa nos prout tibi dedit mandata dei unicus filius egeris, sed qui prout placuerit inimico nostro diabolo cuncta gesseris? illius etenim est huiusmodi consilium, illius talis uoluntas, ut inauditus damnetur, ut absens interficiatur, ut innocentis cruor fundatur: cum non, inquam, rem egeris eo modo quo iusserit te agere dominus, fuisti ausus perferre ad beatam ecclesiam, fuisti ausus dicere: *peccauit Athanasius et debet ab omnibus eius condemnari communio.* sed quid dicere temptabis? *in deum deliquit:* et ecce inueniri non potest quod in deum deliquerit, si quidem neque tu neque consacrilegi tui filii meretricis haeresis Arrianae possitis testes admitti contra catholicum episcopum. dominus etenim loquebatur de tribus catholicis testibus, de seruis maiestatis suae, ut illis crederet beata ecclesia, non nobis profanis, ex adulterio de meretrice natis. ceterum si non ita acceperimus domini istud praeceptum, poterunt et Saturni atque omnium idolorum cultores admitti contra dei

1 Matth. 18, 15—17

4 adhuc *om. v* 9 te inter *uel* eum inter te *coni. Latinius,* tu in te *V* mo^{u}eris 10 conuinceres *coni. Latinius,* conuincens *V* quoegeris 23 te^{n}mtabis (^{n} *m. rec.*) 25 fili^{i}ae 26 po^{s}sitis

domesticos testes, poterunt et comblasphemi tui a deo derelicti, sine lumine ut tu es positi Iudaei. si enim uos haeretici et quidem omnium sectarum admittendi estis testes contra Christianos, debent et ethnici et Iudaei. siquidem siue Iudaei siue ethnici siue uos haeretici positi extra domini ecclesiam sitis sine deo, ut tunc illi cuncti qui non fuerint in arca sanctissimi Noe. ut enim illi positi extra arcam saluari non potuerunt, ita nec uos, sed sic sitis interituri, nisi credentes in unicum dei filium eius in sancta ecclesia fueritis commanentes nobiscum. si igitur testes neque tu neque comblasphemi tui esse potestis, quomodo fecisti, insulsissime rex, damnari et quidem a consacerdotibus suis totius uirum innocentiae? addo illud, quia iam illum accusaueratis fuisse homicidam apud Serdicam in synodo catholicorum, et probare minime ualuerit iniquitas uestra. addo quod tu ipse ad ecclesiam Alexandrinorum dederis litteras adstruens illum uirum iustum, episcopum catholicum. ad ultimum, tametsi peccasset, Athanasius fuerat pellendus a populo sibi commisso, et quidem ut ille populus alium e corpore suo ˌdignum peteret sibi fieri episcopum: non tamen fuerat gladio per te imperatorem petendus. at cum tu loco innocentis, in quem nihil ueri constitueris, loco catholici miseris consacrilegum tuum Georgium et nolentibus eius maculari sacrilegio tantas contumelias tantasque intuleris poenas, ut plurimos proscripseris, relegaueris in exiliis in metallis, quam plurimos etiam interfeceris et hodieque non desinas ea facere blasphemiam tuam, quae est et Georgii, suscipere nolentibus, quae irati hostes inmanissimi barbari uix faciant, quomodo te arbitraris posse intellegi Christianum, qui et feris saeuissimis uidearis esse ferocior et beluis omnibus inmanior? fuisti ausus dicere Athanasium percutiendum, non conspiciens tunc uos Arrianos esse punitos et quidem dei

13 illut *m. 1* 8 estis *exspectes* 14 probari *coni. Coleti* 15 iniquitas *v*, iniquitatis *V* 21 ad constitueris *scripsi (an* constiterit?), constituerit *V*, tu iniquum nihil ueritus restitueris et *coni. Latinius* 22 catholici *coni. Latinius*, catholicis (u *m. rec.) V* 25 hodieque *V*, hodie *v*, hodie quoque *fort.* 29 feres *m. 1*

uirtute, quando idololatriam introducere estis meditati in domini ecclesiam.

XVIIII. Sed adhuc dicas fortassis: *deliquit in me Athanasius.* ut omittam quia et in hoc mendax sis, non sciebas scriptum quid circa in te delinquentes agere te praeceperit dominus, ut sic gladio eum fuisses persecutus? *tunc accedens ad eum Petrus dixit ei: domine, si peccauerit in me frater meus, quotiens remittam ei? usque septies? dicit illi: non dico tibi usque septies, sed usque septuagies septies.* an erubescis audire Athanasium fratrem tuum? si Christianum te profiteris, debes omnes Christianos fratres dicere et quidem non solum Athanasium, sed et eos quos uideris stipem petentes. omnes etenim in ecclesia domini constituti unum sumus ei, apud quem non sit acceptatio personarum. et tamen bene feceris, si nolis illum dici fratrem tuum: tu etenim filius pestilentiae cum sis et ille unus sit de filiis lucis, tu cum mancipium sis nostri inimici et ille sit seruus dei, est iniquissimum si dicaris frater hominis dei praecursor antichristi. si deliquisse illum in te in aliquo uideras, dimittendum ei fuerat ilico a te, ut tibi dimitteret crimina propria deus. nunc uero quia dimittere nequiuisti propter contumaciam atque maliuolentiam tuam, tibi, qui praeceptum domini inritum fecisti, accipe quae possint repraesentari: *tunc accedens ad eum Petrus dixit: domine, si peccauerit in me frater meus, quotiens remittam ei? usque septies? dicit illi: non dico tibi usque septies, sed septuagies septies. ideo simile est habitum regnum caelorum homini regi, qui uoluit rationem ponere cum seruis suis. et cum coepisset rationem ponere, oblatus est ei unus qui debebat decem millia talenta. cum autem non haberet unde redderet, iussit eum dominus uenundari et uxorem eius et filios et omnia quae habebat et reddi debitum. procidens autem seruus ille orabat*

6 Matth. 18, 21. 22 23 ib. 18, 21—35

4 homittam *V* 8 septiaes *m. 1* 9 septuagesies *v et infra* 13 aput *m. 1* 21 contumatiam 23 praesentari *v* 29 retderet ([ed] *m. rec.)* 31 reddidi

eum dicens: patientiam habe in me, et omnia reddam tibi. misertus autem dominus serui illius dimisit eum et debitum dimisit ei. egressus autem seruus ille inuenit unum ex conseruis suis qui debebat ei centum denarios, et tenens suffocabat eum dicens: redde quod debes. et procidens seruus ille rogabat eum dicens: patientiam habe in me, et reddam tibi. ille autem noluit, sed abiit et misit eum in carcerem, donec redderet debitum. uidentes autem conserui eius quae fiebant contristati sunt, et uenerunt et narrauerunt domino suo omnia quae facta erant. tunc uocauit eum dominus suus et ait illi: serue nequam, omne debitum remisi tibi, quia rogasti me; non oportuit te quoque misereri conseruo tuo, sicut et ego misertus sum tibi? et iratus dominus eius tradidit eum tortoribus, quoad usque redderet uniuersum debitum. sic et uobis faciet pater meus qui in caelis est, si non remiseritis unusquisque fratri suo de cordibus uestris. quid respondes ad haec tu, cuius mentis oculi uidere minime potuerint haec quae praeceperit fieri dominus? ubi ponis illud quod neque in te neque in deum deliquerit, sed sit sustinens persecutionem, cur apostolicam teneat fidem, cur nolit fieri ut tu es sacrilegus? firmasti interficere ueritatis praedicatorem cupiens in eo te conlocari honore, in quo sunt illi quos in euangelio et prophetarum interfectores designat dominus et impias manus ad ipsum etiam porrecturos aperit dicens: *homo erat paterfamilias qui plantauit uineam et sepem circumdedit et fodit in ea torcular et aedificauit turrem et locauit eam colonis, et peregre profectus est. cum tempus autem fructuum adpropinquasset, misit seruos suos ad colonos, ut acciperet de fructibus suis; et coloni adprehensis seruis unum ceciderunt, alium autem lapidauerunt, alium uero occiderunt. iterum misit ad illos seruos plures, et fecerunt eis similiter. nouissime autem misit illis filium suum unicum dicens: uerebuntur filium meum. coloni autem uidentes filium*

24 Matth. 21, 33—41

4 dinarios   9 et narrauerunt *in mg. m. 1 add.*   que   16 respondis   18 quot   23 porrecturus *v*   29 alterum *v*

dixerunt inter se: hic est heres, uenite, occidamus illum, et habebimus hereditatem eius. et adprehensum eum occiderunt et eiecerunt extra uineam. cum ergo uenerit dominus uineae, quid faciet colonis illis? dicunt illi: malos male perdet illos, uineam locabit aliis colonis, qui reddant ei fructum temporibus suis.

XX. Ex his quia esse unus magno opere desideraris, et nos socios criminum tuorum suadebas fieri; neque enim alia sunt consilia tua ab illorum nefariis consiliis, qui inueniantur prophetas interemisse, qui denique in unicum dei filium impias porrexerint manus, maxime cum etiam passiones beatorum istorum missorum ad colonos ad nihilum sis redigens, adstruendo illos fuisse interfectos propter eum *qui fuerit quando non fuerit*, cum clament sacrae scripturae, quia unicus dei filius semper regnauerit ac sit regnans cum patre. unam habere deitatem aperiunt dominicae litterae patrem et unicum eius filium; et dicis eum, pro quo interfecti sunt prophetae gloriosi, factum esse ex nihilo. si enim tu quae dicis uera sunt, constat propter creaturam interfectos beatos prophetas. et ubi erit illud quod ingenti indignatione irascatur dominus in eos qui seruiant creaturae quam creatori? si pro creatura interfecti sunt beati prophetae, quomodo eos habet carissimos deus? quomodo, quia ipsorum uerbis non crediderunt Iudaei, sunt hodie dei inimici? unde dei Iudaei inimici? unde extra domini positi inueniuntur uineam? nisi quia prophetarum interemptores extitissent, nisi quia aeternum deum aeterni dei filium praedicauerint prophetae, et illi comblasphemi tui non solum non crediderint prophetiae eorum, sed et eosdem interemerint. quid etenim persecutos fuisse arbitraris in prophetis Iudaeos nisi unicum dei filium, sicut et in apostolis atque martyribus? ex te saltem cognosce uera esse quae dico, siquidem et tu quam

3 egecerunt *V*, eiecerunt eum *v* 4 dicunt illi *v*, dicit illis *V* 5 reddent *v* 7 magnopere 9 inueniuntur *v* 25 interemtores 29 persecutus 31 quam *V*, quem *v*, qui *coni. Tilius*, quoque *coni. Latinius*; quam — nec non *usurpauit ut paulo post 192, 11* tam ipsos nec non et Paulum

in Athanasio nec non et in nobis dei uerum persequaris filium. cum haec ita sint, censueras nos iungendos interfectoribus prophetarum, iustorum sanguinis fusoribus, consacrilegis tuis, hoc est Iudaeis, ipsorum uidelicet quia sis imitator. nec enim alia de re *Athanasium damnate* dixisti, susciperemus etiam Arrii fidem mandasti, nisi ut et in effusione sanguinis iustorum et in negando unicum dei filium pares fuissemus Iudaeorum, quorum iam tu sis in omnibus particeps. si enim illi prophetas interemerunt, eos qui de aduentu loquebantur unici dei filii, et tu eos interficis qui sint credentes sicut crediderunt prophetae. sed quamdiu de his cum incredulo, cum proposuerim tibi manifestare unum te esse ex illis, ad quos dicit dominus: *ideo dico uobis, quia auferetur a uobis regnum dei, et dabitur genti facienti fructum eius?* neque enim tu in gente hac es, quae fructus inueniatur facere iustitiae, ut non unus esse pronuntieris ex illis, quos pulsos esse a dei regno propter iustorum necem et incredulitatem suam audias. esse te aduerte haec gerendo inter illos, quorum nequitias aperiens dicit dominus: *simile est regnum caelorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo et misit seruos suos ad inuitatos ad nuptias*, et infra: *et noluerunt uenire. iterum misit ad illos seruos dicens: dicite inuitatis: ecce prandium paraui meum; tauri mei et saginata occisa et omnia parata, uenite ad nuptias. illi autem neglexerunt et abierunt alii in uillam suam, alii uero ad negotiationem suam; reliqui uero tenuerunt seruos eius et contumelia adfectos occiderunt. ille rex cum audisset, iratus est et misit exercitum suum et perdidit homicidas illos et ciuitates eorum incendit. tunc ait seruis suis: nuptiae quidem paratae sunt, sed qui erant inuitati non fuerunt digni; ite ergo ad exitus uiarum et quoscumque inueneritis uocate ad nuptias. et egressi serui in uias congregauerunt quotquot inuenerunt malos et bonos, et impletae sunt nuptiae a discumbentibus. intrauit autem rex, ut uideret*

13 Matth. 21, 43 19 ib. 22, 2. 3 21 ib. 22, 3—14

21 nubtias et infra *fort. expungenda* 26 ser^{uis} *(sic)*

discumbentes, et uidit ibi hominem non uestitum ueste nuptiali et ait illi: amice, quomodo huc uenisti non habens uestimentum nuptiale? at ille obmutuit. tunc dixit rex ministris: tollite eum pedibus et manibus et mittite eum in tenebras exteriores; ibi erit fletus et stridor dentium. quia itaque sine uestitu sis nuptiarum, Constanti, eris in perpetuum, nisi te conuerteris, talis qualis ille cui dicitur: *amice, quomodo huc intrasti non habens uestem nuptialem?* sic uenturus in tenebras exteriores.

XXI. Nec dubites etenim te uenturum ad exteriores tenebras, quandoquidem iam totus in tenebras sis conuersus. illi etenim, qui iustorum fuderunt sanguinem prophetarum, qui unicum dei negauerunt filium, et tenebrae et filii diaboli uocantur. quia haec sis et ipse agens, utique et tenebrarum et diaboli filius eris perseueraturus, nisi tibi consulueris. *quomodo*, dicis, *consulere mihi potero?* ut persequi nos desinas et fidem apostolicam suscipias; quae nisi feceris, ut es nunc, semper futurus inter illos ad quos dicitur: *uae uobis, scribae et Pharisaei hypocritae, qui decimatis mentham et anethum et cyminum et reliquistis quae grauiora sunt legis iudicium et misericordiam et fidem. haec oportuit facere et illa non omittere. duces caeci, liquantes culicem, camelum autem contraglutientes.* si non tu haec digne audis cum illis, ubi est iustum iudicium quod procedit a te, qui iustum uirum, apostolicam cur sit praedicans fidem, nitaris interficere? ubi est iustum iudicium, qui eos sis omnibus uiribus imperii tui persequens, quos uideas neque damnare uelle inauditum neque fidem catholicam deserere, et eos sis diligens, quos cognoscas tecum et sanguinem innocentis fudisse et fidem euangelicam respuisse? quae est apud te et in te constituta misericordia, quae ut

7 Matth. 22, 12 18 ib. 23, 23—25

3 nubtiale ommutuit 8 nubtialem 17 quae *scripsi*, quod *coni. Tilius*, qui *V* 18 eris futurus *coni. Tilius* at 19 hypochritae anetum 20 iudicium (et superscr.) 22 et camelum *ut infra 187, 17 Latinius* contraglutientes *V*, transglutientes *ut infra Latinius* 23 dignae 30 aput

exhibeatur lex praecepit sancta? nempe illa quae torquet proscribit deportat mittit in carcerem deducit ad exilia conlocat in metalla, illa quae fami siti uerberibus nuditate necat, ad ultimum illa quae gladio punit. haec est, Constanti, tua misericordia quae non ueniat ex lege dei, sed ex praesumptione diaboli. *iudicium et misericordiam et fidem, haec,* inquit, *uos oportuit facere et illa non omittere.* ubi est fides tua? qui fidem quam tenuerunt Abraham Isaac et Iacob beatissimi et cuncti prophetae apostoli ac martyres damnaueras et illam statueris suscipiendam a cunctis dei cultoribus, quam contra hanc catholicam fidem diabolus per magistrum uestrum Arrium uomuerit. quibus ex rebus esse intellegeris unus ex illis qui dinoscantur audire: *uae uobis, scribae et Pharisaei hypocritae, qui decimatis mentham et anethum et cyminum et reliquistis quae grauiora sunt legis iudicium et misericordiam et fidem. haec oportuit facere et illa non omittere. duces caeci, liquantes culicem et camelum traglutientes.* aut negabis culicem te liquare et camelum transuorare, homo qui, cum stipem non solum rogatus sed et tribuens sis nonnumquam sponte, tamen, ut est saepe dictum, proscribas Christianos se confitentes, deportes, torqueas, postremo interficias; et idcirco esse te cum illis debes aduertere ad quos dicatur: *uae uobis, scribae et Pharisaei hypocritae, quia similes estis sepulcris dealbatis, quae aforis parent hominibus speciosa, intus uero plena sunt ossibus mortuorum et omni spurcitia. sic et uos aforis quidem paretis hominibus iusti, intus uero pleni estis hypocrisi et iniquitate.* es ex illis interfectoribus ad quos dicitur: *serpentes, generamina uiperarum, quomodo fugietis a iudicio gehennae? ideo ecce mitto ad uos prophetas et sapientes et scribas, et ex illis occidetis et crucifigetis et persequemini de ciuitate in*

6 Matth. 23, 23 13 ib. 23, 23—25 22 ib. 23, 27. 28 27 ib. 23, 33—36

9 damnaueris *coni. Tilius* 12 ^{uo}muerit 14 menta et anetum 16 hae^{c} 17 transglutientes *v* 18 stipe 20 deportes *scripsi*, deportis *V*, deportas *v* 23 hypochritae sepulchris 26 hypochrisi 30 persequimini *v*

ciuitatem, ut ueniat ad uos omnis sanguis iustorum, qui effusus est super terram, a sanguine Abel iusti usque ad sanguinem Zachariae filii Barachiae, quem occidistis inter templum et altare. amen uobis dico, uenient haec omnia super generationem istam.

XXII. Probaris actibus tuis ex illo genere te esse uipereo. inueniris etenim esse unus ex illis, ad quos haec quod perpetraturi essent dicebantur. aut si negas esse te ex illis qui audiunt ore domini: *serpentes, generamina uiperarum*, proba non te, sed Iudaeos destinasse militem ad Alexandriam, Iudaeorum militem obsedisse fores dei domus, Iudaeorum militum ducem fuisse Syrianum. proba Iudaeos ingressos basilicam cum armis atque certum numerum interfecisse. si probare non potes, quia constet te misisse ad dei inpugnandam religionem, rectissime dicimus te unum esse ex illis, ad quos dictum est: *serpentes, generamina uiperarum, quomodo fugietis iudicium gehennae?* non sine dubio fugies iudicium gehennae, sed eris semper illic ardens cum conserpentibus tuis, nisi tibi prospexeris. *tunc*, inquit, *tradent uos in tribulationem et occident uos, et eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum. et tunc scandalizabuntur multi et inuicem tradent et odio habebunt inuicem. et multi pseudoprophetae exsurgent et seducent multos. et quoniam abundabit iniquitas, perfrigescet caritas multorum.* si non mens tua sacrilega scit me propter unicum dei filium pati persecutionem a te, poteris non esse de illo genere, non esse in illorum sententia ad quos dicitur: *serpentes, generamina uiperarum, quomodo fugietis a iudicio gehennae? ideo ecce mitto ad uos prophetas et sapientes et scribas et ex illis occidetis et crucifigetis et persequemini de ciuitate in ciuitatem.* quae cum tu sis gerens hodie, negare non audebis te de uiperae esse progenie. interemisti enim multis in locis

15 Matth. 23, 33 19 ib. 24, 9—13 26 ib. 23, 33

6 illo *coni. Coleti,* alio *V* alio g. t. e. quam uipereo *coni. Gallandius* 8 dicebatur *fort.* 11 domos 15 at 17 gehenne fuges (i *sup.*) 21 hodio 23 habundabit 26 sentina *fort.* 29 persequimini *v* 30 hodie gerens *v* 31 uiperae esse progenie *scripsi,* uipere esse progeniem *Vv*

plurimos Christianorum, alios detines uinctos in carceribus, in ergastulis. etiam hinc poteris uidere te unum esse ex illis, ad quos dicitur: *serpentes, genimina uiperarum*, et infra: *ecce ego mitto ad uos prophetas et sapientes et scribas, et ex illis occidetis*. dum non eos dignaris execrari quos uideas per abundantem iniquitatem tuam recessisse ab apostolica fide illos quorum perfrixerit caritas, sed eos quos uideas permanere in eo statu fidei, in quo manentes beati prophetae apostoli atque martyres meruerunt aeternas dei consequi amicitias. non enim apud Alexandriam Achetam et Dydimam ex presbyteris execraris, qui noscantur ex Christianis facti Arriani, sed eos quos adhuc cognoscis stare nobiscum. aut si non ita est, cur nunc non execraris Dydimam et Achetam, quos antea execrabaris? nisi quia tunc a te fuissent execrabiles habiti, quia essent adhuc scilicet Christiani, nunc uero sint tibi carissimi, quia uidelicet esse coeperunt, ut tu es apostata, blasphemi. sed iam credimus te post tantas probationes tibi exhibitas te unum esse ex illis, ad quos dicitur: *serpentes, genimina uiperarum, quomodo fugietis a iudicio gehennae?* daturum te operam quo possis curare uulnera tibi per diabolum inflicta tam grauia, quia et homicida sis et sacrilegus; a quibus criminibus si te nolueris liberari, sanguis tuus requiratur a te, nos coram deo mundi futuri a sanguine tuo, qui tibi omnibus ueritatem patefecerimus modis. a te non solum tuus, sed et eorum requiretur sanguis, quos aut ad haeresem perduxisti suscipiendam aut ad innocentem inlexisti iugulandum.

XXIII. Sed si dixeris: *arbitrabar illorum catholicam fuisse fidem quos dicitis Arrianos*, si in fidei nutasti causa, si quod ii qui credere se dicant in creaturam ignorasti quod sint haeretici, hi qui dicant deum non habere uerum filium, numquid etiam hoc ignorasti quia non sit iustum gladio persequi in-

3 Matth. 23, 33 4 ib. 23, 34

6 habundantem 10 aput alexandria machetam *V*, Alexandriam Machetam *r; em. Latinius* praesbiteris *V*, diaconis *coni. Gallandius* 13 machetam *V* 19 gemina (ni *superscr.*) 20 te| et *fort., sed cf. 192, 1. 2* 22 liberare *fort.* 28 quot hii *V; em. Lat.* 30 numquit

nocentem? numquid fugerat te dixisse dominum beato Petro: *conuerte gladium tuum in loco suo. omnes enim qui accipiunt gladium gladio peribunt?* quid interea, Constanti, acturus, qui tantam Christi dei unici filii seruorum interemeris multitudinem? uides etenim eum quem in nos persequeris dicere quod *omnes qui gladium accipiunt gladio sunt perituri.* quid accepturus, qui nisi ueniam facinorum tuorum credens in eum quem negas fueris consecutus, toties merearis et quidem dei percuti gladio, quoties tu percusseris eius clementiae dicatos? quis homo dei sacerdotibus inponendam dixisti necessitatem ad absentem percutiendum, ad inauditum puniendum, ad innocentis fundendum sanguinem? cur noluisti audiri Athanasium consacerdotem nostrum a nobis? cur sic more latronum occulte nos iugulare dei hominem uolueras? nisi quia sis ex illis, in quorum exprobrationem prolata sint haec: *nemo ascendit in caelum nisi qui de caelo descendit, filius hominis qui est in caelis. sicut enim Moyses exaltauit serpentem in deserto, sic oportet exaltari filium hominis, ut omnis qui credit in eum habeat uitam aeternam. sic enim deus mundum dilexit, ut filium suum unicum daret, ut omnis qui credit in eum non pereat, sed uitam aeternam habeat. non enim misit deus filium suum in mundum ut iudicet mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum. ideo qui credit in eum non iudicatur; qui autem non credit in eum iam iudicatus est, quia non credidit in nomine unici filii dei. hoc est autem iudicium, quia lux uenit in mundum, et dilexerunt homines potius tenebras quam lucem; erant enim opera illorum mala. omnis qui praua agit odit lucem et non uenit in lucem, ut non arguantur opera eius. nam qui facit ueritatem uenit in lucem, ut manifestentur opera eius, quoniam in deo est factum.* si seruum te unici cognosceres dei filii, numquam profecto eius maiestatem negares, numquam eius seruos nunc occulte nunc publice iugu-

2 Matth. 26, 52 15 Ioh. 3, 13—21

5 uideas *Coleti* nobis *exspectes; sed cf. 172, 12. 13* persequaeris 7 accepturos 8 negas *scripsi,* negans *Vv* 10 qui *coni. Latinius; cf. 102, 17* duxisti *fort.* 28 et non u. i. lucem *om. v* arguatur 30 sunt facta *exspectes*

lari mandares: sed quia sis amator tenebrarum, quippe tenebra, quia sint opera tua mala, noluisti rem quam detuleras plenissime examinari per dei sacerdotes. cur noluisti? nisi quia timueris opus tuum publicari serpentinum. *dum sumus in corpore,* inquit apostolus, *peregrinamur a domino; ex fide enim ambulamus non per speciem. audemus etiam bonam uoluntatem habentes magis peregrinari a corpore et praesentes esse ad dominum, et contendimus siue absentes siue praesentes placere illi. nam omnes nos oportet manifestari ante tribunal Christi, ut ferat unusquisque propria corporis, secundum quod gessit siue bonum siue malum.* et Constantius haereticus dicis: *damnate Christiani Christianum.* cur hoc dicis? nisi quia fundere sanguinem iustorum, derelinquere etiam deum et suscipere idololatriam hoc esse optimum censueris.

XXIIII. Sed iterum te obsecro piissime cognoscas imperator, cum sis et unici filii dei negator et in eum credentium persecutor, si non conpar illis inueniaris, quorum in Actibus apostolorum describitur nequitia: *cum magna dissensio esset inter illos, timens tribunus ne raptus fuisset Paulus ab illis, iussit exercitum descendere et rapere eum in castris. sequenti autem nocte adsistens ei dominus ait: constans esto; sicut enim testificatus es de me in Hierusalem, sic oportet te etiam Romae testificari. facta autem die collegerunt se quidam ex Iudaeis et deuouerunt se dicentes neque manducare neque bibere, donec occiderent Paulum. erant autem fere quadraginta qui hanc coniurationem fecerant, qui et accesserunt ad principes sacerdotum et indicauerunt dicentes: deuotionem uouimus nos nihil gustare in totum, donec occidamus Paulum; nunc ergo uos colligite concilium et notum facite tribuno, ut deducat eum ad uos quasi de eo diligentius quaesituros; nos uero priusquam adpropiet, parati sumus interficere eum.* si non dei sacerdotem isto petisti genere Athanasium, si non aliud fin-

4 II Cor. 5, 6—10 18 Act. 23, 10—15

9 omnis 11 dicit 14 idolatriam obtimum 28 gustate *m. 1* 32 si *scripsi,* nisi *V (cf. 146, 25)* aliut

xisti te agere et aliud perficere disposueras. potes te negare non eodem aduerso spiritu te quoque agi, quo sunt acti atque agantur Iudaei? nisi etenim illo fuisses excitatus spiritu contra nos deo seruientes, numquam sine dubio absentem damnari et quidem innocentem mandares. sed haec sic ego saepe repeto, tamquam etiam ipse, dum interdum uacas a furoris stimulis, non consideres omnibus te modis ita a iustitiae regula exorbitasse, ut nec in Actibus apostolorum uidere potueris petentibus Iudaeis ad Paulum necandum beatum hominem gentilem praesidem Festum minime coetui Iudaeorum commodasse adsensum, sed tam ipsos nec non et Paulum positos in unum auditurum esse pollicitum. gentilis seruauit aequitatis ius, tu uero destruxisti: aut aequitas est damnare inauditum, interficere absentem, audientiam uero negare iusto, ei homini cui omnis testis sit dei populus, quod enim false fuerit petitus a te ac tuis, Christianus a uobis Arrianis? ergo, ut dicere coeperam quae fuerint inter Iudaeos et Paulum beatum gesta a Festo, accipe: *Festus autem cum uenisset in prouinciam praeses, ascendit Hierosolymam* *** *insidias tendentes, ut eum interficerent in uia. Festus ergo respondit Paulum quidem seruari in Caesarea, se autem maturius proficisci. itaque qui inter uos sunt descendant et, si quod est in uiro crimen, accusent eum. demoratus ergo inter eos non plus quam octo aut decem dies descendit Caesaream et altero die sedit pro tribunali et iussit citari Paulum; qui cum adductus esset, circumsteterunt eum Iudaei qui a Hierosolymis descenderant, multa et grauia crimina obicientes quae probare non poterant. Paulo autem rationem reddente, quod neque in lege Iudae-*

18 Act. 25, 1—8

1 te *V*, ne (potesne) *v*, tu *fort., sed cf. 189, 20* 3 aguntur *fort.* 6 cum *v* 11 positos *scripsi*, posse *V*, esse *coni. Tilius*, esse *uel* fuisse *Gallandius* 15 falsae 17 ceperam 18 accipere 19 *nonnulla hic intercidisse textus gr. docet* 20 uiam 21 cesarea qui] potentes *add. Latinius* 22 descendat (n *supra* a) quot 24 diae 27 probire 28 legem *v*

orum, neque in templo neque in Caesare aliquid deliquerit. ethnicus aequitatis uiam inter beatum Paulum et cohomicidas tuos Iudaeos tenuit, et tu desideriis malarum meditationum tuarum parere cupiens aequitatem iustitiamque tollendam ex sensibus censueras nostris.

XXV. Sed quomodo istud facere potueramus quod tu fieri cogebas contra iustitiam, qui meminissemus scriptum: *nolite iudicare secundum personam, sed iustum iudicium iudicate? damnate inauditum* quo dixisti tempore, cur non memoratus es dixisse Nicodemum: *numquid lex nostra iudicat de homine, nisi audiat ab ipso et cognoscat quid fecerit?* cur noluisti audiri quem reum mortis dixisti, nisi quia falsa detulisses? dicit dominus ad Iudaeos: *qui loquitur mendacium de suo loquitur, quoniam mendax est et pater eius.* et tu, cum mendax esse clarueris, aestimas non te esse filium mendacis et audes filius mendacis resistere, ueracibus fallax, domini sacerdotibus sacrilegus? tu audes, quem aduertamus esse latronem atque furem illum quem praeostenderit dominus dicens: *amen, amen dico uobis, qui non intrat per ianuam in ouile ouium, sed qui ascendit per aliam partem, ille fur est et latro.* porrexisti quidem manus ad Christi oues antichristo uindicandas; sed ut es agnitus fur atque latro, es uitatus atque reiectus. cur te uel consacrilegum tuum Georgium non sunt secutae oues dei? cur illum, quem esse Alexandrinorum fortissime es dolens episcopum, secuntur? nisi quia illum quidem instituerit illis episcopum deus, te uero atque Georgium ad mactandas ut latrones et fures inmiserit diabolus. *qui intrat per ianuam,* inquit, *pastor est ouium; huic ostiarius aperit, et oues audiunt uocem eius et suas oues uocat nominatim et educit illas; et cum suas omnes eiecerit, ad illas uadit, et oues eum secuntur, quia nouerunt uocem eius; alterum non secuntur, sed fugiunt*

7 Ioh. 7, 24 10 ib. 7, 51 13 ib. 8, 44 18 ib. 10, 1 27 ib. 10, 2—5

1 templum *v* Caesare *scripsi*, Caesarem *Vv* 16 fallax domini sacerdotibus? sacrilegus tu *uulgo distinguitur* 29 educet 30 ad] ante *Latinius*

ab illo, quia nesciunt eius uocem. quia igitur tu non intraueris per ianuam in ecclesiam, latro esse conspiceris atque fur: non enim nosti dei filium, ut dicas te intrasse per ianuam. siquidem ille eos diceret et fures et latrones, quia et tunc non fuerunt in eius clementiam diuinam credentes nec deinceps essent credituri et aliter fuissent erudire oues illius temptaturi. igitur cum tu hinc doctrinam spargens insanam sis, quod enim non in eum credideris, utique esse latro ille atque fur, qui iam tunc praeostendebaris, ex blasphemiis tuis manifestissime conprobaris. quod ita esse probat sequentia pronuntiationis: ait ad illos Iesus: *amen, amen dico uobis, ego sum ianua ouium. omnes quicumque uenerunt ante me et fures sunt et latrones, sed non audierunt illos oues. ego sum ianua; si quis per me intrauerit, saluus erit et intrabit et pascua inueniet; fur non uenit, nisi ut furetur.* o tu itaque fur, qui ad hoc intrasse dei inueniaris ouile, ut uidelicet fuisses furatus et interficeres, qua adhuc uoce poteris dicere: *debet non esse episcopus Athanasius Alexandrinorum, sed Georgius,* quando uideas te et Georgium uel cunctos consacrilegos uestros non esse aliud nisi fures ac latrones? suos deus seruos pastores esse uoluit supra gregem, ut te ac tuos cognoscentes latrones esse ac fures pellerent.

XXVI. Sed tu idcirco te ac tuos pulsis nobis dei ordinatis iudicio praeesse gregi dominico censuisti, quo possis libere in dei grassari gregem. cum sis talis, mirari non poterimus quia dixeris puniendum absentem dei cultorem. neque enim retinere potueras dixisse dominum: *si diligitis me, mandata mea seruate. et ego rogabo patrem, et alium aduocatum dabit uobis, ut uobiscum sit in aeternum spiritus ueritatis quem mundus non potest accipere, quoniam non uidet illum nec agnoscit;*

11 Ioh. 10, 7—10   27 ib. 14, 15—17

6 herudire   7 hanc *coni. Tilius*   9 preostendeba//ris   blasphemiis *coni. Tilius,* blasphemis *V*   10 comprobares *v*   probant *coni. Tilius nisi* sequentia *pro substantiuo habeatur*   12 quecumque   13 ouos   16 ouilem   17 quia   20 aliut

uos agnoscitis eum, quoniam uobiscum manet et in uobis est. sed dic oro te quomodo possit in nobis habitare spiritus sanctus paraclitus, si tuam uel patris tui fecissemus uoluntatem? infra etiam, *qui audit*, inquit, *praecepta mea et custodit illa, ille est qui me diligit. qui autem me diligit diligetur a patre meo, et ego diligam illum et ostendam illi me ipsum. ait illi Iudas non Scarioth: domine quid factum est, quod manifestas te nobis et non huic mundo? respondit Iesus et dixit illi: si quis me diligit, sermonem meum custodiet et pater meus diliget illum, et ad illum ueniemus et apud eum manebimus. qui non me diligit sermones meos non custodit.* ex his domini pronuntiationibus quam inimicus noster extiteris potest conici: *qui audit mandata mea et custodit illa, ille est qui me diligit.* quomodo dilexisse nos eum monstrabamus, si ut tu mandata eius calcaremus? calcans es etenim dominica mandata, cum quae ille seruari sanxerit tu non tantum non esse seruanda mandes, sed et ipsum negari praecipias. aut quomodo me pater ipsius, propterea quod seruauerim mandata filii eius, amare poterit, si damnem innocentem? dicit filius dei: *si quis me diligit, sermonem meum custodiet, et pater meus diliget illum, et ad illum ueniemus et apud eum manebimus;* et tu dicis, esca ignis, apostata: *damnate innocentem.* quo genere dei diligere inuenti fuissemus filium, si contra mandata ipsius iugularemus uirum iustum? quomodo fieri poterat, ut diligeret nos pater et uenirent pater et filius et mansitare dignati fuissent in nobis, si rescindentes domini mandata tua sacrilegi praecepta custodiremus? conspice, Constanti, inuidus ille amator tuae uoluntatis diabolus a quali nos gloria per te clientem suum pellere temptauerit, nisi nobis domini subueniret pietas, ut te iam non hominem, quem deus fecit ad imaginem et similitudinem suam, sed caenum esse omnium cloacarum con-

4 Ioh. 14, 21—24 13 ib. 14, 21 19 ib. 14, 23

10 aput 11 cus^{to}dit 14 monstrabamur *fort.* 15 cum quae *scripsi,* cumque *V* 16 sancxerit 18 quot 21 aput eum *V.* illum *v* 30 $\overset{u}{\text{t}}$te *V,* te *(om.* ut) *v*

siderantes, calcaremus tuas sacrilegas iussiones. quis etenim nolit nisi uobis Arrianis infelicior a dei unico filio diligi? quis est qui nolit amari ab eius patre? quis qui patris et unici eius filii templum esse recuset? quae utique consequi non potest qui sicut tu et homicida fuerit et sacrilegus; consequi sane tu etiam poteris, si conuersus uere paeniteaeris. dicit adhuc dominus: *hoc est mandatum meum, ut diligatis inuicem, sicut dilexi uos. maiorem hanc caritatem nemo habet, ut animam suam ponat pro amicis suis. uos amici mei estis, si feceritis quod praecipio uobis. iam non dico uos seruos, sed amicos,* et iterum: *non uos me elegistis, sed ego uos elegi et posui uos, ut eatis et fructificetis et fructus uester maneat et quodcumque a patre meo petieritis in nomine meo det uobis.*

XXVII. Quomodo poterimus esse amici unici filii dei, si contra interdictum illius pietatis damnauerimus absentem, interfecerimus innocentem? quomodo fructus noster augmenta crementorum facere poterit? quomodo quicquid petierimus in nomine eius accipiemus a patre, si, ut tu cogebas, non solum cultorem eius puniremus, sed et ipsum negaremus? Tito uiro deo dicato scripsisse beatum apostolum non inueneras de episcopi inreprehensibili officio, quod sit dignum praebere deo, ut homicidas nos effici cuperes? *huius rei gratia reliqui te Cretae, ut ea quae deerant corrigas et constituas per ciuitates presbyterium, sicut ego tibi disposui, si quis est sine crimine, unius uxoris uir, filios habens fideles, non in accusationem luxuriae aut non subiectum; oportet enim episcopum sine crimine esse sicut dispensatorem dei, non proteruum, non iracundum, non uinolentum, non percussorem, non turpilucrum, sed hospitalem, benignum, sobrium, iustum, sanctum, continentem, amplectentem id quod secundum doctrinam est fidem uerbi, ut potens sit exhortari in doctrina et contradicentes*

7 Ioh. 15, 12—15 11 ib. 15, 16 22 Tit. 1, 5—11

6 poenitueris *v* 8 hanc caritate *coni. Cotelerius in not. ad Apophthegm. patrum p. 621* 21 praeberi *fort.* 24 praesbyterium *V.* presbyteros *ex gr. Latinius* 26 luxoriae

reuincere. sunt enim multi etiam non subditi, uaniloqui et deceptores, maxime qui ex circumcisione sunt, quos oportet redargui, qui uniuersas domos euertunt docentes quae non oportet turpis lucri gratia. cum igitur talem uoluerit episcopum fieri, qui hanc tenentem uiueret uiam iustitiae, qua tu auctoritate ad excludenda mandata beati apostoli noua praecepta dare dignatus es? ea uidelicet quae ex diaboli esse noscantur orta uoluntate. apostolus me non iracundum, non percussorem uult fieri, et tu me homicidam uis effici. quibus ex rebus potest colligi spiritum sanctum locutum ore beati apostoli, spiritum uero nequam locutum ore uestro Arrianorum. conspicis interea mandasse apostolum, ut uos ueritati resistentes indentemini episcopi interuentu, ut per sanam doctrinam uestra punita esset blasphemia. non ad hoc beati apostoli protuli dictum *oportere episcopum sine crimine esse,* ut me peccatorem negarem, cum et meam norim conscientiam et dicere audiam Iob illum iustum: *quis enim mundus a sordibus? nemo, etiam si unius diei sit uita eius in terra,* Iohannem etiam beatum aduertam dicere: *si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus et ueritas in nobis non est.* non ergo idcirco apostoli praeceptum protuli, ut qui meminerim me peccatorem praedicarem esse sine sordibus, sed ut tu quam sit malum quod praeceperis fieri posses aduertere. *iuuenes,* inquit, *similiter hortare, ut sobrii sint in omnibus, per omnia te ipsum formam praebens bonorum operum, in doctrina, in integritate, in grauitate, in sermone sanum, inreprehensibilem, ut aduersarius reuereatur, nihil habens quod dicere malum de nobis.*

XXVIII. Quomodo me formam bonorum operum aliis praebuissem, si sanguinem dei serui fudissem? quomodo doctrinam integram quam tradiderunt apostoli praedicantem me dei

17 Iob 14, 4. 5   19 I Ioh. 1, 8   24 Tit. 2, 6—8

5 tenens *exspectes*   8 horta   13 indentemini *idem uidetur significare quod* infringamini; *nihili est quod coniciunt* indeptemini *Cangius*. integerrimi *Tilius*   18 un^{i}us   22 esse] me esse *exspectes*   27 quid *v*

populus cognosceret, si haeresim tuam suscepissem. si denique uel in hypocrisi satellitis tuis pseudoepiscopis Arrianis communicarem? quomodo possit sermo meus proferri sanus, inreprehensibilis, si euangelicam atque apostolicam deserens fidem tuam suscepissem blasphemiam? quomodo aduersarius reuereri potuerat? quomodo de me nihil possit dicere mali, cum, si tibi adquiescendum censuissem, et homicidam et sacrilegum me factum conprehendisset? iterum cum moneret seruos dominis suis subditos esse debere, *inluxit enim*, inquit, *gratia dei saluatoris nostri omnibus hominibus, corripiens nos, ut abnegantes impietatem et saecularia desideria sobrie et pie et iuste uiuamus in hoc saeculo, expectantes beatam spem in aduentum gloriae magni dei et saluatoris nostri Iesu Christi, qui dedit pro nobis se ipsum, ut liberaret nos ab omni iniquitate et mundet sibi populum abundantem, aemulatorem bonorum operum.* cum in his nos ambulare praeceperit bonis operibus, quid tibi uisum est, ut inuitaris ad homicidium faciendum? quomodo etenim abnegantes inpietatem pie et iuste uiuentes conspici potueramus, si tecum fudissemus innocentis cruorem? sed et cum dicat idcirco se pro peccatis nostris tradidisse dominum, ut nos eriperet ab operibus satanae et constitueret ad hoc, ut aemulatores essemus bonorum operum, si opus istud tuum et nos tecum perpetrati fuissemus, in qua essemus parte nisi in qua sit Cain? *inluxit enim*, inquit, *gratia dei saluatoris nostri omnibus hominibus, corripiens nos, ut abnegantes impietatem ac desideria saecularia sobrie et iuste et pie uiuamus in hoc saeculo.* et Constantius tu imperator dignaris dicere, simus impii, scelerati, perditi, maligni, iniqui, iniusti. ubi hanc spem inueniam beatam quam me expectare oportere docet apostolus beatus, si non solum ipsius, qui omnem beatitudinem tribuere potens est, seruos interemero, sed et ipsum negauero? tu et-

9 Tit. 2, 11—14 24 ib. 2, 11. 12

2 epochrisi satellitibus *coni. Tilius* 7 atquiescendum 12 in] et *Latinius* 14 mundaret *coni. Latinius* 17 inuitares *fort.* 18 iustae 26 sobriae et iustae et piae 29 oportere *om.* *r*

enim utrumque facis, Constanti, quia et seruos eius persequeris atque interficis et ipsum deserens idolis te mancipandum censueris. cur ista geris, nisi quia tibi non inluxerit gratia dei saluatoris nostri? si enim inluxisset, meminisses apostoli dicentis praeceptorum: *uidete itaque quomodo caute ambuletis, non quasi insipientes, sed ut sapientes, redimentes tempus, quia dies mali sunt. propterea nolite effici inprudentes, sed intellegentes quae sit uoluntas domini.* si uoluntas est domini interficere innocentem, derelinquere fidem euangelicam, poterit non solum haec pars, sed et totum corpus epistolarum beati apostoli tuis patrocinium praebere praescriptionibus; sin fauet praescriptionibus tuis nulla pars sacrarum scripturarum, est luce clarius manifestum te sub tenebrarum degere potestate; unde et effectum sit, ut nihil de sacris scripturarum hauseris fontibus, quod te potuisset a tantis remouere periculis. si enim non te potestas tenebrarum sub sui redegisset ditione, profecto retineres quae Philippenses audiunt: *coimitatores mei estote, fratres, et obseruate eos qui sic ambulant, sicut habetis formam nostram. multi enim ambulant, quos saepe dicebam uobis, nunc autem et flens dico, inimicos crucis Christi, quorum finis est interitus, quorum deus uenter est, et gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt.*

XXVIIII. Dicas cupio, prudentissime imperator, in quibus debemus effici coimitatores apostoli, doce apostata, si homicida fuit apostolus, si blasphemus, si euangelicae fidei destructor, si sacrilegus; haec etenim omnia et antequam credidisset in unicum dei filium fecisse se profitetur. tu uero qui haec facis hodie quae ille ante agnitionem unici dei filii faciebat, qua de re ausus fuisti iubere nobis domini sacerdotibus, ut innocentem condemnaremus, ut haeresim tuam suscipientes apostolicam fidem despueremus? tu qua de re haec fieri praecepisti quae contra formam apostoli sunt pro-

5 Eph. 5, 15—17 17 Phil. 3, 17—19

11 sin *(an* sin iis?) *scripsi,* sinus V, sin minus *v;* sin minus ulla *coni. Latinius* 30 condempnaremus

lata. nisi quia sis ex inimicis crucis Christi, ex illis qui iam tunc designati fueratis ore sancti apostoli? tene ac tuos audiremus, quorum finem dicit apostolus esse interitum? ut illos tuos satellites qui derelinquentes formam traditam disciplinae et regulam fidei per apostolos tibi semet turpis lucri gratia tradiderint, illos qui plus mensae tuae copias fecerunt quam ea quae promittit suis dominus, illos qui tui esse conuiuae delegerint quam patriarcharum prophetarum apostolorum uel martyrum, ad quos dicitur rectissime: *uester deus uenter est. examinate*, dicit apostolus, *bonum continete, ab omni specie mala continete uos*; et quia uiderimus maledictam operam uestram Arrianorum et uitauerimus, odio laboramus. sed quam pulchrum est quamque iucundum a te odiri, amari uero a deo. reppulisti nos e re commissa nobis, arbitratus potuisse te quod deus aedificauit destruere. *unicuique autem nostrum*, ait Ephesiis scribens, *data est gratia secundum mensuram dignationis Christi, propter quod dicit: ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. quod autem ascendit, quid est nisi quia et descendit in inferiora terrae? et qui descendit ipse est et qui ascendit super omnes caelos, ut adimpleret omnia. et ipse dedit quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas, quosdam uero euangelistas, quosdam autem pastores et doctores ad consummationem sanctorum in opus ministerii, in aedificationem corporis Christi, donec occurramus omnes in unitate fidei et agnitione dei in uirum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis Christi, ut iam non simus paruuli fluctuantes et circumferamur omni uento doctrinae, in nequitia hominum, in astutia ad remedium erroris. ueritatem autem facientes in caritate crescamus in illo per omnia qui est caput Christus, ex quo totum corpus compactum et connexum per iuncturam subministrationis in mensuram uniuscuiusque partis incrementum corporis facit in aedificationem sui in caritate.*

9 I Thess. 5, 21. 22 15 Eph. 4, 7—16

6 pluris *exspectes* 10 examinate] omnia *ex gr. add. Latinius* 13 iocundum 16 dignationis] donationis *Latinius*

XXX. Cum haec ita esse legis, cur fuisti ausus tollere pastores quos gregi suo deus uoluerit praeesse? cur? nisi ut tecum omni uento doctrinae possent dei circumferri supra dominicum gregem pastores. ne fuissent ducti tamquam paruuli omni uento doctrinae accedentes ad fidem? ne uestra nequissimorum hominum astutia ad diaboli principis uestri remedia recederent ab apostolica euangelicaque fide? tulisti episcopos e plebibus quibus praesumus diuina dignatione, ad hoc utique ut doceres doctrinam non apostolicam sed haereticam. uae tibi misero, per quem haec gerit satanas. inueneras homo sapiens colorem aptum fallaciae tuae, quonam modo posses dei oues patri tuo defendere, qui tibi, ut in his demoreris malis, iam illis iaculis quibus Euae et Adae mentes sauciauit cor tuum iaculauit, ad hoc uidelicet, ut in hac temet prauitate constitueret. inueneras, inquam, homo sapiens colorem aptum fallaciae tuae, quonam modo posses dominicum depopulare gregem, dicens: *peccauit Athanasius, et idcirco qui illum mecum interemerit erit episcopus; qui insuper habendum censuerit non erit;* et qui damnabant Athanasium iungebantur pseudoepiscopis dogmatis tuae Arrianae. si qui tuam metuentes iram hoc egissent, triplex per te homicidam atque sacrilegum incurrebant crimen, siue quod innocentem damnarent siue quod catholici haereticis communicarent et in gregem dei uos lupos intrare sinerent, cum dicat apostolus, idcirco datos pastores, ut omnis daemonum doctrina, quae per uos haereticos et omnes aduersarios ecclesiae profertur, fuisset exclusa atque in ueritate currentes dei serui eo usque mansissent inmobiles, donec ad summam uenirent perfectionem: et tu tenebra auferre dignatus es pastores iudicio constitutos dei, quo possis tu lupus conuertere cunctos in diaboli amatoris tui praedam. *ut iam*, inquit, *non simus paruuli fluctu-*

31 Eph. 4, 14. 15

3 tecum *scripsi*, te cum *V* uenta circumferri *scripsi*, circumferre *V* 4 pastores, ne — doctrinae? Accedentes — fide, tulisti *uulgo disting.* 7 reciderent *fort.* 12 deferre *coni. Gallandius, sed cf. Tertull. de uel. uirg. c. 6* 15 contitueret 20 tui Arriani *exspectes, sed cf. p. 148, 20* 23 catholicae

antes et circumferamur omni uento doctrinae, in nequitia hominum, in astutia ad remedium erroris. ueritatem autem facientes in caritate crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus. quomodo possemus crescere in illo, si te secuti tenebram fuissemus, cum sis negans illum uerum deum esse, cum dicas illum non natum de substantia patris, sed astruas factum ex nihilo? quomodo potueramus crescere in illo qui non ambulaturi eramus in ueritate, ex quo te fuissemus apostatam secuti? deinde cum dicat: *ueritatem facientes crescamus in caritate,* et sit manifestum criminibus falsis petitum dei sacerdotem per te ac tuos Athanasium, si ea quae imperas fecissemus, quomodo aut in ueritate aut in caritate currere conspecti fuissemus qui et caritatem extinxissemus quam tenemus cum coepiscopo nostro Athanasio? et quia falso temperassemus crimini, et ipsi tibi fallaci in innocentis necem iuncti tecum mereremur diuina indignatione percuti. sic ergo, Constanti, aedificatur domus dei per fallaciam, per sanguinis innocentium fusionem, per praedicationem blasphemam? uae tibi qui ad hoc sis uiuens, ut haec cuncta mala per te gerat diabolus.

XXXI. Tu mihi dicis: *puni innocentem, derelinque fidem catholicam atque suscipe uenena haeresis meae,* et est apostolus dicens: *hoc itaque dico et testificor in domino, ut non amplius ambuletis, sicut et gentes ambulant in uanitate mentis suae, obscurati in intellectu, alienati a uita dei, per ignorantiam quae est in illis, propter caecitatem cordis ipsorum.* cui oboediam uestrum? tibine an apostolo? tibine apostatae sacrilego an illi qui iam fudisse sanguinem propter unicum dei inueniatur filium? quem uestrum sequar? tene templum daemonum an illum dei templum? te qui operibus tuis aut Iudaeum aut ethnicum esse declaras an illum qui iam consecutus sit per hanc quam execraris fidem regna caelestia?

9 Eph. 4, 15 23 ib. 4, 17. 18

7 poteramus *coni. Latinius* 13 extincxisemus 25 in *om. v* 28 sacrilegio 32 regni *m. 1*

si enim non tu operibus tuis gentilem te esse manifestas, poteris defendere, quod enim non digne haec te contra proferantur. primo quia sis negans dei filium, gentilis aut Iudaeus nobis es; deinde cum proscribis deportas torques falsis criminibus innocentes oneras interficis, non inueniri poteris Christianus qui per uiam suam dei esse homo cognoscatur, sed utique unus de illis, de quibus per apostolum dicit dei spiritus, quod enim sint *in uanitate mentis suae, insensati, alienati a uita dei per caecitatem cordis ipsorum.* quando ergo haec caecati gerere corde uoce apostoli manifestentur quae tu geris, qua fronte audes sanis corde ac mente dicere: *errastis,* fallax ueracibus: *mendaces estis?* apostolus, *sicut est ueritas,* dicit, *in Iesu, deponentes secundum pristinam conuersationem ueterem hominem eum, qui corrumpitur secundum concupiscentiam erroris. renouamini autem spiritu sensus uestri et induite nouum hominem, qui secundum deum creatus est in iustitiam et sanctitatem et ueritatem. deponentes mendacium loquimini ueritatem unusquisque ad proximum suum.* ubi haec praetermisisti monita salutaria quae nos custodire hortatur apostolus? quomodo etenim deposuisse ueterem hominem et nouum hominem eum, qui secundum deum sit, induisse reperiri potueramus? quomodo manentes in iustitia et sanctitate et ueritate conspecti fuissemus qui iniusta tecum gerentes eum nouum hominem, qui sit creatus secundum deum, extinxissemus et illum ueterem, qui corrumpitur secundum erroris concupiscentiam, ut ante corrumpebatur quam deum nosse coepisset, iterum portare coepissemus? ista etenim cuncta faciunt quae tu facis non dei domestici, sed satellites antichristi: *deponentes mendacium loquimini ueritatem unusquisque ad proximum suum, quia sumus inuicem membra.* si fuisses de ecclesiae dei membris, mihi crede quod numquam mendacium pertulisses ad ecclesiam; ⟨ni⟩si quia sis illius homo, qui de-

8 Eph. 4, 18 12 ib. 4, 21—25

11 erra∗stis 18 praetermisisissemus *ut a* quomodo etenim *enuntiatum principale incipiat Gallandius* 21 repperiri 24 extincxissemus 32 nisi *scripsi,* si *V,* sed *coni. Latinius*

ceperit Adam per fallaciam et Euam, idcirco pertulisti mendacium, ut nos sic circumscriberes, quomodo circumscripserit diabolus primoplastos homines: tu dixisti: *damnate Athanasium, quia grauiter deliquit, alioquin in reatu eritis maximo apud deum. suscipite Arrii fidem, et uiuctis in aeternum.*

XXXII. Accipe quae etiam amantissimus tibi circa Adam et Euam egerit. et inuenies haec te nunc gerere circa nos quae et ille tunc gesserit circa illos. *et erant*, inquit in Genesi Moyses, *ambo nudi tunc Adam et mulier eius, et non confundebantur; serpens autem erat sapientior omnibus bestiarum quae erant*, et infra: *et dixit serpens mulieri: quid quia dixit dominus deus ne edatis ex omni ligno quod est in paradiso? et dixit mulier serpenti: ex omni ligno quod est in paradiso edemus, de fructu autem ligni quod est in medio paradiso, dixit deus, non manducabitis ex eo, sed nec tangetis eum, ne moriamini.* dicimus tibi loco serpentis persuadenti nobis, ut ⟨in⟩auditum damnemus, ut innocentem iugulemus: praecepit dominus innocentem et iustum non interficiendum. *et dixit serpens mulieri: non moriemini. sciebat enim deus quia quacumque die manducaueritis ex eo, aperientur oculi uestri, et eritis sicut dii scientes bonum et malum.* dicentem itaque istum serpentem per te ad nos: *magis eritis iusti, si fuderitis sanguinem iustum, magis eritis beati, si apostolicam euangelicamque anathematizantes fidem Arrianam susceperitis perfidiam* *** calcatur propitio deo in te quidem iam a nobis fallaciam ipsius scientibus. sed tibi nos dolere est testis deus, propterea quod per te semet constituerit ad nos circumscribendos; constat etenim tunc per semet ipsum adgressum Adam et Euam. deprecor te ne haec grauiter accipias quae salutis tuae causa proferantur. dolere etenim te arbitror quod dixerim

8 Gen. 2, 25 11 ib. 3, 1—3 18 ib. 3. 4. 5

6 accipite *v* 8 inquid 10 omnium *fort.* bestiis *coni. Tilius* 12 paradyso 14 paradyso *V*, paradisi *v* 17 auditum damnaemus 22 magis — iustum *bis exhibet* 24 anatimatizantes 25 *post* perfidiam *uerbum quale* respuimus *intercidisse uidetur* 26 delere *v*, dolore *V*

per te nos adgressum serpentem et quod te multis in locis inter eos posuerim qui fuerint dicti serpentes. considera operam tuam et illorum et, si non unum uos esse cognoueris corpus, dicito me non iuste haec dicere. tuos magistros in perfidia Iudaeos audis certe in sacris euangeliis serpentes saepe dictos a domino: *serpentes generamina uiperarum.* unde hoc nomine uocari meruerunt? certe propter nequam opus illorum, certe propter incredulitatem suam. inde et Iohannes baptista, *progenies uiperarum,* dicit ad eos, *quis monstrauit uobis fugere ab ira uentura? facite ergo dignos fructus paenitentiae.* ut ex illis ergo, qui in unicum crediderunt filium dei, qui uias correxerunt suas, meruerint filii effici lucis, alii uero serpentes dicuntur, ita et tu, nisi fructus feceris dignos paenitentiae, nisi tuas uias correxeris, filius uiperae atque serpentis diceris. quis etenim dei seruorum non te homicidam atque blasphemum esse cernens non eo uocet nomine quo uocentur Iudaei? quis te e deum timentibus dubitabit quod es pronuntiare, quando uideat scribas, Pharisaeos et principes Iudaeorum idcirco serpentes dici, quia et prophetarum fuderunt sanguinem et unicum negauerint dei filium?

XXXIII. Cum haec ita se habeant, superest ut factorum tuorum geras paenitentiam, aduertens deum suae clementiae misericordiam omnibus a uiis recedentibus malis praestitisse, habens formam Nineuitarum, quos si fueris imitatus, ita opem misericordiae consequaris necesse est. quos circa accipe quae fuerint gesta uel ipsi praedicatione Ionae territi quae fecerint. *praeceptum est,* inquit sacra scriptura, *ceto, et reiecit Ionam super terram. et factum est uerbum domini ad Ionam iterum dicens: surge et uade in Nineue ciuitatem magnam et praedica in ea secundum praedicationem priorem quam ego locutus sum ad te. et surrexit Ionas et abiit in Nineue secundum*

6 Matth. 23, 33 9 ib. 3, 7. 8 27 Ion. 2, 11 — 4, 2

9 monstrabit 10 fructos 15 non *suspectum habet Latinius* 17 e *om. v*, esse *Latinius* quod es *coni. Coleti*, quo es *Vr*, quod potes *Lugdunenses* 24 niniuitarum *et l. 29 et 31* niniue 25 quocirca *v* 27 regecit

quae locutus est dominus ei. erat autem Nineue ciuitas magna adeo sicut iter tridui. et coepit Ionas introire in ciuitatem sicut iter diei unius, et praedicauit et dixit: adhuc triduo, et Nineue subuertetur. et crediderunt uiri Nineuitae deo et praedicauerunt ieiunium et uestierunt se cilicia a maximo usque ad minimum eorum. et peruenit uerbum usque ad regem Nineue, et surrexit de sede sua et abstulit a se stolam suam et circumdedit se cilicium et sedit super cinerem. et praedicatum est a rege Nineue et a magistratibus illius, dicens: homines et pecudes et boues et oues nihil gustent, sed nec uescantur et aquam non bibant. et circumdederunt se cilicia homines et proclamauerunt homines et pecudes apud deum instanter, et reuersi sunt unusquisque a uia sua mala et ab iniquitate manuum suarum, dicentes: quis scibit si paenitebitur deus et auertet ab ira furoris sui et non peribimus? et uidit deus operam illorum, quia reuersi sunt unusquisque a uia sua mala. et paenituit deum de malignitate, qua locutus est facere eis, et non fecit. et contristatus est Ionas tristitia magna et confundebatur, et orauit apud deum dicens: o domine, nonne haec sunt uerba mea, cum adhuc essem in terra! ideo praeoccupaueram fugere in Tharsis, quoniam sciui quia tu miserator et beniuolus patiens et misericors et paenitens in malignitatibus, et infra: *et dixit deus ad Ionam: si ualde contristatus es tu super cucurbitam, ualde contristatus sum usque ad mortem. et dixit dominus: tu pepercisti cucurbitae, in qua non laborasti, neque nutristi eam, quae sub nocte nata est et per noctem perit. ego autem non parcam in Nineue ciuitatem magnam, in qua habitant plus quam centum uiginti millia hominum qui non sciuerunt dexteram aut sinistram?* et tuam, Constanti, operam malignam si reiecisse te uiderit deus, si

23 Ion. 4, 9—11

1 que 2 adõ 3 un[i]us 4 niniuite 5 cilicio *v* minim[u]om 9 ninaeue 11 homines et pecudes et proclamauerunt homines apud *coni. Coleti* 17 quam *Sabatier* 25 et dixit: ualde *Latinius*

uias suas perditas correctas perspexerit et te in omnibus reformatum esse uiderit, mihi crede quia in ingenti felicitate esse inter dei famulos incipies.

XXXIIII. Habes praeterea beatissimi Pauli apostoli exemplum, ne forte ut ille geras haec per ignorantiam, quod enim, mox ut te conuerteris ad unicum dei filium confitendum, ueniam tuorum facinorum ut illi ita tibi sit tributurus. ipsum sequere, ipsius adprehende uiam, ipsum Philippensibus loquentem audi et quisnam fuerit ante agnitionem et quantam beatitudinem post agnitionem consequi meruerit. *si quis autem putat se fiduciam habere in carne, ego magis circumcisione octaua die de genere Israel, tribu Beniamin, Hebraeus ex Hebraeis, secundum legem Pharisaeus, secundum zelum persequens ecclesiam, secundum iustitiam quae in lege est conuersatus, cum essem sine querella. quae mihi fuerunt lucra haec existimaui propter Christum detrimenta. uerumtamen omnia arbitror detrimentum esse propter eminentiam scientiae Christi Iesu domini nostri, propter quem omnia detrimentum passus sum et arbitror stercora, ut Christum lucrificiam et inueniar in illo, non habens meam iustitiam quae est ex lege, sed illam quae per fidem Iesu Christi, quae ex deo est iustitia in fide, ad agnoscendum illum et uirtutem resurrectionis eius et communicationem passionum eius, cooneratus morte ipsius, si quo modo occurram in resurrectionem eius quae est a mortuis.* sicut et iam dictum est, istum imitare, istum sequere, ut, quia et ille fuerat quod tu nunc, hoc est persecutor ecclesiae, negator unici filii dei, inueniaris sic ad consequenda regna caelestia fuisse conuersus, a perfidia ad fidem suscipiendam catholicam, sic te transitum fecisse de morte ad uitam. illum etenim per ignorantiam dei fuisse persecutum ecclesiam adhuc accipe etiam Timotheo aperiente de semet ipso: *scimus autem quoniam bona est lex, si quis ea legitime utatur, sciens*

10 Phil. 3, 4—11 31 I Tim. 1, 8—14

7 illa *m. 1* 15 quaerella 18 detrimenta *v* 19 lucrifaciam *v* 23 conformatus morti *Latinius* 25 imitari

hoc quia iusto lex non est posita; iniustis autem et inoboedientibus et impiis et peccatoribus et scelestis et profanis, patricidis et matricidis, homicidis, inpudicis, masculorum concubitoribus, plagiariis, mendacibus, periuris et si quid aliud sanae doctrinae aduersatur, quae est secundum euangelium gloriae beati dei quod creditum est mihi. et gratias ago ei qui confortauit me Christo Iesu domino, quod fidelem me aestimauit, ponens in ministerium qui prius fueram blasphemus et persecutor et iniuriosus; sed misericordiam sum consecutus, quod ignorans feci in incredulitate. superabundauit autem gratia domini nostri cum fide et dilectione, quae est in Christo Iesu. ita et tu ex persecutore, ex iniurioso et blasphemo beatus et uere deo carissimus effici poteris, si ut Paulus beatus uerum dei filium esse Iesum Christum credideris, si semper illum cum patre regnasse ac regnaturum, hoc est sine initio et sine fine confessus fueris, si unam aeternitatem habere patrem et filium et spiritum sanctum clamantibus sacris scripturis non restiteris, si denique unam habere deitatem patrem ac filium et spiritum sanctum credideris; crede mihi quod futurus sis in choro patriarcharum prophetarum apostolorum ac martyrum, alioquin tibi inputaturus, cum te torqueri cum diabolo et omnibus satellitibus eius uidere coeperis, cur has tam salubres admoni⟨ti⟩ones nostras despexeris.

2 parricidis *r* 4 quit 23 ceperis admoniones DE ATHANASIO LIB̃ ⋮ EXPLICIT

V.

DE NON PARCENDO IN DEVM DELINQVENTIBVS.

I. Superatum te, imperator, a dei seruis ex omni cum conspexisses parte, dixisti passum te ac pati a nobis contra monita sacrarum scripturarum contumeliam: dicis nos insolentes exstitisse circa te quem honorari decuerit. si quisquam dei cultorum pepercit apostatis, sint uera quae dicis de nobis. unde ordiamur, ut tu nunc a nobis corriperis, ita esse correptos omnes erraticos per dei cultores, quo probare possimus? unde nisi a Mosi dei serui actibus? legimus in Exodo ascendisse montem Mosen post testamentum sibi traditum et plurimos interfecisse eorum propter idololatriae reatum. *stetit*, inquit, *Moses ad portas castrorum et dixit: quis ad dominum paratus? ueniat ad me. et conuenerunt ad eum omnes filii Leui et dixit eis: haec dicit dominus deus Israel: ponite unusquisque gladium suum in femore suo et pertransite et reuertimini a porta usque ad portam per castra, et occidite unusquisque fratrem suum et unusquisque propinquum suum et unusquisque proximum suum. et fecerunt filii Leui sicut dixit eis Moses. et ceciderunt de populo in illa die quasi tria millia hominum. et dixit eis Moses: inplestis hodie manus domino unusquisque in filio aut in fratre dari in uobis benedictionem.* sumus tibi contumeliosi ut fuit Moses populo insulso illi: neque illis placebant illa quae dicebantur aut fiebant a Mosi, quando iam delegissent non seruire deo qui eos eripuisset de potestate

13 Ex. 32, 26—29

2 INCPT LIB̃ de NON PARCENDO IN dñi DELINQUENTIB: LIB̃ I   8 de *r*, e *V*   11 Mosis *r*   25 Mose *r*

Pharaonis, sed illi uitulo quem illis fuderat ignis. ita et tu iam non deo mancipatus, sed Arrii idololatriae, qui errasse arguaris, indigne fers, contumaces nos clamitas, dicis indignum nos circa te facinus perpetratos, ut imperatori Romani regni dicere auderemus: *male, Constanti, facis idololatriam introducere in ecclesiam.* Moses primus prophetarum ille deo amantissimus gladio est persecutus eos quorum te instituisti imitatorem, et ego contumax esse notor a te, quia dixerim deum te dereliquisse et idololatriae temet mancipasse? adhuc filios Israel fornicatos clamat sacra scriptura in filias Moabitarum et quod uocati ab eis manducauerunt immolata idolis et eadem adorasse idola; contra quos quia ita exarserit zelo deuotionis incensus Finees sacerdos, propterea uel maxime quod gladio idololatres media in synagoga interemerit, adeo placuit deo, ut sit scriptum ad hoc factum domini indignantis quieuisse iram et ipsum nimio praecipuum apud dominum effectum: *et locutus est dominus ad Mosen dicens: Finees filius Eleazar filii Aaron sacerdotis conpescuit iram meam a filiis Israel, in eo quod zelatus est zelo in eis, et non ἐξανήλωσα filios Israel in zelo meo. et ecce dabo ei testamentum meum, testamentum pacis ei et semini eius cum ipso in testamentum sacerdotii aeternum, quoniam zelatus est deo suo et exorauit pro filiis Israel.* et tu nos arbitraris contumaces, quia tibi erranti uera dicamus? existimas, cum tibi displicemus, non nos tunc deo placere? sed oro te dicas, Constanti, qua auctoritate uiam iustorum patriarcharum prophetarum apostolorum ac martyrum nos uolueris deserere et conprehendere istam tuam nouam quam per Arrium instituerat diabolus. numquidnam somnio es admonitus et dictum est ad te, ne patiaris Christi nos tenere uiam quam tenuerunt Abel, Enoc, Noe,

17 Num. 25, 10—13

9 athuc 10 scribtura 11 manducauerint *r* 14 idololatras *Latinius* 15 scribtum 18 /a'/aron 19 et *scripsi, ut V in ras. m. alt.* ΕΞΑΝΕΛΟΥCΑ *V, sed in mg. m. alt.* occiderem; *καὶ οὐκ ἐξανήλωσα LXX* 27 martirum; *item infra*

Melchisedec, Abraham, Isaac et Iacob, Ioseph, Moses, Aaron, Iesus Naue, Iob, Iudices et ceteri reges, hoc est Dauid, Iosaphat, Ezechias, Iosias, quam tenuerunt cuncti prophetae apostoli ac martyres, quam tenuerunt omnes qui deo inueniuntur placuisse?

II. Si hoc tibi a daemonum dictum est principe, audi quid fieri deus statuerit de te per gloriosum prophetam Mosen: *si autem surrexerit in te propheta aut somnium somnians et dederit signum aut prodigium et uenerit signa faciens aut prodigia et dixerit ad te dicens: eamus et seruiamus dis alienis quos nescitis, non audietis uerbum prophetae illius aut somniantis, quoniam temptat dominus deus uos uidere, si diligatis dominum deum uestrum ex toto corde uestro et ex tota anima uestra. post dominum deum uestrum abibitis et ipsum timebitis, et mandata eius custodietis et uocem eius audietis, et illi adponemini. et propheta ille aut somnium somnians, illi moriantur. locuti sunt enim seducere uos a domino deo uestro.* cognoscis quid pati iussus sis? siue etenim te somnio dicas admonitum siue te prophetam uelis adstruere nobis, inimicus dei es, qui uelis nos fidem apostolicam derelinquere atque suscipere eam quae negat unicum dei filium. illos etenim cunctos quos recitaui, propterea quod credentes fuerint in unicum dei filium, tantos ac tales effectos est clarum, siquidem *qui non crediderit in filium nec patrem habeat, qui uero credit in filium et patrem et filium habeat.* haec cum uox sit beati Iohannis, cum quo quia sit faciens chorus sanctorum apostolorum, omnes utique debes intellegere, sicut crediderunt apostoli, quod sic ante fuissent credentes patriarchae atque prophetae, sic cuncti qui fidei merito honorati esse noscantur. neque enim poteris mihi probare, quia aliter crediderunt Abraham Isaac et Iacob et aliter Iohannes uel omnes coapostoli eius. si enim non ita crediderunt apostoli, ut credi-

8 Deut. 13, 1—5 24 I Ioh. 2, 22. 23

1 a · aron (h *eras.*) 2 hiesus 8 prophetae 10 dis (t *m. alt.*) 16 somnias *m. 1* 17 ille moriatur *Latinius* 21 suscipe *m. 1* 23 effectus 31 isac

derunt patriarchae, cur beatus Paulus omnes ad Abrahae conprehendendam prouocat fidem? sed inquis: *ego te arguo cur insolens sis, cur contumeliosus imperatori extiteris*; *et tu fidei causam retexis.* fidei utique, ut probem te esse sacrilegum, ut probem te a uia deorbitasse ueritatis; hinc contumeliosus tibi uideor, quia dicam tibi deseruisse te iter omnium dei cultorum atque conprehendisse illam quam tenuerunt ac sunt tenentes hi qui non deo, sed phantasiae seruierunt ac sunt seruientes. de te itaque a deo me recedere suadenti accipe quid sanxerit fieri deus per Mosen: *si autem rogauerit te frater tuus ex patre uel matre aut filius tuus aut filia tua aut mulier quae in gremio tuo est aut amicus qui animae tuae par est, clam dicens: eamus et seruiamus dis alienis quos nescis nec patres tui, ex diis nationum quae circa te proxime aut longe, ne uelis ire cum illo et ne audieris eum, non parcet oculus tuus super eum nec salutabis eum nec celabis eum. adnuntians adnuntiabis de eo. manus tuae erunt in eum in primis ad occidendum eum et manus populi tui in nouissimo. et lapidabitis illum, et morietur, quoniam quaesiit absistere a domino deo tuo.* praeceptum te interfici quippe deum me derelinquere inuitantem ignorans dicis: *contumeliam mihi facit Lucifer.* aut negabis te ad idololatriam inuitasse nos suscipiendam? si censes negandum, conuincent te expositiones sectae tuae episcoporum, conblasphemorum uidelicet tuorum; conuincent te libelli recitati a te ac dati Romae episcopis etiam catholicis ad hoc uidelicet, ut omni in loco tua roborari posset blasphemia.

III. Quas incurreris errorum tenebras non sentis? non conspicis quo possis perire modo? quando uideas, cur contra diuina fecerit monita Achar unus e populo, cur furto abstulisset ab Hiericho certam partem uestis argenti aurique, ⟨quod⟩ sic fuerit

10 Deut. 13, 6—10

4 itaque *r* 8 fantasiae 10 sancxerit 13 diis *r* 15 aut proxime aut *r* 20 absistere te *Gallandius* praeceptum esse *Gall.* 25 datis 31 quod *addidi et interrogandi signum p. 213 l. 1 post* non conspicis — modo, quando — morte *sustuli*

multatus morte. quid tibi sit futurum conspice, qui sis negans aeternam unici filii dei diuinam maiestatem. accipe quid circa Achar fuerit celebratum et tandem consule tuae saluti. redi ad dei ecclesiam, a qua te per Arrianos abigauit coluber ille refuga qui uerterit Adam quoque et Euam: *et erat*, inquit, *dominus cum Iesu, et erat nomen eius super uniuersam terram. et neglexerunt filii Israel neglegentia et fraudauerunt fraude de anathemate. et indignatus est ira dominus filiis Israel. et misit Iesus uiros in Ge, quae est coniuncta Bethel, dicens: considerate Ge. et ascenderunt uiri et considerauerunt Ge. et reuersi sunt ad Iesum et dixerunt ad eum: non ascendat omnis populus, sed duo uel tria milia uirorum ascendant et deuastent ciuitatem. ne inducas illo uniuersum populum, pauci enim sunt. et ascenderunt cum illo fere tria millia uirorum, et fugerunt a facie uirorum qui erant in Ge. et occiderunt ex ipsis uiri Ge triginta sex uiros, et persecuti sunt illos a porta et contribulauerunt illo in procliuo, et expauit cor populi, et factum est ut aqua. et conscidit Iesus uestimenta sua, et procidit Iesus in faciem ante deum usque ad uesperum, ipse et seniores Israel, et miserunt puluerem super capita sua, et dixit Iesus: precor, domine, ut quid transiecit puer tuus populum istum Iordanem tradere eum Amorrhaeo. perdere nos? si mansimus in terra, commorati sumus apud Iordanem. et quid dicam, quod conuertit Israel dorsum contra inimicum suum? et audiet Chananaeus et omnes qui commorantur terram, et circumibunt nos et contribulabunt nos a terra. et quid facias nomen tuum magnum? et dixit dominus ad Iesum: surge, ut quid tu procidisti in faciem tuam? peccauit populus et transgressus est testamentum meum quod disposui ad eos, et furati sunt de anathemate et miserunt in uasa sua. non poterunt filii Israel resistere contra*

5 Ios. 6, 26 — 7, 26

6 hiesu 7 nelexerunt 9 que 11 hiesum 13 diuastent *m. 1* illo *scripsi*, illos *Vr*, illuc *coni. Latinius* 23 amorreo 24 aput 25 chananeus

faciem inimicorum suorum, dorsa conuertent in conspectu inimicorum, quia facti sunt anathema. non ero ultra uobiscum, nisi abstuleritis anathema ex uobis ipsis. surge, sanctifica populum et dic. sanctificetur in crastinum. haec enim dicit dominus deus Israel: anathema est inter uos, non poteritis resistere contra inimicos uestros usque dum auferatis anathema ex uobis ipsis. et conuenite mane omnes per tribus, et erit tribus quae ostensa fuerit mane per deum, adducite per plebes, plebem quam ostenderit dominus offerte per uirum, et quisquis ostensus fuerit per dominum, cremabitur igni et omnia quae sunt eius, quia transgressus est testamentum domini et fecit iniquitatem in Israel. et uigilauit Iesus mane et obtulit populum per tribus, et ostensa est tribus Iuda. et oblati sunt per plebes, et ostensa est plebs Zara. et obtulit plebem Zarae per domus, et ostensa est domus Iambri. et oblata est domus per uiros, et ostensus est Achar filius Charmi filii Iambri. et dixit Iesus ad Achar: da honorem hodie domino deo Israel et da confessionem et indica mihi quid feceris et ne celaueris me. et respondit Achar ad Iesum et dixit: uere peccaui ante conspectum domini dei Israel, taliter et taliter feci. uidi in praeda uestem uariam optimam et ducenta argenti didragma et ligulam unam auream quinquaginta didragmorum, et concupiui eam et sustuli, et ecce haec abscondita sunt in tabernaculo meo et argentum absconsum est sub ipsis. et misit Iesus nuntios, et cucurrerunt in tabernaculum, et haec erant abscondita in tabernaculo et argentum sub ipsis. et tulerunt ea de tabernaculo et attulerunt ad Iesum et ad seniores Israel et posuerunt ea ante deum. et adprehenderunt Achar filium Charmi et perduxerunt in ualle Achar et filios eius et filias et uitulos eius et subiunctoria eius et oues eius et tabernaculum eius et omnia quae erant eius. et omnis Israel cum eo erat, et perduxerunt eos in Mecachor. et dixit Iesus ad Achar: quid exterminasti nos?

9 aufferte 16 carmi 21 ducenta *scripsi*, ducentos *Vv*, ducentos siclos *Lugdunenses* 22 didragma *scripsi*, didragmam *Vv*, didragmarum *v* 23 ea *Latinius* 29 carmi uallem *v*

disperdat te dominus sicut hodierna die. et lapidauerunt eum omnis Israel lapidibus et inposuerunt super illum congestum lapidum magnum. et cessauit dominus ab indignatione irae suae. considera, Constanti, quali sis periturus exemplo, nisi tibi prouideris tu, quas sis in aeternum daturus poenas. Achar propter praeuaricationem mandatorum talia est consecutus; tu qualia mereris hinc intellegi datur, quod sis apostata. si ille etenim quia habuerit de anathemate, tanto est punitus exitio, quanto magis tu! sine dubio punieris grauius qui fueris factus anathema negando dei filium.

IIII. In eo nos scelesti apud te, in eo superbi ac peruicaces, in eo petulantes, quia dicamus tibi: *sacrilegium fecisti unici filii dei existendo negator*, quia dicamus: *consule tibi, eripe animam tuam de laqueis diaboli.* quid noui facimus episcopi, si tibi ea dicamus quae tu mereris audire? cum inueniamus illum sanctissimum Samuhel dei sacerdotem haec dixisse ad Saul regem quae infra lecturus es: *dolores et gemitus ad te adducentur. pro quibus nullius momenti fecisti uerbum domini, nullius momenti te faciet dominus, ne regnes*, et iterum: *quoniam nullius momenti fecisti uerbum domini, et ad nihilum rediget te deus, ne sis rex super Israel*, et infra: *disrumpet dominus regnum tuum ex Israel de manu tua hodie, et dabit illud proximo tuo meliori te.* si haec ille dixit ad Saul, propterea quod domini praecepta praeterierit, cur nos putas non libera uoce dicere oportuisse te esse sacrilegum, qui nisi conuerteris temet ad deum, quod sit te ad nihilum redacturus? si non te fuissemus hortati, si non ad satisfactionem prouocaremus, merito diceres odiri te a nobis. aut cum audias nos dicere, *paenitere, imperator, corrige uias tuas, ut misericordiae inuenias locum*, arbitror considerare te oportuisse, quod enim diligaris a nobis, amaris a nobis: et tu in eo nos exsecraris, cur maneamus in fide apostolica, reddis mala pro bonis. non

17 I Reg. 15, 23. 24 19 ib. 15, 26 21 ib. 15, 28

1 odierna 5 si Achar *fort.* 22 illut 23 illa 25 oportuisse Γ, potuisse *r*

miramur, si nos, ex quo receditis a dei uoluntate, et facere non desinitis desiderium diaboli, bene uobis fieri poscentibus deum atque cupientibus repraesentetis mala, quandoquidem sit uobis insitum male agere, quippe qui a bono ad malum feceritis transitum, hoc est ad diabolum. si nos tu persequeris diligentes te, omnia tibi summa cupientes prouenire, non magnum nec nouum, quando et istum Samuhel prophetam atque sacerdotem domini Saul fuerit persecutus. persequebatur eum, per quem et in regem unctus fuerat et cuius preces ad dominum iugi obsecratione dirigerentur pro incolumitate utique istius persecutoris. si nobis non credis dolere nobis sacerdotibus dei pro te, propterea quod tantas hauseris errorum tenebras, quod sic temet sis mactans, deo dicenti crede ad Samuhel propter Saul: *usquequo luges tu in Saul? ecce ego expello illum ne regnet super Israel,* et supra: *et factum est uerbum domini ad Samuhel dicens: paenitet me quod constituerim regem Saul, quoniam auersus est a me et uerba mea non statuit. et contristatus est Samuhel et clamauit ad dominum tota nocte et ante lucem.* cum haec propter Saul regis incolumitatem Samuhel sacerdos egerit, tamen Saul postea persequebatur Samuhelem nec cognoscens miser quod prophetam atque sacerdotem persequeretur domini: ita et tu ignorans quid faciens sis persequeris nos, qui te placere deo cupiamus, et amas eos, qui secum te ad aeternam mortem trahant, ad perpetuam domini offensam: indignaris cur uera audias, cum uideas Samuhel sacerdotem domini non adulatum regi. an numquid decuerat aliud praecessores nostros, aliud nos agere? cur tibi uera dicamus, superbi tibi uidemur. quid a nobis audisti? nempe quod homicida sis. si mentimur, tunc contumeliosi, tunc superbi recte dicimur a te: si uero rem dicamus ueram, non sumus contumeliosi, sed hi qui imite-

14 I Reg. 16, 1 15 ib. 15, 10. 11

10 dirigerentur *V*, dirigebantur *v* incolomitate 14 quousque *Lucifer supra p. 41, 4* 16 samuhelem *ib. p. 39, 29* 19 deum *ib. p. 39, 31* 26 adolatum 27 annum (animum *corr. m. alt.*) quid *V*, animum. Quid *v* aliut *bis*

mur illos, qui commissis sibi non adulando, sed eos salubriter praemonendo deo effici meruerint dilectissimi. ad Helisaeum interficiendum prophetam ut rex misit Israel, si minime legisses dixisse Helisaeum ad eos qui secum fuissent: *si uidistis quoniam filius homicidae illius misit ad auferendum caput meum?* merito ut reum me iniuriarum peteres. sancto spiritu plenus propheta homicidae filium uocauit regem Israel, hoc est filium diaboli, non quia patrem illius carnalem dixisset homicidam, sed diabolum, cuius se filium esse, ut tu nunc te actibus tuis aperis, et ille se esse monstrabat dei persequendo seruos, prophetas illius clementiae interficere audendo. omnia haec ut faciatis, diabolus uestra instigat corda. quod ita esse accipe dominum dicentem Iudaeis in euangelio: *uos de diabolo patre nati estis et concupiscentias patris uestri facere uultis; ille enim homicida fuit ab initio.* propheta, inquam, domini plenus spiritu sancto regem Israel homicidae filium uocat, hoc est diaboli, et nos arbitraris contumeliam tibi facere, quia dicamus te esse interfectorem seruorum dei, esse carnificem corporum nostrorum, esse te totius cogitationis uirum iniustitiae, destructorem religionis, negatorem unici filii dei? quae te facere cernimus haec te dicimus, quod es hoc te esse clamamus. dicis nos petulantes, quoniam quidem quod es tibi dicamus.

V. Dicas uelim, unde meruerit a domino talia audire rex Israel: *eapropter quod fecisti bona coram me et fecisti secundum cor meum et secundum animam meam domui Achab, filii tui quarta progenie sedebunt tibi in throno Israel?* dic, inquam, cur haec audire a deo meruerit? quia pepercerit dei inimicis? an quia eos quam acerrime fuerit etiam gladio persecutus ⟨s⟩eu quia interfecerit filium Achab idololatrem et qua-

4 IIII Reg. 6, 32. 33 13 Ioh. 8, 44 25 IIII Reg. 10, 30

2 dei *r* 15 fuit *r*, fuerit *V*, fuerat *fort.* 21 haec te dicimus *scripsi*, haec didicimus *Vr*, hoc didicimus *coni. Tilius in notis*, hoc dicimus *coni. Latinius* 23 es *scripsi*, est *Vr* 25 eupropter 28 meruerit *in marg. m. 1* 30 seu *scripsi*, eu *V*, an *r* idololatram *r*

draginta eius filios, Iezabelem quoque reginam quod extinctam proiecerit canibus omnesque seruos Bahal cum omnibus sacerdotibus et prophetis confusionis ore extinxerit gladii. quod simulacra destruxerit, placet deo? nos quid agere circa te decuerat, ne nos contumeliae designares reos te circa, quem Achab et Iezabel uias tenentem uidemus? non est nouum quod agis facere contra deum, impugnare eius domum, persequi eius antistites, eos per quos te monet ut tibi consulas, ut, dum est locus paenitentiae, temet trahas a malo. fuerunt tibi ante te in sacrilegio similes sic idolis seruientes derelicto deo patrum suorum. in libro secundo Paralipomenon Amasiam regem Iudae commonitum a deo per prophetam ⟨audimus⟩, ne ex filiis Israel quos centum millibus talentis argenti conduxerat secum fuissent profecti ad bellum, propterea uidelicet quod deus dereliquisset Israel, quoniam quidem dereliquissent deum et idolis seruissent. obtemperauit rex prophetae uerbis, credidit dei fuisse comminationem. quia haec facit? posteaquam aduersarios suos subigit, eorundem idola tollenda atque ad regnum suum transferenda putauit et ipsa adoranda: cui quia dixerit ille dei homo non bene illum egisse, ut deum derelinquens idola coleret gentium, fortiter est domini prophetam iste rex persecutus. conspicis, quod in uobis conuersis in apostasiam semper unus fuerit animus ad persequendos eos qui uobis bene uelint. *et factum est*, dicit scriptura sancta, *posteaquam uenit Amasias percutere Idumaeam, et attulit inde deos montis Seir et statuit eos sibi in deos et in conspectu eorum adorabat et ipse eis immolabat. et facta est super eum ira domini in Amasiam, et misit ad eum prophetam Baneam, dixitque ei Baneas: quid quaesisti deos populi, qui non liberauerunt populum*

11 cf. II Par. 25, 9   21 II Par. 25, 14—16

3 confusionib; extin[c]xerit 6 gezabel 10 fuerunt[te] et tibi antea *fort.* 13 audimus *uel simile intercidit* centum millibus quos centum *coni. Gallandius* 17 quia haec *scripsi*, quia hic *V*, Quid hic *coni. Latinius* 18 subegit *fort.* 25 scribtura 26 idumeam 28 super eum *exp. Lat.*

suum de manu tua? et factum est, ut loqueretur ei, dixit ad eum: numquid consiliarium regis dedi te? caue tibi ne flagelleris. uides, Constanti, quam amentes efficiamini, posteaquam placuerit uobis diabolo uiuere seruientes, posteaquam placuerit uobis nescire deum totum potentem, posteaquam elegeritis uobis in contumeliam dei uos oportere statuere idololatriam. ut enim ille dixit: *numquid in consiliarium regis dedi te? caue tibi ne flagelleris*, ita et tu, *numquid uos mihi consiliarios elegi*, dicis, *ut non prout mihi placitum est geram, ut non hanc teneam uiam quam tenuerit Arrius?* nec conspicis quo exemplo interierit Arrius? quomodo in eum fuerit uindicatum diuinitus? interea, quia dicis nos tibi esse contumeliosos, uide hunc dei hominem non pepercisse consacrilego tuo illi regi. sed posteaquam dictum est ei *tace, ne flagelleris*, dixisse ad illum: *scio ego quoniam dominus disperdet te, qui fecisti istud et non obaudisti consilium meum.* in qua re nos sentis contumeliosos? nempe quia dicimus tibi: *nos scimus, quod enim, nisi tibi prouideris ut conuertaris ad deum, sit te dominus ad aeternam poenam damnaturus.* haec est contumelia, haec omnis iniuria, quia tibi dicatur per dei antistites in aeternum te interiturum, nisi correxeris uias tuas. non credidit ille rex homini dei. quid statim ei acciderit, dicit sancta scriptura sic: *et in tempore, quo discessit Amasias a domino, insurrexerunt ad eum insurrectione. et fugit ab Hierusalem in Lachis, et interfecerunt *** eum in equis.* sic et te malorum tuorum facta potuerunt conseruare tueri ac defendere, quomodo et illum qui dixit homini dei pro salute ipsius loquenti: *numquid consiliarium te regi constitui? tace, ne flagelleris.* non est a nobis primum factum, si dicamus tibi erranti, ordinationi dei resistenti, nouas uias constituere laboranti: *male facis non ire per uiam, per quam omnes dei cultores ad caelestia regna peruenerunt.*

7 II Par. 25, 16   15 ib. 25, 16   23 ib. 25, 27

11 fuit *r*   15 dominus deus *r*   21 antestites   23 scribtura   25 lacis   *post* interfecerunt *intercidit fort.*: et imposuerunt   equis *Vv*, Lachis *Coleti*   26 potuerant

VI. Legisti Odiam regem iurgatum a sacerdotibus domini, cur inlicita fuisset ausus gerere: *et intrauit*, inquit scriptura, *in templum domini incensum ponere super altare. et intrauit post eum Ozias sacerdos et cum ipso sacerdotes domini triginta filii uirtutis. et surrexerunt super Odiam regem et dixerunt ei: non licet tibi Odia incendere domino, sed sacerdotibus filiis Aaron, qui sanctificati sunt ut incendant. exi de sanctis, quoniam recessisti a domino, et non erit tibi istud in honore a domino deo.* dicis contumeliosos illi fuisse regi domini sacerdotes necne? si necdum fuerunt contumeliosi, nec nos tibi uideamur, quandoquidem similia audias a nobis quae audierit et ille: *non licet tibi, Constanti, Arriano cum dei conuenire populo, non licet tibi idololatriae Arrianae haeresis auctori, negator unici filii dei de dei sacerdotibus iudicare, sacrilegus fingens te Christianum, cum sis antichristi praecursor. non erit tibi bonum, ut dei tollens sacerdotes ordines aduersarios eius, collegas scilicet sacrilegii tui.* cum haec audis, irasceris nobis: iratus est et illis tunc sacerdotibus domini Odias rex. sed aduerte illos deo dicatos perpetuum status sui tenuisse honorem, Odiam uero ad opprobrium sempiternum leprae confestim uarietate maculatum. *et iratus est*, inquit, *Odias, et in manu eius erat altare, ut incenderet in ara sua. et lepra apparuit in fronte eius in conspectu sacerdotum in domo domini.* haec ita sunt, et arbitraris te contumacem praeuaricatorem non trahere offensam apud eum, qui nos suae claritudini perpetuo praeceperit sacerdotii repraesentare officia? quae ista nostra, Constanti, superbia est quaeue adrogantia? ⟨ni⟩si quia te uideamus morbidum esse pestiferum quippe Arrianum, elephantiam in te esse quia istam consideremus, illam quam Arrius habuerit, quod urgea-

2 II Par. 26, 16–18 21 ib. 26, 19

1 Oziam *v* 2 scribtura 4 LXXX *Latinius* 9 illos *coni. Latinius* feisse (ü) 14 negator *scripsi*, negatur *V*, negatori *v* 15 sacrilego *v*; sacrilego fingere *melius uidetur Coletis* 17 aduersarius 19 auerte 23 sua *om. v* 26 aput 28 adrogancia 29 elefanciam

mus te secedere e populo dei. sicut illi sacerdotes domini Odiam de templo conpulerint egredi. quia te ita cogamus dare deo honorem. si enim Odiam dei sacerdotes idcirco pellebant ex aula dei. quia meminissent diuinitus praeceptum leprosos ante expiationem ingredi templum prohibitos. quanto magis nos digni te. conspice. ex ecclesia pellere Christi. de domo domini. quia non sit licitum haereticum conuenire cum catholicis. insanum cum sanis. plenum inmundis spiritibus cum eis. in quibus inhabitat spiritus dei. quae haec contumelia est. si sacerdotes domini zelo eo accensi quo sunt semper praecessores nostri tibi dicimus quae nostrae conducant ac tuae saluti? *petulans est*, inquis. *Lucifer.* hinc petulans. quia te urgeam elephantiam reicere Arrii atque ⟨quod⟩ per hanc. quam praedicauerunt apostoli beatissimi fidem quamque nos sumus ut cernis tenentes. tuae menti es adeptus sospitatem teque totum ereptum e laqueis diaboli. temet in aeternum gaudeas deo quaesitum. tu. qui nos ingentis supercilii esse flagitas. inuenisti scriptum. quid Iosias rex Iudae de consacrilegis fecerit tuis. de talibus qualis tu esse hodie conspiceris. quomodo eorum quam plurimos etiam post mortem fuerit persecutus ossa eorundem ignibus consumens. sed illum decuit regem tanto zelo persequi dei hostes: nos episcopos. nos dei sacerdotes indignum fuerat tibi resistere idololatriam introducenti in ecclesiam. ille gladio interfecit consacrilegos tuos. reliquias etiam olim sepultas est persecutus. cupiens cultor inueniri dei fidelissimus: nos contra nec uerbo tibi resistere oportuerat. tibi dei inimici amico. tibi omnium carissimo in apostasiam conuersorum angelorum. tibi qui factus es per hanc blasphemiam tuam deo inimicus.

VII. Accipe igitur in quarto Regnorum libro quae propter illa quae circa coinmundos tuos gesserit Iosias seruus domini

1 e *om. v* 2 oziam 3 odiam (7 *suprascr.*) 6 digni *scripsi.* digne *Vr* conspicis *coni. Latinius* 11 praedecessores *v* nostra 13 elefanciam quod *addidi. cf. p. 211, 11* 15 mentis adeptum *coni. Latinius*, mentis adeptus *coni. Coleti* 16 ac laquaeis 17 quesitum 18 quid *Latinius*, quod *Vr* 21 sed] si *coni. Latinius* 24 cumsacrilegos

rex Iudaeae adeptus fuerit, et tandem desine de nobis dicere: *superbi sunt atque contumeliosi. fecit*, inquit, *quod rectum est ante conspectum domini et ambulauit in uia patris sui Dauid, et non declinauit dextra aut sinistra*, item infra. posteaquam domos reaedificauit domini et sacerdos misisset legis librum ad regem: *et factum est, cum audisset rex uerba libri legis, conscidit uestimenta sua. et mandauit rex Chelchiae sacerdoti et Alchinae filio Iosafan et Achiliae filio Melchiae et Safan scribae et Ioas filio regis dicens: quaerite a domino pro me et pro omnibus Iuda de uerbis libri huius inuenti, quoniam magna ira domini accensa est in nobis, quoniam non audierunt patres nostri uerba libri huius secundum omnia scripta ut facerent. et abiit Chelchias sacerdos et Acican et Safan et Ioas ad Oldam prophetissam, uxorem Selle filii Tacuelarum, uestis custodem. et ipsa habitabat in Hierusalem. et locuti sunt ad eam secundum haec. et dixit eis: haec dicit dominus deus Israel: uiro qui misit uos ad me ⟨dicite: haec⟩ dicit dominus: ecce adducam mala super hunc locum et super inhabitantes in eum secundum omnia uerba libri huius quae legit rex Iuda, pro quibus dereliquerunt me et intenderunt dis alienis et exacerbauerunt me in operibus manuum suarum. et incensa est ira mea in hoc loco et non exstinguetur. et ad regem Iuda qui misit uos, ut quaereretis a domino, haec dicetis: haec dicit dominus deus Israel: uerba mea quae audisti et reueritus es a facie mea, quia audisti quae locutus sum in locum istum et inhabitantes in illum, fieri in heremo et in maledictionem. et scidisti uestimenta tua et plorasti ante conspectum meum, et ego audiui, dixit dominus uirtutum. propter hoc ego abduco te apud patres tuos, et adaugeris in pace, et uidebunt oculi tui omnia mala quae ego induco in loco isto et super inhabitantes in illum.*

2 IIII Reg. 22, 2 6 ib. 22, 11 — 23, 8

1 iudaee *V*, Iuda *coni. Latinius* 7 ///helchie (c *eras.*) 8 alchine Iosaphat *v* achilie filiam melchie 9 Saphă *v* 13 scribta 14 ollam 15 Sellae *v* Tacuellarum *v*, Theccue filii Aras *Gallandius haec nomina ut alia em. ex gr.* 18 dicite haec *addidi* 29 aput 30 non uidebunt *Gall.* 31 locum istum *v* illo *v*

et respondit regi uerbum et misit rex Iosias et collegit ad se omnes presbyteros Iuda in Hierusalem. et ascendit rex ad dominum et omnes uiri Iuda et sacerdotes et leuitae et omnis populus a pusillo usque ad maiorem. et legit rex in auribus populi omnia uerba libri testamenti, qui inuentus est in domo domini. et stetit rex ad columnam et disposuit testamentum quod inuentum est in domo domini ante conspectum domini, ire post dominum et obseruare mandata eius et testificationes et praecepta eius in toto corde eius et tota anima, statuere omnia uerba testamenti istius scripta in libro isto. et transiuit omnis populus in testamentum quod disposuit rex ex libro. et mandauit rex Chelchiae sacerdoti magno et sacerdotibus secundariis et custodientibus Ephod, ut eicerent de domo domini omnia uasa quae fecit ad Bahal et Asera et omni militiae caeli. et combussit illa foras extra Hierusalem in incendio riui Cedron. et sumpsit cineres illorum et sparsit in riuum et abiit in Bethel. et conbussit sacerdotes quos constituerant reges Iudae, ut incenderent excelsis ciuitatum Iuda et circa Hierusalem; incendebant Bahali et soli et lunae et omni militiae caeli. et extulerunt de domo domini foras extra Hierusalem in riuum Cedron, et extenuauit cinerem et proiecit in monumentum filiorum plebis. et extraxit filios illorum qui erant in domo domini, quorum mulieres officiabantur ibi ad stolas. et introduxit omnes sacerdotes ex ciuitatibus Iuda et coinquinauit sancta, ubi incendebant sacerdotes Agabae usque de Rasabe, et detraxit excelsos illorum, et infra: *et coinquinauit Phem quod erat in Cepenan, quoniam perduxerunt quisque filium suum et filiam suam in igne Moloch. *** posuerant reges Iuda soli ab introitu do-*

27 IIII Reg. 23, 10—16

7 est *om. r* 10 scribta 13 eicerent 26 a (de *Coleti*) Gabal usque Bersabee *fort.*, *ἀπὸ Γαιβὰλ καὶ ἕως Βηρσαβεέ LXX* 29 posuerant] abstulit quoque equos quos dederant *coni. Coleti*, et deposuit equos quos posuerant *coni. Cotelerius* in introitu templi domini iuxta exedram Nathanmelech eunuchi qui erat in Pharurim *Coleti ex Sabat.*, ab introitu domus domini ad pastophorium Nathan regis eunuchi (*uel* quod posuit regis eunuchus) qui in Pharurim (*uel* Faruadim) *Cotelerius*

mus domini ad pastorium, quos posuit tres equos, qui in Faradin, et fontem solis conbussit in igne in domo domus, quam aedificauerunt reges Israel excelso illi Bahal et omni militiae caeli. et sacraria erant supra aedificia superiorum Achas quae fecerit rex Iuda et sacraria quae fecit Manasses in duobus aedificiis domus domini, detraxit rex et expulit illa inde et proiecit cineres illorum in riuo Cedron. et excelsos quae fecerant a facie Ierusalem, quod erat in dextro montis Amissa, quod aedificauit Salomon rex Astarte simulacro Sidoniorum et Camos idolo et Mulcro simulacro filiorum Ammon, polluit rex. et contribulauit titulos et implebat loca illorum ossibus hominum. et sacrarium quod in Bethel, excelsum quod fecit Hieroboam filius Natae, in quo fecit peccare Israel, et sacrarium illum excelsum detraxit et contribulauit lapides illius et adtenuauit in puluerem, et incendit lucos eorum. et reuersus est Iosias rex et uidit monumenta quae erant ibi in montem, et sumpsit ossa de monumento et conbussit super sacrarium et polluit illud secundum uerbum quod locutus est homo dei, cum staret Hieroboam in die festo ad aram. quid cognoscis, Constanti, factum esse a rege cultore dei? et nos te idololatriam introducentem in ecclesiam quia uerbo percutimus, *contumeliam*, inquis, *mihi facit Lucifer?* cum, si illius fuisses temporis homo, gladio possis extingui, aut si iam fuisses defunctus, etiam ossa tua quippe sacrilegi fuissent igni perducta ad nihilum. ille gladio reos tanti sceleris percutit, nos te nec uerbo uulnerare decuerat? conspicis interea hoc etiam loco in ciuitatem dei, in domini domum et in templum eius introduxisse consacrilegos tuos illos reges idololatriam quam iste exterminarit Iosias rex deo dicatissimus: nec existimes te tantum hoc opus inplere contra deum fuisse adgressum? nolo te itaque dicere:

1 quos posuit tres equos *v*, quae posuit tres aequas *V* 2 et fontem] currus autem *Coleti* 3 aedificauerant *v* 4 quae erant *fort.* 7 excelsum quoque *fort.* 8 faciae 10 idolo *scripsi*, idolum *Vv* Mulcro *V*, Molocho *Gallandius*, Milchon *coni. Coleti* 12 hossibus 14 illud *v* 15 accendit *v* 17 monte *v* 20 quod cognoscis *uel* quid? hoc cognoscis *fort.* 24 posses *exspectes* 27 con^s^picis 31 noli itaque *v*

si male agerem, iam in me deus dedisset uindictam, sed potius obsecro uideas captum te detineri a diabolo, in eius te degere potestate, sicuti et illi reges, quorum operam Iosias persecutus est rex.

VIII. Cur blasphemias execremur tuas, cur resistamus iniquis conspirationibus tuis, uidemur tibi esse iniuriosi, sic et Iudaeis, quorum imitator es, uidebantur contumeliosi, superbi sanctissimi prophetae beatissimique apostoli. in libro Amos prophetae, *et misit*, inquit, *Amasias sacerdos in Bethel ad Hieroboam regem Israel dicens: conuentum facit aduersum te Amos in media domo Israel; non poterit terra sufferre uerba eius, propter quod haec dicit Amos: in gladio morietur Hieroboam, Israel autem captiuus ducetur a terra sua. et dixit Amasias ad Amos: uade, discede in terram Iuda et ibi commorare et ibi prophetabis. in Bethel autem iam non adicies prophetare, quia sanctificatio regis est et domus regni erit. et respondit Amos et dixit ad Amasiam: non eram propheta neque filius prophetae sum ego, sed pastor eram caprarum uellicans, et adsumpsit me dominus de ouibus et dixit ad me: uade prophetare in plebem meam Israel. et nunc audi uerbum domini: tu dicis: non prophetabis in Israel, et non congregabitur in domo Iacob. propter hoc haec dicit dominus deus: uxor tua in ciuitate prostabit et filii tui et filiae tuae gladio decident, terra tua funiculo metibitur, et tu in terra inmunda morieris, Israel autem captiuus ducetur a terra sua.* cum haec esse facta uideris ab eo qui ueritatem et correptionem populo suo erranti uoluerat nuntiari, cur dicas nos insolentes, cur contumeliosos, quia quae sunt erratico tibi uera dicamus, quia non tuam audiamus uocem dicentem: *nolite credere sicuti crediderunt patriarchae prophetae apostoli ac martyres, sed credite quomodo tradiderit Arrius*? in quibus rebus apud te superbi inuenimur? nisi in hoc quod

9 Amos 7, 10—17

7 imitatores *V*, imitatores estis *v* 11 te *V*, me *v* 24 metebitur *v* 32 aput

sacrilegia tua exsecremur praeceptaque tua ut gladios atque uenena uitemus. non hoc factum a nobis est primum; omnes illi qui iam deo placuerunt hanc tenentes fidem quam nos praedicamus istud fecerunt; nemo mortem timuit suscipere pro deo ex eius seruis. nemo famulorum eius cogitauit tormentorum genera quae a uobis inferuntur tyrannis, sed illius praecepta ante oculos habuit. sic Tobias gloriosus praecipuus inuenitur factus apud dominum, dum non conperditi tui regis timet edictum, sed solum totum potentem deum. haec ita esse ipsi crede Tobiae dicenti: *ubi uenit Sennacherim rex de Iudaea fugiens propter defensionem quam fecit ex illis dominus, propter blasphemias illius quae blasphemauit, et occidit in ira sua multos ex filiis Israel; ego autem corpora illorum inuolabam et sepeliebam. et renuntiatum est regi quoniam sepelio, et quaerebat ut occideret me. ego autem fugi, et direpta est omnis substantia mea et nihil mihi remansit plus quam uxor mea Anna, Tobias filius meus. et contigit post dies quadraginta quinque, occiderunt regem illum filii eius, et regnauit Arcedonossar filius eius pro eo illic. et cum uenissem in domo mea et reddita esset mihi uxor mea Anna et filius meus Tobias, in Pentecoste die festo nostro, qui est sanctus ex septimanis, factum est mihi prandium bonum, et discubui ut pranderem, et posita est mihi mensa, et uidi pulmentaria quam plurima, et dixi Tobiae filio meo: uade et adduc quemcumque pauperem inueneris ex fratribus nostris qui sunt captiui in Nineue, qui tamen in mente habent deum in toto corde suo; hunc adduc, et manducet pariter mecum hoc prandium; ecce sustineo te, fili, donec uenias. et exiit Tobias inquirere aliquem pauperem captiuum ex fratribus nostris, et reuersus dixit mihi: pater. et dixi: quid est, fili? et dixit mihi: ecce unus de natione nostra occisus laqueo circumdato proiectus est. et exii relicto prandio meo, antequam aliquid ex illo gustarem, et tollo illum de platea in*

10 Tob. 1, 18—21   19 ib. 2, 1—8

20 esset V, est *v*   26 Niniue *v*   30 filii   32 exi

unum locum apud me, donec sol occideret, ut illum sepelirem. et reuersus laui et manducaui prandium meum cum luctu et rememoratus sum sermonem prophetae Amos quem locutus est in Bethel, dicens: conuertentur dies festi uestri in luctum et omnia cantica uestra in lamentationem, et lacrimatus sum. et postquam sol occidit, abii et fodi et sepeliui illum. et omnes proximi mei deridebant me dicentes: quomodo non timet hic homo? iam enim inquisitus est huius rei caussa ut interficeretur et fugit. et iterum sepelire coepit mortuos.

VIIII. Cum conspicias itaque dei seruos non uestram crudelitatem tyrannorum semper timuisse ac nunc timere posse, sed praecepta cogitasse domini ac cogitare, quomodo tu nos dignaris petulantes iudicare? nempe quia faciente deo tuam calcemus ut lutum potentiam. hoc non faciunt uires nostrae, sed tribuit illius misericordia quem exsecrari dignaris in nobis. dicit deus ad Ezechielem prophetam: *filii hominis, mitto te ad domum Israel, quia amaricauerunt me ipsi et patres eorum usque in hodiernum diem. et dices ad illos: haec dicit dominus, si audierint aut trepidauerint, quoniam domus amaricans est, et cognoscent quoniam propheta es tu in medio eorum. et tu, fili hominis, ne timueris eos neque trepidaueris a facie eorum, quoniam effuriabuntur et concurrent super te in circuitu et in medio scorpionum tu inhabitas; sermones eorum ne timueris et a facie eorum ne trepidaueris, quoniam domus amaricans est. et loqueris uerba mea ad eos, si forte audierint uel expauerint, quoniam domus amaricans est.* contumaces uidemur tibi, ut iste deo soli dicatus uidebatur propheta illis, quorum tu tenebras sequeris; nempe hinc Ezechiel propheta apud Iudaeos coapostatas tuos contumax, hinc superbus regibus uidebatur Israel, quia domini impleret mandata, qui eisdem loqueretur quae praecepisset eum loqui deus. recte nos superbos appellas, nos per quos omnia praecepta

16 Ez. 2, 3—7

1 aput 3 sernonem *scripsi*, sermonum *Vr* quos r 11 ac| nec *uel* aut *exspectes* 16 filii *m. 1* 29 quoapostatas 30 implere

sua noluit ad populorum credentium perferri notitiam. recte, inquam, insolentes designas nos dei antistites, si nos ea tibi dicamus quae noluerit deus dici ad uos. odis amantes te, persequeris bene tibi cupientes. sed non metuere possumus frendores carnificinae tuae. audis etenim dominum dicere: *et te, fili hominis, ne timueris eos neque trepidaueris a facie eorum, quoniam effuriabuntur et concurrent super te in circuitu et in medio scorpionum tu habitas. sermones eorum ne timueris, a facie eorum ne trepidaueris, quoniam domus amaricans est.* non, inquam, possumus metuere minas imperii tui, quia nullae sunt uires tuae scorpiaces aduersum nos, quos dei uirtute tegi cernas, quorum esse defensorem ac protectorem deum aduertas. non itaque cessabimus tibi domini ingerendo praecepta, illi solimet uni seruantes timores qui dicit: *fili hominis, ingredere ad domum Israel et loquere sermones meos ad eos, quoniam non ad populum alti sermonis tu mitteris ad Israel neque ad populos multos aliae uocis aut aliae linguae neque graues qui sint in lingua, quorum non audies sermonem. et si ad tales misissem te, illi forsitan audissent sermones tuos; domus autem Israel nolent audire te, quoniam nolunt audire me, quoniam tota domus Israel contentiosi sunt et duri corde. et ecce dedi faciem tuam potentem aduersus facies eorum et constantiam tuam confortabo aduersus contentionem eorum, et eris semper firmior petra. ne timueris ab eis neque expaueris a facie eorum, quoniam domus amaricans est.* metuere te quis poterit nostrum, quos uideas dei potentia solidatos atque firmatos ad tuam contumaciam retundendam, fixo gradu stare contra tuam rabiem inmobiles, ut saxa mole solent robusta aequor contra tumidum? hinc nos iudicas hostes tuos, quia te urgeamus dei fieri seruum ex scorpione. nunc etenim unum te esse ex scorpionibus non

5 Ez. 2, 6 15 ib. 3, 4—9

2 antestites nos *v*, non *V* 3 uoluerids (d *in ras.*) 7 concurren *m. 1* in circuitu *om. v* 11 scorpiaces] scorpio tu es *coni. Gallandius* 26 potentia dei *v* 27 contumatiam

poteris dubitare, ex illis dictum de quibus audisti prophetae a domino: *et tu, fili hominis, ne timueris neque trepidaueris a facie eorum, quoniam effuriabuntur et concurrent super te in circuitu et in medio scorpionum tu habitas.* hinc tibi iniuriosi sumus, quia uideas te a nobis scorpium uocari. si non te esse scorpium dixisset deus, merito me diceres contumeliosum; nunc uero actibus te tuis manifestas esse scorpium et es frustra clamitans contumeliam te pati a nobis. deus te scorpium esse dicit, et mihi irasceris cur te eo uocem nomine? quae haec contumelia est, si dicatur tibi: *nisi te uerteris ad deum, eris semper unus ut nunc es ex scorpionibus, ex uastissimis unus inimicis dei?*

X. Percurre reliqua Ezechiel prophetae, et aude me dicere insolentem, superbum, contumeliosum, contumacem: *et factum est uerbum domini ad me dicens: fili hominis, ecce dedi te speculatorem domus Israel, et audies de ore meo sermonem et comminaberis eis a me in eo quod dicam ad sceleratum: morte morieris. et non distinxisti illi neque locutus es, ut distingueres scelerato auertere a uiis suis, ut uiuat, ille sceleratus in iniustitia sua morietur, et sanguinem eius de manu tua inquiram. et tu si distinxeris scelerato et non auersatus fuerit ab scelere suo et uia sua, sceleratus ille in iniustitia sua morietur, et tu animam tuam liberabis. et in eo in quo aduersatur iustus a iustitiis suis et faciet delictum, et dabo tormentum in facie eius, ipse morietur, quoniam non distinxisti illi. et in peccatis suis morietur, eo quod non sint in memoriam iustitiae eius, et sanguinem eius de manu tua exquiram. tu autem si distinxeris iusto ne derelinquat, et ipse non derelinquat, iustus ille uiuens uiuet, quoniam distinxisti illi, et tu animam tuam saluabis.* quid, Constanti, dicis ad haec? tacendumne sacerdotibus dei erit et mandata

14 Ez. 3, 16—21

1 poterit *v* dubitare *scripsi,* dubitari *Vv* prophaetae 13 aezechiel 17 scaeleratum 21 distincxeris 22 fueris 24 auersatur *fort.* 26 distinxisti 30 distincxisti 31 et | haec *fort.*

celare diuina eius an dignum est aperire tibi cuncta praecepta domini? omnem uoluntatem perferemusne dei ad uos nobis commissos an eam ad nosmet iugulandos uobis fraudabimur? sanguinem etenim tuum dicit dominus requisiturum a me; quin immo si non oboedieris deo, cuius nos tibi ingerimus diuina monita, tu in tuo morieris sceleratus scelere et a nobis iam non requiretur salus animae tuae. quoniam quidem minis tuis non fuerimus territi, sed solum timuerimus eum qui praeter se neminem mandarit timendum, quoniam quidem ut temet eriperes a nefandis semitis tuis in nomine domini dei conuenerimus. ne tibi imperatori uiderer facere contumeliam, quid me agere oportuit tempore quo te iudico natum ad nos dei seruos a uia uertendos ueritatis? cum enim Nabuchodonosor Olofernam uirtutis suae principem misisset et Ierusalem obsideret, quid orat Iudith deum? nempe ut destrueret inimicos Israel. numquid ⟨non⟩ dixit: *custodi insurgentes aduersus domum tuam? domine deus patris mei Symeon, qui dedisti gladium in ultione alienigenarum qui uiolauerunt uuluam uirginis in coinquinationem et denudauerunt femur in consummationem et coinquinauerunt matricem in improperium. dixisti enim: non sic erit, et fecisti. propter quod dedisti principes eorum in occisionem et torum eorum qui accepit dilectam in sanguinem, et percussisti seruos super potentes, super thronos eorum. et dedisti mulieres eorum in praedam et filias in captiuitatem et omnem praedam in diuisionem filiorum dilectorum, qui zelauerunt zelum tuum et abominauerunt coinquinationem generis tui et inuocauerunt te in adiutorium tuum. deus meus exaudiet me uiduam. tu enim fecisti priora eorum cum illis et illa postea et nunc et*

17 Iud. 9, 2—19

1 eius *v*, ei *V*, eis *coni. Tilius in notis* 2 perferremusne 3 iugulantos 11 conuenerimus *scripsi*, conuenirimus *V*, conueniremus *v* conueniremus, ne tibi uideremur *coni. Gallandius* 13 enim *coni. Latinius*, in *Vv* 14 Holofernem *v* 15 iudid 16 non *addidi* 17 cui *fort.* 19 quoinquinationem 20 quoinquinauerunt 24 potentes] et potentes *add. Gall.* 27 quoinquinationem

quae superuenientia. omnes enim uiae tuae paratae, creatura tua in prouidentia. ecce enim Assyrii repleti sunt in uirtute sua et exaltati sunt in equo et ascensore, et gloriati sunt in brachio peditum, sperauerunt in clipeis et tenso arcu et fundibalis, et nescierunt quoniam tu es dominus qui conteres bella. dominus nomen est tibi. tu proice illorum uires, aeterne, contere illorum plenitudinem uirtute tua et deduc eorum tenacitatem in ira tua. cogitauerunt enim frustrare sancta tua, coinquinare tabernaculum requietionis tuae nominis honorifici tui, adprehendere ferro cornu altaris tui. respice in fastigio eorum, da in manu mea uiduae quam cogitaui uirtutem et percute os eorum labiis persuasionis meae in principe et principem super seruum suum, quassa substantiam eius in manu uiduae. non enim in multitudine uirtus tua. sed nec potentia neque datum tuum in fortibus, sed humilium es deus, infirmorum adiutorium, infirmium susceptor, desperatorum saluator. etiam deus patris mei et deus hereditatis Israel, domine dominator caelorum et terrae, creator aquarum, rex totius creaturae, exaudi obsecrationem meam, da uersutiam et suasionem in uulnere et in liuorem eorum, qui aduersus testamentum et domum sanctam tuam et uertices Sion et domui retentionis filiorum tuorum cogitauerunt dura. fac tu super omnem gentem et tribum omnem sciant quia tu es deus uniuersae potestatis et uirtutis, et non est alius defensor generis Israel praeter te.

XI. Quid ad haec prudens mens tua sentire dignabitur? numquidnam poteris dicere post hanc deo fusam contra religionis hostes obsecrationem, quod enim nos malo ordine te contra nitamur, quia dicamus tibi: *aut corrige uias tuas prauas et noli tibi in imperii tui placere potentia aut cognosce ad nihilum te peruenturum?* quid aliud nos hodie facimus dei serui, eius diuinae magnitudinis sacerdotes, nisi

3 aequo 4 tenso] gaeso et *coni. Gallandius* fundebalis 6 bellua 7 diduc *fort.* 8 cogitauerint *m. 1* 12 os *coni. Tilius in notis* (eorum *om.?*), eos *Ve*, seruos *fort.* (*πάταξον δοῦλον*) 16 infirmorum *r* 23 dura. fac tu *scripsi*, dura facta *Ve*, dura. Et fac *coni. Gallandius*

quae fecerunt illi quorum cupimus inueniri imitatores? puto etenim dignum esse non derelinquere populos nobis commissos in tanta hac a te inlata persecutione, sed eos hortari, quod enim potens sit cuius sumus nos eripere de inimicorum suorum manibus, non esse te metuendum hostem dei domus, aduertendum quod sis nihil, quia uidelicet noster deus ac dominus omnia potens ad nihilum redacturus sit omnia contra eius domum instituta impia tua conamina. quae hic tibi iniuria fit a nobis? quae ingeritur imperatori Romano contumelia ab antistitibus dei uiui, si ut aut uitam aeternam habeas rogaris aut dicatur tibi, propterea quod contra dei susceperis arma domum, nisi te correxeris, ingenti exitio sis interiturus? qua etenim de re tibi cunctorum dei domus inimicorum proferimus interitum? nisi ut aut metu dei territus temet mutes aut, cum temet in aeternum esse feceris punitum, nos securi ex omni triumphemus parte, quia et tuus sanguis a nobis non possit a deo requiri et quia interitum aduersariorum ecclesiae eius uiderimus. perseuera denique in hac tua iniustitia, et inuenies quid te pro tantis consequitur meritis. *superbia inflatus est*, inquis, *Lucifer*, quia uera tibi dicat. quid me iubebas facere tempore isto quo tu antichristi praecursor ad nos interficiendos arma contra dei leuasti domum? tempore quo exstitisti unici filii dei negator? taceremne et te lupum uenientem ad dei uastandum gregem sinerem? an dignum fuisse censes obuiam pastores tibi iremus siccis parato faucibus ad nosmet nobisque commissos transuorandos? magnalium fuerat satis, ut mulier ista deo cupiens placere Iudith manu interimeret sua hostem, et nos nec quidem uerbo tibi a domino restitissemus instituti pa-

11 tibi] quia *addiderim* 15 feceris punitum] sciueris puniendum *coni. Gallandius* 19 quid *scripsi*, quae *V* quae — consequentur *coni. Latinius*, quae — consequitur poena *coni. Tilius* 21 dica[t]
26 nosmet nobisque *scripsi*], nobismet nobiscum *Vr*, nosmet nobiscum *coni. Tilius*, nobismet (*om.* nobiscum *uel transponens* nobismet commissos, nobiscum transuorandos) *coni. Gallandius* 28 iudid ostem *m. 1*
29 ne quidem *v*

stores? dicit dominus in Euangelio: *pastor bonus animam suam ponit pro ouibus; qui mercennarius est et non est pastor, cuius non sunt oues propriae, uidet lupum uenientem et relinquit oues et fugit; et lupus rapit illas et dispargit, quoniam mercennarius est et non pertinet ad eum de ouibus.* quid itaque nobis erat gerendum, ne tibi contumeliosi extitisse uideremur? cognouimus te lupum. uidimus ad oues te tetendisse domini manus. conspeximus te uno tempore conatum laniare cunctos domini inuocantes nomen. numquidnam fuerat dignum non pastores, sed mercennarios exhibere nos? Petro dicit beato: *pasce agnos meos.* et iterum: *pasce ouiculas meas;* et ut ueniens lupus uis eos qui successores extitisse inueniuntur beato Petro uicem gerere mercennariorum? eos quos iampridem per Hieremiam promiserat populo suo dicens: *et dabo uobis pastores secundum cor meum, et pascent uos pascentes cum disciplina,* et non dixit: *dabo uobis Constantium imperatorem, qui uos possit in diaboli uertere praedam.* dicas nos male agere, quia sacrilegio tuo resistamus uirtute protecti dei.

XII. Videamus quid etiam tempore quo contyrannus tuus Antiochus persecutor nostrae religionis extitit, quid fecerint hi qui meminerant praeter deum neminem timendum. sed prius est cognoscas quae ille, cui tu similis es, scripserit; sic etenim poteris intellegere illos dei seruos, quorum nos cupimus inueniri participes, restitisse Antiochi sacrilegio, sicut et nos tibi deo propitio resistamus. loquitur sancta scriptura dicens in Machabaeorum primo libro: *et scripsit rex omni regno suo, ut esset uniuersus populus unus et relinquerent unusquisque legitima sua. et receperunt omnes gentes secundum uerbum regis et multi ex Israel consenserunt simul cum illis et polluerunt sabbatum. et misit rex libros in manu*

1 Ioh. 10, 11—13 11 ib. 21, 16. 17 15 Hier. 3, 15
27 I Mach. 1, 43—52

9 cunctis numquitnam 24 quorum *coni. Latinius*, quoniam Vr 27 machabeorum

nuntiorum Hierusalem et ciuitates Iudae, ut irent post legitima exterae terrae et prohibere holocausta et sacrificium et libationem de sanctificatione, contaminare sabbata et dies solem⟨nes⟩ et polluere sanctificationem et statuere delubra et idola et immolare porcinam et pecora communia et relinquere filios suos incircumcisos et polluere animas eorum in omni immunditia et abominatione, ita ut obliuiscerentur legem et mutarent iustificationes; et quicumque non fecisset secundum uerbum regis moreretur. secundum omnia uerba haec misit scripta uniuerso regno suo et fecit consideratores super populum. et mandauit ciuitatibus Iuda immolare per ciuitatem et ciuitatem. et congregati sunt multi de populo ad eos, omnis derelinquens legem, et fecerunt mala in terra. et infra: *et aedificauerunt abominationem desolationis super altare et in ciuitatibus Iuda in circuitu struxerunt aras et in ostiis domorum et in plateis incendebant. et libros legis inuenerunt et succenderunt igne conscissos, et apud quem inueniebatur liber testamenti et si quis consentiebat legi, constitutio regis interficiebat eum. in uirtute sua faciebant ad Israel his qui inueniebantur in omni mense et mense in ciuitatibus; et quarta et uicesima mensis sacrificabant super aram quae erat super altare. et mulieres quae circumciderant natos suos interficiebant secundum praeceptum. suspendebant infantes a ceruicibus eorum et in domos eorum et eos qui circumciderant eos. et multi in Israel obtinuerunt et confirmati sunt in eis, ut non manducarent communia, et susceperunt mori, ut non polluerentur escis et non profanarent testamentum sanctum. et facta est ira magna super Israel nimis in diebus illis. et surrexit Matathias filius Iohannis Simeonis sacerdos filiorum Ioarib ab Hierusalem, et huic filii quinque,* et infra: *et uiderunt blasphemias quas faciebant in Iuda et in Israel, et dixit: heu me, ut quid istud factus*

14 I Mach. 1, 54 — 2, 2 31 ib. 2, 6. 7

4 solemnes *v*, solem *V* 13 omnes derelinquentes *v* 16 osteis *m. 1* 17 concissos *ex* conssisus *corr. m. 1* 20 inueniebatur 29 matheas *(corr. m. alt.)*

sum uidere contritionem sanctae ciuitatis, et sederunt illic, cum daretur in manu inimicorum sanctificatio, in manu exterorum? et infra: *omnis ornatus eius ablatus est, ex libera facta est ancilla. ecce sancta nostra et speciositas nostra et gloria nostra desolata est, et polluerunt eam gentes. ut quid nobis adhuc uita? et conscidit Matathias et filii eius uestimenta sua, et percooperuerunt se ciliciis et luctum habuerunt ualde. et uenerunt qui erant a rege et conpellebant discessionem in Modiin ciuitatem ut sacrificarent. et multi Israel accesserunt ad eos. et Matathias et filii eius congregati sunt. et responderunt qui a rege missi fuerant et aiunt Matathiae dicentes: princeps et nobilis et magnus es in ciuitate ista et confirmatus filiis et fratribus. nunc accede primus et fac imperium regis, sicut fecerunt omnes gentes et uiri Iuda et qui derelicti sunt in Israel, et eris tu et filii tui amici regis et tu et filii tui gloriamini argento et auro et muneribus multis. respondit Matathias et dixit uoce magna: si omnes gentes quae in domo regis audiunt eum, ut discedat unusquisque ab officio patrum suorum, et elegerunt in mandata eius, et ego et filii mei ibimus in testamentum patrum nostrorum. dominus propitius nobis sit, non derelinquemus legem et iustificationes. uerbum regis non audiemus, non declinabimus officium deseruitionis nostrae dextra uel sinistra. ut cessauit loqui sermones istos, accessit uir Iudaeus in oculis omnium sacrificare in Modiin secundum praeceptum regis. et uidit Matathias et zelatus est, et contremuerunt renes eius et attulit iram secundum iudicium. et adcurrens ad aram interfecit eum. et uirum regis qui cogebat immolare occidit in illo tempore, et aram destruxit. et aemulatus est in lege, sicut fecit Finees Iambrim filio Salom. et exclamauit Matathias in*

3 I Mach. 2. 11—28

1 contricionem sedere *fort.* 2 sanctificatio 'n'*l* (*corr. m. 1*) 4 spetiositas 6 *et* 10 matthias 11 missi fuerant *add. m. alt.* matthiae 16 gloriabimini *coni. Tilius et Gallandius* 17 matthias uoce magna et dixit *r* 18 que descendat *m. 1* 21 ... nobis sit (sit *eras.*) 26 matthias 30 matthatias

ciuitate uoce magna dicens: omnis aemulus statuens testamentum exeat post me. et fugit et ipse et filii eius in montem et reliquerunt quaecumque habebant in ciuitate.

XIII. Quid tale a nobis factum conspexisti, ut digneris dicere: *contumeliam mihi fecit Lucifer?* ille gladio occidit regis ministrum, sed et eum quem uiderat de populo suo regis edicto quam dei temperasse: ego, quia tibi ac tuis uerbo resisto et dico: *non derelinquo apostolicam atque euangelicam fidem, sic credo quomodo crediderunt Abraham, Isaac et Iacob patres nostri,* inde apud te reus contumeliarum sum. si fuisses inter manus Matathiae istius zelantis deum aut in manu Finees cui testimonium in Numeris apud Moysen perhibet deus et alienigenarum more uiuere temptares, sine dubio te gladio interficerent. illi te gladio fuerant interfecturi: ego, quia uerbo animum illum tuum cruore Christianorum madidatum uulnero, reus iudicor contumeliarum a te. cur, imperator, non ulcisceris te de me? cur contumelias tuas non dignaris defendere, uindicare te de homine mendico? cur non satis agens? non quia nolis, sed quia tibi adhuc non fuerit data potestas ab eo, cuius me esse confidens tibi haec libera dico uoce quae quidem iuxta tuos nefandos actus praua mihi uideantur. tibi omnibusque diuitiis regni tui, patri quoque tuo renuntiasse nos cum uideris et a fide nullo pacto recessuros pollicitus inspexeris multum, mirari nos scias quod, cum ore gladii soleas displicentes tibi deuorare, nobis tamen parcas. credo pietatis causa, et possumus istud sentire de tua lenitate. nullum etenim te interfecisse ex nimia tua benignitate potui colligere. dicis: *superbus est.* unde tibi superbus esse uideor? nempe quia audis a me ea te gerere quae semper fecerint hostes dei religionis. est officii mei, ut haec ingeram tibi haeretico. aut non es haereticus? si autem haereticus es, cur me incusas, quod enim sim tibi iniuriosus, qui id facio

7 aedicto 10 aput 11 matthiae 12 aput 13 aligenarum *m. 1* 14 te g. f. interfecturi *exp. Gallandius* 16 uulnere 18 digneris *v* 19 satis] sic *coni. Gallandius non intellegens uerbi sensum* 24 publicitus *coni. Latinius* multum *quod uulgo cum sequentibus coniungitur cum participio* pollicitus *coniunxi* mirari *coni. Latinius*, miserari *V*, misereri *v* 25 tamen *om. v*

te contra quod me uoluerit facere deus? loquitur sanctissimus propheta Ieremias dixisse ad se deum: *et tu accinge lumbos tuos et surge et dic omnia quaecumque mandaui tibi, et ne timeas a facie eorum nec formides in conspectu eorum.* cum haec ita sint et nos urgeat necessitas officii nobis a deo inpositi, ut uobis agentibus dicamus quaecumque uobis dici iusserit deus, superest ut aut oboedias dei mandatis conuentus a me ipsius clementiae seruo ac sacerdote aut probes de scripturis sacris, fortassis quia rex sis, quod enim non liceat mihi te in nomine domini conuenire ut temet corrigas. si probare non poteris mihi prohibitum, sed inuenire magis incipies mihi praeceptum, ut te arguam et increpem et exhorter et deprecer et admoneam atque prouocem ad deo placendum, cur me dicis tibi facere contumeliam? eo etenim usque nobis antistitibus suis dedit potestatem ad uos nobis commissos increpandos docendos, ut dixerit: *ne timeas a facie eorum, ne formides in conspectu eorum. ecce posui te in hodierna die sicut ciuitatem firmatam et sicut murum aereum firmum omnibus regibus Iuda et principibus eius et plebi terrae. et pugnabunt ad te, et non poterunt aduersum te, quia ego tecum sum, ut liberem te, dicit dominus.* quae sunt quae dicebat Hieremias regibus Iuda et principibus eius et plebibus terrae? nempe haec quia dereliquerunt dominum et immolauerunt diis alienis. haec et tu fecisti ac facis. dereliquisti apostolicam atque euangelicam fidem, suscepisti haeresem Arrianam, et cogis omnes idololatres fieri dei seruos. quia haec audes, uocas superbos saluti tuae cupientes consultum. dicit deus Hieremiae: *et tu accinge lumbos tuos et exsurge, et dic omnia quaecumque dico tibi. ne timeas a facie eorum nec formides in conspectu eorum.* et Constantius imperator indignaris cur tibi erranti dicamus: *redi ad uiam*

2 Hier. 1, 17 16 Hier. 1, 17—19 28 ib. 1, 17

7 aut ut *v* 9 no (n *m. alt.*) 11 poteris *in* potes *corr.* 17 nec *fort. ut l. 4 et 30* 22 iudas *m. 1* 23 dereliquirunt 24 derelinquisti 25 haeresem 26 idololatras *r* 27 copientes *m. 1*

salutiferam, derelinque errorem per Arrium instinctu diaboli inuentum.

XIIII. Deus se solum timendum mandat, praeter se esse neminem formidandum praecepit; et tu ea statuisti implenda quae domini auferant metum et te faciant formidandum? deus dicit Hieremiae: *ecce posui te in hodierna die sicut ciuitatem firmam et sicut murum aereum firmum omnibus regibus Iuda et principibus eius et plebi terrae. et pugnabunt ad te et non poterunt aduersum te, quia ego tecum sum, ut liberem te, dicit dominus;* et tu existimas te timeri posse a quoquam seruorum dei? cur me dicis adrogantem superbum? cur contumeliosum vocas? nempe quia te reppererim operibus tuis esse unum ex illis de quibus beatus Iohannes: *audistis quia antichristus uenit; nunc autem antichristi multi sunt.* sic nos iniuriarum reos designas, tamquam primi restiterimus ne idololatriam tuam in dei introduceres ecclesiam. legisti in Machabaeorum libro primo: *et dixit uir proximo suo: si omnes fecerimus sicuti et fratres nostri fecerunt et non pugnauerimus aduersus gentes pro anima nostra et iustificationibus nostris, nunc citius disperdent nos a terra. et cogitauerunt in die illa dicentes: omnis homo, quicumque uenerit ad nos in bellum die sabbatorum, pugnemus aduersum eum, et non moriemur omnes, sicut mortui sunt fratres nostri in occultis. tunc congregati sunt ad eos conuentus fortis in uiribus ab Israel, omnis uoluntarius in lege et omnes qui fugiebant a malis ad eos, et facti sunt illis in firmamentum. et constituerunt uirtutem et percusserunt peccatores in ira sua et uiros iniquos in indignatione. et ceteri fugerunt ad nationes, ut se liberarent, et circumiuit Matathias et amici eius, et destruxerunt aras et circumciderunt pueros incircumcisos quotquot inuenerunt in finibus Israel in fortitudine, et persecuti sunt filios superbiae, et prosperauit opus in manu eorum, et obtinuerunt legem de manibus gentium et regum, et non de-*

6 Hier. 1, 18. 19 13 I Ioh. 2, 18 17 I Mach. 2, 40—48

13 iohannes beatus *Lucifer supra p. 17, 8* 16 machabeorum 29 matthatias 26 ad] additi sunt ad

derunt cornum peccatori. quid sentire dignatur uenenis Arrii sauciata mens tua? quid poterit excogitare contra hanc nostram defensionem morsibus serpentis concisum cor tuum? illos cum illa aduertas egisse, nobis quiescendum fuerat ore tuo prolatis blasphemiis ad populum nobis diuinitus commissum sauciandum? *et circumiuit*, inquit, *Matathias et amici eius, et destruxerunt aras et circumciderunt pueros incircumcisos quotquot inuenerunt in finibus Israel in fortitudine, et persecuti sunt filios superbiae, et prosperauit opus in manu eorum, et obtinuerunt legem de manibus gentium et regum, et non dederunt cornum peccatori.* cum illi haec qui ita egerint fuerint facti deo amantissimi, nos tibi adulando tecumque in tuo currendo scelere fuerat dignum ut tu es efficeremur deo inimicissimi? si nos tibi hinc uidemur iniuriosi, quia idololatriam tuam suscipere nequiuerimus, des unum, quaeso, qui pepercerit ex dei cultoribus aduersariis eius religionis. in secundo libro Esdrae contradicentibus ne domum et templum et ciuitatem in Hierosolymis domino instaurarent, *deus*, inquit, *caeli ipse prosperauit nobis, et nos serui eius surgemus et aedificabimus, uobis autem non est portio neque mentio Hierusalem*, et infra dicentibus aduersariis: *numquid sacrificabunt an manducabunt in loco suo? nonne ascendet uulpes et demoliet muros lapidum eorum?* et haec dicit ad deum seruus eius Esdra: *exaudi, deus noster, quia facti sumus contemptibiles et conuerte conuicia ipsorum in capita ipsorum et da illos ut sint in derisu et in terra captiuitatis; et ne operias iniquitatem ipsorum et peccata eorum a facie tua non deleantur.*

XV. Quid tale nos circa te locuti sumus? est testis quem orauit Esdras quemque et ego oro et omnis per totum mun-

6 I Mach. 2, 45—48 18 Neem. (II Esdr.) 2, 20 21 ib. 4, 3 24 ib. 4, 4—7

1 cornu *v* uenenis *coni. Latinius*, uenisse *Vr* 2 excogitari *v* 5 diuinitum 6 matthias 7 quotquod 11 cornu *v* 12 adolando 17 ne templum 18 instaurent 21 in Hierusalem *v* 23 et haec] ne haec *uel* haec *fort.* 25 contemtibiles

dum constituta eius orat beata ecclesia mea circa te haec esse nota, ut corrigas errores sisque unus ex nobis. conspice interea quomodo dei homines neque aduersarios timuerint neque contra inimicos dei domus precem fundendo desinuerint, ut uidelicet uires dei religionis aduersariorum fuissent deductae ad nihilum. sic etenim etiam sanctissimus Moyses dicit in cantico Exodi ad deum: *decidat super eos timor et tremor magnitudinis brachii tui: fiant tamquam lapides donec transeat populus tuus, usque dum transeat populus tuus, domine, hic quem adquisisti.* talia illi ad deum uerba fecerunt sibi traditis. nos quia tibi dicimus: *aut conuertere ad deum aut habe certum quod deus ad nihilum sit deducturus omnem inanem superbiam tuam*, uidemur tibi petulantes. conspice adhuc quid fecerit Matathias sanctissimus ille uir deuotus deo post tam inlustria illa quae egerit, quae etiam in fine exitus sui dixerit ad filios, et uide an recto contra te ordine dei haec agamus sacerdotes. loquitur scriptura sancta dicens: *adpropiauerunt dies Matathiae moriundi, et dixit filiis suis: nunc confortata est superbia et castigatio et tempus euersionis et ira indignationis. nunc, filii, aemuli estote legis et date animas uestras ad testamentum patrum nostrorum et mementote operum patrum quae fecerunt in saeculis suis, et accipietis gloriam magnam et nomen aeternum. Abraham nonne in temptatione inuentus est fidelis, et reputatum est ei ad iustitiam? Ioseph in tempore angustiae suae custodiuit mandatum, et factus est dominus Aegypti. Finees pater noster in zelando zelum accepit testamentum sacerdotii aeterni. Iesus dum implet uerbum, factus est dux in Israel. Chaleb dum testificatur in ecclesia, accepit hereditatem. Dauid in sua misericordia consecutus est sedem regni in saecula. Helias*

7 Ex. 15, 16 18 I Mach. 2, 49—68

4 desiuerint *c* 9 usque — domine *om. c: post* domine *add. V:* usque dum transeat populus tuus 10 fecerunt' pro *add. Gallandius* 14 matthias 18 atpropiauerunt matthiae moriundi (*e m. alt.*) 20 emuli 28 implet (*ret m. alt.*) chalep 29 accepit 30 haelias

dum zelat zelum legis, raptus est ad caelum. Ananias, Azarias et Misahel credentes liberati sunt de flamma. Danihel in sua simplicitate liberatus est de ore leonum. et ita cogitate per generationem et generationem, quia omnes qui sperant in eum non infirmabuntur. et a uerbis uiri peccatoris non timueritis, quia gloria eius in stercore et uermes. hodie extollitur, cras non inuenietur, quia conuersus est in terram suam et cogitatio eius peribit. filii, confortamini et praeualete in lege, quia in ipsa gloriosi eritis. et ecce Symeon frater uester, scio quod uir consilii est; illum audite, ipse uobis pater erit. et Iudas Machabaeus fortis uiribus a iuuentute sua sit uobis principalis militiae, et expugnabit bellum. et adducetis ad uos omnes factores legis et uindicate uindictam populi uestri, retribuite retributionem gentibus et intendite in praeceptum legis. quando itaque uideas talia praecepta dedisse filiis et ea mandasse fieri quae etiam fecerit ipse, cum doceat sic patriarchas prophetas et cunctos iustos deo placuisse. quid nos, tu tenebrose, ne tibi contumaces uideremur, uolueras facere? cessissemusne tibi mortuo uiui, dei serui satelliti diaboli, cum cernas istum Matathiam dicere ad filios? *et ita cogitate per generationem et generationem, quia omnes qui sperant in eum non infirmabuntur. et a uerbis uiri peccatoris non timueritis, quia gloria eius in stercore et uermes. hodie extollitur, et cras non inuenietur, quia conuersus est in terram suam et cogitatio eius peribit.* ne tibi iniuriosi uideamur, pareamus tibi dei domum destruenti, tibi qui hodie sis et cras eris in uermes et stercore, et hanc trahamus apud deum offensam, quo tecum mereamur redigi ad nihilum?

XVI. Cognosce post haec, quid etiam filii Matathiae istius religiosissimi fecerint, si timuerint concarnificis tui manum, si exercitum illius ante oculos habuerint et non dominum

21 I Mach. 2, 61—63

4 qui· (s *eras.*) 6 stercora *corr. Gallandius* 8 fili 13 adducitis 20 matthiam 23 stercore] eius *add.* 27 aput 29 matthiae

nostrum, quem omnia potentem ut nos credimus credentes contra hostem omnibus suis uiribus semet erexerint. *et surrexit Iudas qui uocabatur Machabaeus filius eius pro eo. et adiuuabant eum omnes fratres eius et uniuersi qui se coniunxerant patri eius; et procliabatur proelium Israel cum laetitia. et dilatauit gloriam populo suo et induit se loricam sicut gigans et succinxit uasa bellica sua et proelia constituit protegens castra gladio. et similis factus est leoni in operibus suis et sicut catulus leonis rugiens in uenationem. et persecutus est iniquos et perscrutans et hos qui perturbabant populum suum succendit. et subducti sunt iniqui prae timore eius et omnes operarii iniquitatis conturbati sunt, et prospera facta est salus in manu eius. et exacerbabat reges multos et delectabat Iacob in operibus suis, et usque in saecula memoria eius in benedictione. et perambulauit in ciuitatibus Iuda et disperdidit impios omnes ex ea et auertit iram ab Israel. et nominatus est usque ad nouissimum terrae et congregauit pereuntes.* illi tali zelo accensi contra dei domus fecerunt inimicos; nobis te contra non fuerat surgendum, ne dicti fuissemus petulantes? sed bene me petulantem diceres, si non recte contempsissemus sacrilegum edictum tuum. respice etenim conperditi tui quid praeceperint duces Iudaeorum apostolis et contra quid fecerit beatorum chorus apostolorum, et inuenies nos non esse petulantes, sed et tibi et nobis consultum esse cupientes. *Petrus autem et Iohannes ascendebant in templum ad horam orationis nonam. et quidam uir claudus ex utero matris suae portabatur, quem cotidie ponebant ad ianuam templi quae dicitur speciosa, ut peteret eleemosynam ab introeuntibus in templum. hic cum uidisset Petrum et Iohannem introeuntes in templum, rogabat eleemosynam. intendens autem in illum Petrus cum Iohanne*

2 I Mach. 3, 1—9   25 Act. 3, 1—10

1 in quem *fort.*   4 coniuncxerant   5 proeliab[n]atur ([n] *m. alt.*)   6 luricam *V*, lorica *v*   7 gigas *v*   succincxit   10 *prius* et *fort. delendum*   os   21 contempsisemus   29 *et* 31 elymosinam

dixit: aspice in nos. at ille respexit in eos, sperans se aliquid accepturum ab eis. ait autem illi Petrus: argentum et aurum non habeo, sed quod habeo hoc tibi do, in nomine Iesu Christi Nazareni surge et ambula. et adprehensa dextera manu eius erexit eum, confestimque confirmati sunt pedes eius et plantae, et exsiliens stetit et ambulabat et intrauit cum illis in templum ambulans ac saliens, laudans deum. et uidit eum omnis populus ambulantem et laudantem deum, et cognoscebant quia ipse erat qui ad eleemosynam sedebat ad speciosam portam templi, et repleti sunt pauore et admiratione in eo quod acciderat ei. et infra: *loquentibus autem illis ad populum haec uerba insurrexerunt sacerdotes et pontifex templi et Sadducaei dolentes, quod docerent plebem et adnuntiarent in Iesum resurrectionem mortuorum, et iniecerunt in eos manus et posuerunt in custodia.* et infra: *uidentes Petri constantiam et Iohannis et conperto quod homines inperiti sint et sine litteris mirabantur, cognoscentes etiam illos, quia cum Iesu erant, hominem etiam uidentes cum ipsis stantem qui curatus erat, nihil poterant contradicere. cum iussissent autem illos foras extra concilium discedere, conferebant ad inuicem dicentes: quid faciemus hominibus his? nam quia notum factum est signum per ipsos omnibus habitantibus Ierusalem, manifestum est, et non possumus negare. sed ne amplius innotescant in populum uerba haec, comminemur illis ne amplius loquantur in nomine hoc ulli hominum. consentientibus autem omnibus accersientes eos praeceperunt illis, ne omnino loquerentur neque docerent in nomine Iesu. respondentes autem Petrus et Iohannes dixerunt: si iustum est coram deo uos audire potius quam deum, iudicate; non enim possumus nos quae uidimus et audiuimus non loqui. at illi comminantes dimiserunt eos, non inueni-*

11 Act. 4, 1—3 15 ib. 4, 13—31

3 iesu *s. l. m. 1* 7 siliens 9 helemosinam 13 sadducei 20 cocilium 24 ue^r^ba 31 dimiserunt *ex* dixerunt *corr. m. alt.*

entes quomodo punirent eos propter populum. omnes enim honorificabant deum in facto. annorum erat plus quadraginta homo, in quo factum est signum sanitatis. dimissi autem uenerunt ad suos et retulerunt quanta ad illos principes sacerdotum et seniores dixerunt. at illi cum audissent, uno animo leuauerunt uocem ad dominum et dixerunt: domine tu deus qui fecisti caelum et terram et mare et omnia quae in eis sunt qui per spiritum sanctum et os patris nostri Dauid pueri tui dixisti: quare fremuerunt gentes et populi meditati sunt inania? adstiterunt reges terrae et principes conuenerunt in unum aduersus dominum et aduersus Christum eius. conuenerunt enim uere in hac ciuitate aduersus sanctum filium tuum Iesum quem unxisti Herodes et Pontius Pilatus cum gentibus et populis Israel facere quae manus tua et consilium praefiniit. et nunc, domine, respice in minas eorum et da seruis tuis cum omni fiducia loqui uerbum tuum, dum extendis manus ad sanitates ac signa et prodigia facienda per nomen sancti filii tui Iesu. et cum orassent, motus est locus in quo erant congregati, et repleti sunt omnes spiritu sancto, et loquebantur uerbum dei cum omni fiducia.

XVII. Si collegisti iam cuncta cur haec protulerimus. si inbibisti omne penitus praescriptionis nostrae desiderium. dicere audebis ulterius nos esse petulantes? quandoquidem uideas nec apostolos beatos temperasse ducibus Iudaeorum nec minis succubuisse eorum. sed magis intrepide semper duxisse ad effectum. sibi delegatum totidem etiam dei populum non solum non fuisse perterritum comminationibus incredulorum. sed etiam fuisse obsecratum. ut fiduciam loquendi constantiamque defendendi ueritatem fuisset apostolis suis dignatus tribuere deus. si igitur hoc et ab apostolis factum est beatis et populis deo dicatis et non sunt neque contumaces neque petulantes dicti a deo. quod restiterint inimicis eius. quomodo nos dicimur a te superbi petulantes contu-

1 p[u]onirent 13 uncxisti 14 quem 15 concilium *Tilius in notis* praefingit *v* 16 [ad]et ([ad] *m. alt.)* 22 omnem 23 nos *v*, non *V* 29 fuisse 32 inimici

meliosi, qui licet peccatores tamen sanctam teneamus fidem apostolorum atque illorum populorum qui credentes fuerant in unicum dei filium? cum apostolis idcirco superbi, quia uocem tuam apostatae, quia terrores tuos sacrilegi Christi milites ducamus pro nihilo, quia dei filium uerum dei praedicemus filium, sicut praedicauerint beatissimi apostoli. sic nos tibi proterui petulantes superbi uidemur, ut Iudaeis uidebantur sanctissimi apostoli, quibus, si hodie fuissent in corporibus, potueras haec dicere quae dignaris dicere ad nos. inuenimus etenim semper praeceptum eis ore comblasphemorum tuorum scribarum, Pharisaeorum, principum atque pontificis Iudaeorum, ne docerent neue praedicarent unicum dei filium; tamen quid illi fecerint accipe adhuc quae scripta sunt, ne forte possit tenebris saginatum cor tuum aliquando ad uidendam adduci ueritatem: *per manus apostolorum fiebant signa et prodigia multa in plebe. et erant uno animo omnes in porticu Salomonis. ceterorum autem nemo audebat ad illos accedere, sed magnificabat illos plebs. magisque addebantur credentes domino multitudo uirorum ac mulierum, ita ut in plateis eicerent infirmos et inponerent in lectulis et grabatis, ut ueniente Petro uel umbra inumbraret aliquem eorum. et liberabantur ab infirmitate sua. concurrebat autem multitudo uicinarum ciuitatum Hierusalem portantes infirmos et eos qui a spiritibus inmundis uexabantur, et omnes sanabantur. exsurgens autem princeps sacerdotum et omnes qui cum illo erant haeresis Sadducaeorum repleti sunt inuidia et iniecerunt manus apostolis et posuerunt illos in custodiam. angelus autem domini aperuit ianuas carceris et eduxit illos dicens: ite et stantes in templo loquimini ad populum omnia uerba uitae huius. cum haec itaque audissent, introierunt sub luce in templum et docebant. adueniens autem princeps sacerdotum et qui cum eo erant conuocauerunt concilium et*

15 Act. 5, 12—29

14 ne] an *coni. Gallandius* aliquando *om. c* 17 solomonis 21 crabatis 24 spiribus *m. 1* 26 sadduceorum 29 ad populum *om. c* 30 *post* uerba 5 *litterae eras.*

omnem congregationem filiorum Israel et miserunt in carcerem, ut eos adducerent. uenerunt autem ministri, et non inuenerunt illos in carcerem, et regressi renuntiauerunt dicentes: quoniam carcerem quidem clausum inuenimus in omni diligentia et custodes stantes in ianua; cum aperuissemus autem, neminem intus inuenimus. ut autem audierunt hos sermones principes et pontifex sacerdotum, haesitabant de illis quid illud esset. adueniens autem quidam renuntiauit illis dicens: ecce uiri quos posuistis in custodia in templo sunt stantes et docentes populum. tunc abiit princeps cum ministris et adduxit illos, non cum ui; timebant etenim populum ne lapidarentur. cum autem adduxissent eos, statuerunt in concilium, et interrogauit eos sacerdos dicens: denuntiatione denuntiauimus uobis ne doceretis in hoc nomine, et ecce replestis Hierusalem doctrina uestra et uultis inducere super nos sanguinem hominis illius. respondens autem Petrus et apostoli dicentes: utrum oboedire oportet deo an hominibus? si igitur deo est oboediendum et non hominibus, cur nos contumaces, cur nos iniuriosos uocas, quos uideas dei oboedire praeceptis? *audientes autem haec fremebant,* dicit scriptura. *et cogitabant eos occidere.* ita et tu retines nos in custodias, minitaris interficere, quia sis eo obsessus spiritu quo capti detinebantur Iudaei atque detinentur. si non eo captus inmundo spiritu detineris, cur nos prohibes confiteri ac praedicare unicum dei filium? angelus dei producens apostolos ex Iudaeorum condesperatorum tuorum carcere: *ite, docete in templo uerba uitae huius;* et tu tollens sacerdotes de ecclesia dei in carcerem coiciendos putasti, ne praedicaremus uerbum uitae.

XVIII. Interea oro te respondeas, quid sit inter te et conscotinum tuum, quem uerso ordine Sirmienses uocant Photinum? quid intersit, quid distet rogaris distinguas. ecce si

20 Act. 5, 33 26 ib. 5, 20

3 carcere *v* 7 principes principes *m. 1* 12 statuerunt eos *v* 15 doctrinam *m. 1* 17 dixerunt *Gallandius* 19 dei *s. l. m. alt.* 21 ministraris 26 ite inquit *fort.* 30 Smyrnienses *v* fotinum

tunc dixerint ad apostolos principes et pontifex et omne concilium Iudaeorum: *uultis introducere super nos sanguinem hominis illius*. etiam Photinus hominem tantum profitetur dei filium. dicit illum non fuisse ante beatam Mariam. tua quoque haec est professio, quod enim ante omnia quidem, hoc est ante caelos terram mare et omnia quae in eis sunt dei sit filius, sed quod constiterit ex nihilo, sed quod creatura sit. quid interesse arbitraris inter te et Paulum Samosatenum uel istum eius discipulum tuum conscotinum, nisi quia tu *ante omnia* dicas, ille uero *post omnia*? ceterum una uobis crudelitatis atque incredulitatis mens est, ut diceretis non habere deum uerum filium. contra uidete quomodo sit credens sancta ecclesia. *credimus in unum deum patrem omnipotentem, uisibilium et inuisibilium factorem, et in unum dominum Iesum Christum filium dei natum de patre, hoc est de substantia patris, deum de deo, lumen de lumine, deum uerum de deo uero, natum non factum, unius substantiae cum patre, quod Graeci dicunt ὁμοούσιον, per quem omnia facta sunt, siue quae in caelo siue quae in terra sunt, qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit, incarnatus est, homo factus est, passus est, resurrexit tertia die, ascendit in caelum uenturus iudicare uiuos et mortuos; credimus et in spiritum sanctum.* conspicis fidem apostolicam euangelicamque esse hanc, quae semper filium cum patre regnasse et regnare defendat, quae fateatur et perfectam esse diuinam trinitatem et unam habere substantiam. ceterum quid inter ecclesiam et uos haereticos uel Iudaeos erat inter, si non sic crederet beata ecclesia? quae sancta fides? ut sciretis quid in uobis punit domini ecclesia, dixit atque dicit de uobis: *eos autem qui dicunt: erat quando non erat et priusquam nasceretur non erat, et quia ex nullis extantibus*

2 Act. 5, 28   13 Fides Nicaena (62, 466 Migne)   30 ib.

2 ''troducere   4 et dicit *coni. Gallandius*   9 istum *V*, eum tum *v*   11 crudelitatis *v*, credulitatis *V*; *cf. p. 251, 24*   17 uero (ũ)   20 desdit (cen *m. alt.*)   21 et incarnatus *v*

factus est uel ex alia substantia, dicentes mutabilem et conuertibilem filium dei, hos anathematizat catholica et apostolica ecclesia. propter hanc sanctam fidem recludebantur apostoli in carcerem, uincula accipiebant, uerberibus per horarum momenta uexabantur, ne mundo reuelarent ueritatem. et tamen praedicare eo uoluerunt usque quo etiam mactati fuissent. et dicis nos maximae esse homines contumaciae, quia uidelicet uiam teneamus apostolorum, quia tibi dicamus erraticum te factum, quid fecerit Herodi beatus baptista Iohannes. *Herodes autem tetrarcha cum corriperetur ab illo propter Herodiadem uxorem fratris sui et de omnibus malis quae fecit Herodes, adiecit hoc super omnia et inclusit Iohannem in carcere.* qua de re inclusit Iohannem Herodes? certe quia arguebantur opera eius; ita et tu cum seruis dei agis, quia dicamus tibi: *noli gerere quae geris, noli esse homicida, noli persequi ecclesiam domini, noli apostolicam reprobare fidem, probare uero haereticam, noli idololatriam introducere in ecclesiam.* nos arbitramur haec propter tuam specialiter dicere salutem, qui si nolueris temperare, sine dubio sic tibi sis aeternam quaesiturus mortem, quomodo quaesierit et Herodes. Iohanni etenim nocere non potuit, siue quod eum in carcerem coniecerit siue quod interfecerit, quandoquidem uideas Iohannem dei amicum, Herodem uero esse dei inimicum. quaerens nocitum nobis, qui tibi aeternam sospitatem tribui desideramus, omnibus nos persequeris modis: sed ualere non poterunt uires auctoritatis tuae ad dei unici filii seruis nocendum, quia tu unus esse ex illis inueniris quos nobis credentibus subiecit dicens: *ecce dedi uobis potestatem calcandi super serpentes et scorpiones et supra omnem uirtutem inimici; et nihil uos nocebit.* tu qui dicis, quia uera tibi dicam, superbum, quem me uis inueniri? illumne seruum qui acce-

10 Luc. 3, 19. 20 28 ib. 10, 19

2 anathaematizat 9 quid *v* Quid — fecit? *coni. Latinius* iohannis 13 inclusite 14 di· (s *eras.*) 15 gerer (e *m. alt.*) 18 speciliter (a s. l.) 23 uero *s. l. m. alt.* 31 me superbum *fort.*

perit unum talentum et absconderit atque ipsum solum domino repraesentauerit, propterea quod non per fenus eundem multiplicatum sicuti conserui eius domino repraesentauerit, meruit etiam ipsum talentum amittere et audire: *serue nequam et piger*. an illum qui acceptam quantitatem decies multiplicatam repraesentauerit cuique fuerit dictum: *euge, serue bone et fidelis, quia in modico fuisti fidelis, et in plurimis te constituam; intra in gaudium domini tui*? sed istud unde audire potero, si te metuens quae tibi fuerint placita fecero? intuere in Euangelio quid nos facere uoluerit dominus, et desine nos dicere adrogantes: *homo quidam erat diues; is abiit in regionem longe accipere regnum et reuerti. et uocauit decem seruos et dedit illis decem talenta et ait ad illos: negotiamini dum uenio. ciues autem oderant illum et miserunt legationem post illum dicentes: nolumus hunc regnare super nos. et factum est dum reuerteretur accepto regno, et iussit uocari seruos quibus dedit pecuniam, ut sciret quantum quisque negotiatus esset. uenit autem primus dicens: domine, talentum tuum decem talenta adquisiuit. et ait illi: euge, bone serue, quia in modico fidelis fuisti, eris potestatem habens supra decem ciuitates. et alter uenit dicens: domine, mna tua fecit quinque talenta. ait et huic: at tu esto supra quinque ciuitates. et alter uenit dicens: ecce talentum tuum quem habui repositum in sudario, quia timui te, quod homo austerus es; tollis quod non posuisti et metis quod non seminasti. et dixit ei dominus: de ore tuo te iudico, infidelis serue; sciebas quod homo ego austerus sum et tollo quod non posui et meto quod non seminaui, et quare non dedisti pecuniam meam ad mensam, et ego ueniens cum usuris utique exegissem illam? et astantibus dixit: auferte ab illo talentum et date illi qui decem talenta habet. dico autem uobis: omni habenti dabitur, ab eo autem qui non habet et quod habet*

4 Matth. 25, 26 6 ib. 25, 21 11 Luc. 19, 12—27

2 et propterea *fort.* 6 eugae 8 istut 12 habiit 19 atquisiuit 22 mna (i *m. alt.*) 25 austerus (au *in ras.*) 27 austeris

auferetur. uerum tamen inimicos meos illos, qui noluerunt me regnare super se, adducite huc et interficite ante me.

XIX. Nempe si te non mutaueris. unus eris ex his qui interfici fuerunt iussi. hinc superbus uideor tibi. quia te cupiam non interfici. quia sim exoptans ⟨in⟩ illa quantitate mihi commissa, quam cupio multiplicari. te quoque inueniri. quia tali modo tecum geramus luctam. uidemur tibi inimici. hi qui praeceptum retinentes beati apostoli indesinenter propter tuam incolumitatem fundamus precem. *obsecro igitur primo omnium fieri obsecrationes orationes postulationes gratiarum actiones pro omnibus hominibus pro regibus et omnibus qui in sublimitate sunt, ut tranquillam et quietam uitam agamus cum pietate et grauitate. hoc enim bonum et acceptum coram salutari nostro deo, qui omnes homines uult saluos fieri et ad agnitionem ueritatis uenire.* uidemur tibi inimici hi qui te agnitionem ueritatis cupimus consequi; contumeliosum me dicis, quia dicam quae tuae et meae conducant saluti. sed haec quoque adseueratio tua, quae adstruit me tibi facere iniuriam, ostendit te inprudentem. si etenim fuisses prudens, primo numquam sacrilegus repertus fuisses. deinde correptus sacrarum litterarum auctori⟨tate temperan⟩tem te iam hominem praebuisses; at nunc, quia sis inprudens, dicenti tibi episcopo: *imperator, prouide saluti tuae; es enim ingentibus sarcinis scelerum tuorum praegrauatus*, dicis: *contumeliam mihi facis. testor coram deo,* dicit apostolus Timotheo, *et Christo Iesu et electis angelis, ut haec custodias sine discrimine, nihil faciens in aliam partem, sed aequitatem custodire.* et tu contumeliosum appellas eum, qui te in tantis sceleribus deprehensum nunc increpet, cur illa fueris perpetratus, nunc deprecetur. ut temet dum facultas est malis eripias tuis sisque talis, quem non deus puniat inter illos

9 I Tim. 2, 1—5 25 ib. 5, 21

3 mutaberis *V, em. Latinius* 5 in *add. Latinius* 9 incolomitatem 17 condicant *m. 1* 21 auctoritate temperantem te *scripsi,* auctoritem te *V,* auctoritate temet *v* 24 sacinis *m. 1*

quos nequam esse ac perfidos designat dicens: *filios genui et exaltaui, ipsi autem me spreuerunt.* hinc tibi superbus uideor, quia cupiam te inueniri inter eos quos unicus dei filius ad regnum suum inuitat dicens: *uenite, benedicti patris mei, percipite regnum quod uobis paratum est ab origine mundi.* tu tibi arbitraris contumeliam te pati, quia dicantur tibi quae uera sunt: apostolus gloriosus contra mandat dicens: *peccantes coram omnibus argue, ut et ceteri timorem habeant.* cui auscultare me oportet? tibine qui dicas: *sine me destruere dei religionem, seruos eius conuertere ad antichristum, sine me in sacrilegio hoc meo cunctos statuere,* an beato apostolo qui mihi praecipit ut te peccantem arguam coram cunctis? sed si existimas parcere me tibi debuisse, propterea quod sis imperator, et in hoc inueniris inprudens. audis enim dicere apostolum: *peccantes coram omnibus argue, ut et ceteri timorem habeant;* et tu, *debueras*, inquis, *mihi specialiter parcere, quia fuissem rex Romani imperii.* et ubi istam testificationem praetermittebam: *testor coram deo et Christo Iesu et electis angelis, ut haec custodias sine discrimine, nihil faciens in aliam partem declinando?* hinc certe tibi uideor esse contumeliosus, quia praecepta tua dei praeceptis non anteposuerim. in Actibus apostolorum lego beatos apostolos raptos ab eis, quorum es particeps non solum in incredulitate, sed et crudelitate, et praeceptum fuisse illis ne docerent in nomine domini nostri Iesu Christi. sed uideamus pariter ipsam sacrae scripturae partem, si apostoli praeceptis dei unici filii inimicorum temperauerint an ea quae implenda susceperant instantissime fuerint perfinientes. *uocantes*, inquit, *apostolos caesos eos dimiserunt, praecipientes ne loquerentur in nomine Iesu ulli hominum. illi ergo ibant gaudentes a conspectu concilii, quod pro nomine digni habiti sunt contumeliam pati. omni autem die in templo et domi*

1 Es. 1, 2 4 Matth. 25, 34 8 I Tim. 5, 20 15 ib. 5, 20 18 ib. 5, 21 28 Act. 5, 40—42

6 tibi] ibi *fort.* 18 p̄termittebāt 28 praefinientes *v* 30 loquẹrentur

non cessabant, docentes et euangelizantes dominum nostrum Iesum Christum.

XX. Cum haec referat apostolos beatos egisse sacra scriptura, te ad negandum dei filium omnium inuitante corda et haeresem tuam firmare satis agente nobis erit tacendum praepositis dei ecclesiarum, ne uidelicet tibi blasphemo, homicidae, destructori dei religionis inueniamur contumeliosi exstitisse? apostolos loquitur sacra scriptura nec uerbera nec minas filiorum pestilentiae timuisse, sed semper docuisse; nos caduci regni tui decuerat frangi uigore, quo tu omnes iniquos posses tuos implere conatus? contumaces aestimamur a te, quia uera tibi dicantur a nobis. sic et comblasphemi tui Stephanum beatissimum iudicauerunt, quia eis diceret: *dura ceruice et non circumcisi corde et auribus, uos semper spiritui sancto restitistis, sicut patres uestri, et uos. quem prophetarum non sunt persecuti patres uestri? et occiderunt eos qui adnuntiabant de aduentu iusti, cuius nunc uos proditores et interfectores fuistis, qui accepistis legem in ordinationem angelorum et non custodistis.* haec cum audissent Iudaei, digne sunt commoti contra sanctissimum Stephanum martyrem an indigne? si indigne, utique et te indigne inspice moueri contra eos qui te saluum uelint. aduerte in ea te parte stare contra dei ecclesiam, in qua et tunc steterint et nunc sunt Iudaei stantes, sic te esse durae ceruicis, sic incircumcisum corde et auribus; inde est quod, sicut illi audientes uera non sustinuerint, sed ad necem dei cultoris prosilierint, sis etiam tu prosiliens ad nostram integra et manifesta tibi dicentium necem. *cum autem haec audissent*, inquit diuina scriptura, *fremebant in cordibus suis, et stridebant dentibus in eum*, et infra: *clamantes autem uoce magna, conpresserunt aures suas et impetum fecerunt uno animo in eum, et eiectum extra ciui-*

13 Act. 7, 51—53 28 ib. 7, 54 30 ib. 7, 57. 58

4 inuitante *scripsi,* inuitantem *Vv* 5 satisagentem *v* 8 apostolos (u *m. alt.*) 11 conatos 13 sthefanum 18 quia cepistis *v* 24 te (e *in ras.*) 27 integram *v, unde* integram et manifestam *male fecerunt Lugdunenses* 28 audisset inquid 31 ciuitate

tatem lapidabant. sic tu corde fremens, dentibus stridens sis aduersum nos nulla alia de re, nisi quia te persecutorem dicamus dei domus, nisi quia destructorem dei religionis, quia fusorem sanguinis seruorum Christi, quia sacrilegum uocitemus iuste, quippe blasphemum haereticum, quippe fidem apostolicam euangelicamque expugnantem. non facimus rem deo odibilem, si tibi isto modo quo tecum conlido agentes quod te esse intellegimus dicamus. inuenimus etenim sic egisse tales, qualis sis tu, contra gloriosos. *deseruientibus autem illis*, dicit scriptura, *et ieiunantibus domino dixit spiritus sanctus: segregate mihi Barnabam et Saulum in opus, ad quod uocaui eos. tunc ieiunantes et orantes inposuerunt eis manus et dimiserunt eos. et illi quidem dimissi a sancto spiritu descenderunt Seleuciam et illinc nauigauerunt Cyprum. et cum uenissent Salamina, praedicabant uerbum domini in synagogis Iudaeorum. habebant autem Iohannem ministrum, et cum perambulassent uniuersam insulam usque Pafum, inuenerunt quemdam uirum pseudoprophetam Iudaeum, cui nomen erat Bariesuban, quod interpretatur Paratus, qui erat cum proconsule Sergio Paullo uiro prudente; qui cum aduocasset Barnabam et Saulum, quaerebat audire uerbum dei. resistebat autem illi Etoemus magus (sic enim interpretatum dicitur nomen eius), qui quaerebat auertere proconsulem a fide. Saulus autem qui Paulus repletus spiritu sancto intendens in eum ait: o plene omni dolo et fallacia, filius diaboli, inimice omnis iustitiae, non desinis peruertere uias domini rectas. et nunc ecce manus domini aduersum te, et eris caecus non uidens solem usque ad tempus. et protinus cecidit super eum caligo et tenebrae, et circumiens quaerebat qui se ad manum deduceret. uidens autem proconsul quod erat factum, credidit cum admiratione stupens in doctrina*

9 Act. 13, 2—12

5 uocemus *v*   7 quod   9 quales *m. 1*   gloriosum *v*   10 sacra scriptura *v*   14 illic *v*   17 perambulasset *m. 1*   19 bariesubam *V*, Bariesu *coni. Latinius*   22 ressistebat   magnus *v*

domini. credimus hoc instructum testimonio non te dicturum: *contumeliam mihi Lucifer facit imperatori.*

XXI. Quid mea interest quid sis, cum ego enim haec dicam quae audiuit ab apostolo ille qui agnitus est pseudopropheta fuisse? talem etenim ego habeo te Constantium imperatorem, qualem habuerint gloriosi Paulus et Barnabas Bariesuban Iudaeum? sic etenim tu contrarius inueniris esse nomini domini, quomodo et ille fuerit; sic tu resistis ueritati, ut ille restitit; sic tu non uis credere homines in dei unicum filium, ⟨sed⟩ tibi atque illi Iudaeo pseudoprophetae, nisi quia sic tu aduerso spiritu agaris, quomodo et ille ageretur. cum enim audis proconsulem uirum fuisse prudentem et cupientem ab apostolis beatis se instrui, quo posset uiam conprehendere ueritatis, et illum cuius tu imitator es restitisse apostolis, ne proconsulem ad credendum in dei filium perduxissent, manifestum est talem te esse, qualis ille fuerit Iudaeus pseudopropheta. item cum Paulum dicat scriptura sancta repletum spiritu sancto illam dixisse inuectionem, debes intellegere Iudaeum illum pseudoprophetam inmundo fuisse spiritu plenum. sicut ergo ille aduerso actus spiritu contradicebat, quia et tu ita instinctu aduersarii resistere inueniris, non te alium esse debes iudicare nisi Bariesuban Iudaeum pseudoprophetam. igitur quia te alterum Bariesuban Iudaeum pseudoprophetam esse intellegis, quotiens fuerit dictum ore tuo sacrilego: *deus non habet uerum filium*, ne moleste feras, si dicantur tibi a nobis illa quae sunt dicta ab apostolo praedecessori tuo Iudaeo pseudoprophetae: *plenus omni dolo et fallacia, filius diaboli, inimicus omnis iustitiae, qui non desinis peruertere uias domini rectas.* si fueris motus cur haec tibi dicantur quae fuerint dicta illi,

28 Act. 13, 10

1 instructus d*icturum 3 quid *v*, qui *V* enim *scripsi*, ei *Vv* 10 sed *addidi suadente Latinio* [p]seudoprophetae ([p] *m. alt.*) 17 iste *v* 21 instintu 25 tuo illo sacrilego *V test. Coletis* 26 [di]cantur ([di] *m. alt.*) 27 prodecessori 30 illic//ius (ius *in ras.*)

cuius sis tenens iter mortis, multum te insulsum ostendes, qui uelis hoc esse quod fuit ille Iudaeus pseudopropheta et nolis te illis nominari uocabulis nominum quibus fuerit et ille uocatus. iterum et hortor et deprecor, ut et moneo, ut tibi uelis consulere, ne aeterna te accipiat poena. si enim ille ita meruit excaecari, quia temptarit resistere, conspice quae tibi homicidae, quae sacrilego, destructori dei religionis possint mala repraesentari et in hac uita et in perpetuum. accipe adhuc ea quae te formare possunt non esse contumeliosos nos, sed ueraces. Antiocho septem illi gloriosissimi fratres restiterunt, nempe ut nunc tibi nos restitimus. legisti quartus quid responderit conpestilenti tuo, qui me contumeliosum dignaris clamitare, quia dicam tibi quod nisi conuersus fueris ad deum, in aeternum sis interiturus; nempe dicit: *potius est ab hominibus morti datos spem expectare a deo iterum ab ipso resuscitari; tibi enim resurrectio ad uitam non erit.* si a nobis tu tyrannus audis quod ad uitam sis resurrectionem non accepturus, si in hac incredulitate manseris, quod non ad requiem, sed ad poenam sis resurrecturus sempiternam, quae contumelia est? quintus quoque cum admotus fuisset et uexatus, dixisse loquitur scriptura regi: *potestatem inter homines habes, cum sis corruptibilis, facis quod uis; noli autem putare genus nostrum a deo esse derelictum. patienter sustine et uide, magna potestas illius qualiter te et semen tuum torquebit.* quid tibi uidetur, quia tali constantia dei seruus inuectus fuerit in contyrannum tuum? numquidnam iniuriosum fuisse cultorem dei diaboli iudicabis cultor? illum uera dicentem negabis superbum, nec me debes iudicare insolentem, quia dicam tibi non derelinqui nos a deo, propter quem haec sustineam, te contra, nisi fueris correctus, cum corruptibili gloria tua ad nihilum uenturum. quid etiam

14 II Mach. 7, 14 21 ib. 7, 16

1 ostendi *r* 7 destructore 8 accipe·· (re *eras.*) 15 ominibus 17 si te a 19 resurrecsurecturus *m. 1* 22 habens *fort.* 28 si illum *fort.* ne 31 uenturum *coni. Latinius*, uenturus *Vr*; contra te qui — sis ad nihilum uenturus *coni. Coleti*

sextus dixerit inspice, et inuenies nos eo cuneo reniti tibi turbido procellae quo illi fuerunt renitentes: *noli frustra errare; nos enim propter nosmet ipsos haec patimur peccantes in deum nostrum, et digna admonitione facta sunt; tu autem ne te existimes inpune futurum, cum contra deum pugnare temptaueris.* probant epistolae meae mediocritatis et libri rustico licet sermone descripti me saepe dixisse, quod peccata quidem fecerint nostra, ut in tuas antichristi praecursoris ueniremus manus, te tamen pugnare contra deum et idcirco, nisi tibi prospexeris, te quidem ut istum Antiochum in aeternam poenam futurum, nobis uero propitiaturum dominum.

XXII. Dolens es, cur commissis nobis te et quisnam sis reuelemus et quod sit dignum antichristi umbram te calcari a cunctis Christi militibus. *qui me,* inquis, *calcare potuerunt?* illi quos, cur se Christianos fateantur, carceribus retines reclusos, patrimonio priuas, facis extorres, torques, interficis. hinc nos insolentes esse censes, quod cunctos nobis creditos deprecemur diaboli calcare caput, sacrilegos conatus tuos uirtute passionum suarum inlatarum pro Christo dei unico filio deducere ad nihilum. sit tibi et illa gloriosissima mater septem horum filiorum insolens, quia ad coamentem tuum uincendum Antiochum suos inlicere dignata filios dicens: *nescio qualiter in utero meo apparuistis, neque ego spiritum donaui uobis et uitam et singulorum membraturam non ipsa conpegi; sed enim mundi creator, qui formauit hominis natiuitatem quique omnium scrutatur originem et spiritum uobis cum misericordia iterum reddet et uitam, sicuti nunc uos ipsos despicitis propter leges eius.* haec dicere non destitit filiis religiosa mater, fortiter filios diligens, quoad usque cunctos aduertisset interfectos. nos contra, quos praedixerat

2 II Mach. 7, 18. 19 24 ib. 7, 22. 23

4 admiratione *Sabatier; ἄξια θαυμασμοῦ LXX* 11 futur' 17 faces 19 capud conatos 22 coamentem *V ut Poncius coni.*, conamentum *v* 23 dignata sit *coni. Latinius,* dicata *V m. 1* 27 scrutatur *scripsi,* scrutator *Vv* originum *v*

ore prophetae futuros pastores gregi suo dicens: *et dabo uobis pastores secundum cor meum, et pascent uos pascentes cum disciplina*, tacere decuerat, ne tibi ad mactandas uenienti rabido lupo dei oues fuissemus uisi insolentes? mulier eo usque corda incendit dei amore filiorum, ut eorum interitu gladii fuisset potita uictoriarum: et nos Christi dicere militibus fuisse congruum arbitratus es: *nolite arma sumere contra Constantium diaboli satellitem. nolite resistere templo omnium daemonum; magis autem facite quaecumque fieri praeceperit.* quae haec est nostra contumacia, si officium nobis delegatum a deo nitamur implere, si denique istius mulieris imitatores fuerimus inuenti? tu uis diabolo placere cuius opus inueniris celebrare, nos minime uis deo haec te gerendo contra fieri acceptissimos. si te adhuc mouet, cur quod es uoceris a nobis, accipe etiam ab illo septimo huius mulieris sic clamitatum contra Antiochum filio: *Antiochus autem contemni arbitratus et eius quae increpabat uocem despiciens, cum adhuc adolescentior superesset, non uerbis hortabatur tantum, sed etiam cum iuramento adfirmabat diuitem et beatum facturum, translaturum a patriis et hospitem habiturum et res necessarias crediturum. sed ad ista adolescente non intendente uocauit matrem et suadebat, ut adolescenti fieret in salutem. cum autem multis esset hortatus, suscepit suadere se filium. itaque inclinata ad illum derisit crudelem tyrannum et ait patria uoce: fili, miserere mei, quae te in utero mensibus decem portaui et lac triennio dedi et alui et in aetatem istam perduxi. peto, nate, aspicias in caelum et in terram et omnibus quae in eis sunt inspectis intellegere quia ex nihilo fecit illa deus et hominum genus ita fit, ut non*

1 Hier. 3, 15 16 II Mach. 7, 24—38

6 gaudii *coni. Gallandius* 9 quamcumque *V, em. r* 11 deligatum 13 *interpunctionem post* minime *sustuli* te contra *uel* contra te h. g. *exspectes* 16 contempni 18 ortabatur 20 translaturum *V*, translatorem *r sed* translaturam *in notis adf. Tilius* 21 adolescentem non intendentem *Vr, em. Coleti* 28 omnibus *r*, omnia *V* 29 *post* genus *distinguit r, sed cf. Cypriani ad Fortun. p. 341, 7* fiet *r*

timeas carnificem istum, sed dignus fratrum effectus suscipias mortem, ut in illa misericordia cum fratribus te recipiam. cum haec illa dixisset, ait adolescens: quem sustinetis? non oboedio regis imperio, sed praecepto legis obaudio, quae data est nobis per Moysen: tu uero, qui inuentor omnis malitiae factus es in Hebraeos, non effugies manum dei. si enim propter increpationem et correptionem dominus noster nobis uiuis modice iratus est, sed iterum reconciliabitur seruis suis; tuque, o sceleste et omnium hominum flagitiosissime, noli frustra extolli uanis spebus in seruos eius inflatus; nondum enim omnipotentis, omnia conspicientis dei iudicium effugisti. nam fratres nostri modico nunc dolore sustentato sub testamento dei aeternae uitae recciderunt; tu uero iudicio dei iustas superbiae poenas exsolues. ego autem sicut et fratres et animam et corpus trado pro patriis legibus, inuocans deum maturius genti nostrae fieri propitium teque cum tormentis ⟨ac⟩ uerberibus confiteri quod ipse est deus solus. in me uero et in fratribus meis statuere omnipotens ira, quae super omne genus nostrum iuste superducta est.

XXIII. Quid, Constanti, a nobis plus audisti quam ea quae ab hoc dei sunt dicta fideli seruo? si ille dixit ad Antiochi satellites: *quem sustinetis? non obaudio regis imperio, sed praecepto legis obaudio quae data est nobis per Moysen;* et nos tuis dicimus: *quid est quod nos ad Constanti antichristi praecursoris uoluntatem posse facere existimatis Arrianos? ut sumus Christiani, semper erimus.* si ille Antiocho dixit: *tu uero qui inuentor omnis malitiae factus es in Hebraeos non effugies manum dei;* et tibi nos diximus atque sumus dicentes, quod enim, quia te potior nullus umquam fuerit persecutor sacrae legis dei, quia sis non effugiturus dei manum. si audit Antiochus, quod arguendi gratia suis tunc dominus fuerit iratus et quod iterum esset reconciliaturus se

22 II Mach. 7, 30 27 ib. 7, 31

4 oboedio-obaudio *V*, obedio-obedio *v* 10 spebus *coni. Gallandius*, speciebus *Vv* inflatus *om. v* 12 patres *v* 17 ac *om. V, add. v* 18 iram *v* 25 existimatis facere *v* 29 ullus 30 quia *abundat* 32 reconciliaturum

seruis suis, haec et tu nos dicere audis. si illi dictum est regi: *tuque o scelerate et omnium hominum flagitiosissime, noli frustra extolli uana spe in seruos eius inflatus; nondum enim omnipotentis, omnia conspicientis dei iudicium effugisti*, haec et tu audis a nobis, quod enim sis sceleratus omnium hominum flagitiosissimus, qui idcirco haec geras ut nos coapostatas facias tuos, sed tamen frustra te elatum, uana instinctu diaboli in nos dei seruos spe inflatum, quia neque tuos possis implere conatus malignos neque dei omnia conspicientis omniaque potentis euadere iudicium. audis a nobis, sicut et per illum inlustrem adolescentem audit Antiochus: *quod enim fratres nostri pauca perpessi sub testamentum dei aeternae uitae recciderunt, tu uero quod sis iudicio dei iustas superbiae poenas persoluturus*. audis et a nobis nos ita esse paratos interfici a te carnifice pro deo, sicuti iam fratres nostros interfecisti, animas et corpora nostra tradere nos paratos pro Iesu Christo dei uero unico filio, confidere praeterea nos de eius infatigabili pietate, quod enim omnem quidem gregem suum sit maturius erepturus ex te rapace lupo, ex te cane rabido; tu uero quod sis, nisi tibi consulueris, semper in tormenta abiturus. quid ego plus siue per scripturam siue in praesenti tibi dixerim, uolo reuincas, tu nostri temporis tyrannus. si te ego carnificem dixi, dixit non solum iste adolescens iustissimus, sed et eius mater Antiocho coamenti tuo: si inuentor omnis malitiae dictus es a me, si quod non sis effugiturus manum dei, si sceleratus et omnium hominum flagitiosissimus, quia non sis omnia potentis, omnia conspicientis iudicium effugiturus, sed in iudicio dei tu iustas poenas sis exsoluturus, haec omnia iam ab isto religioso adolescente dicta fuerant collegae tuo Antiocho. contumeliosum me clamitas, quia uideas digna tuis factis

2 II Mach. 7, 34   12 ib. 7, 36

4 omnia conspicientis *om. c*   7 quoapostatas   13 recciderint   14 et *s. l.*   20 sit   21 habiturus *V fort. recte si reposueris* sempiterna *pro* semper in   30 aduliscente

nomina tibi inposita, illa quae iam contyrannis tuis inposuerunt nostri praecessores, cultores dei uiui. Petrus beatus apostolus, *sobrii,* inquit, *estote, uigilate, aduersarius uester diabolus* ⟨*tam*⟩*quam leo rugiens circuit, quaerens quem transuoret, cui resistite firmes in fide, scientes has easdem passiones in omni hoc saeculo fraternitatem uestram perpeti.* si putas quia contumeliosus sum, propterea quod audias mala esse quae geris, in quo inuenior diabolo resistere secundum apostoli praeceptum? ecce enim uino suo hic draco ad omnem te perducens ebrietatem inmisit in omnem dei gregem, ut cunctos tuo regali usus adminiculo sicut ipse es efficias ebrios, hoc est insanos uecordes dementesque. te etenim quis de Sodomorum uite, de uinea Gomorrhae sic efficit ebrium, ut temet fornicatum, sicuti sint fornicati Iudaei, non uideres? in quo, inquam, resistemus diabolo, si tibi per quem ad nos transuorandos semet armarit non itum fuerit obuiam? si non tibi fuerit dictum a sobriis ebrio, a sospitibus aegro, ab integris uulnerato, a uidentibus caeco, a stantibus eliso, a piis impio, ab ouibus dei rapaci lupo, a benignissimis misericordiamque diligentibus crudeli carnifici saeuo homicidae, a deum clarificantibus blasphemo, a cultoribus dei sacrilego, a Christianis haeretico Arriano, si non tibi fuerit dictum a nobis: *discede, minister aduersarii nostri, da honorem deo?* in quo resistemus diabolo, si tibi uoluntatis illius sagenae pepercerimus, si non uniuersis ebrietas tua, hoc est insania fuerit declarata, si denique non per id quod saeuis aduersum nos fueris omni orbi manifestatus, ex eo quod gerens sis haec non te Christi seruum posse sentiri, sed plane mancipium illius qui sit tamquam' leo rugiens aduersum nos? hinc tibi uidemur esse petulantes, quia dicimus tibi uino illo te factum ebrium, de quo fuerint et illi ad omnem perducti ebrie-

3 I Petr. 5, 8. 9

2 praedecessores *r* 3 stote 4 tanquam *r*, quam *V* 5 ressistite firmi *v* 10 ebriaetatem 12 uaecordes 13 uitae gomurre 14 sunt *r* 16 transuoratos *m. 1* amarit 21 blasphemio 26 decl^{ra}ata

tatis dementiam, illi ad quos uel propter quos dicitur: *peccauerunt non ei filii maculati; natio praua et peruersa, haec domino retribuistis? sic plebs fatua et non sapiens?* et infra: *bibit uinum et manducauit Iacob et satiatus est, et calcitrauit dilectus; pinguis factus est et incrassatus est, dilatatus est et dereliquit deum qui fecit eum et recessit a deo saluatore suo. exacerbauerunt me in alienis, in abominationibus suis concitauerunt me et sacrificauerunt daemoniis et non deo, deos quos non nouerant; noui ad praesens uenerunt quos nesciebant patres ipsorum. deum qui te genuit dereliquisti et oblitus es deum alentem te.* sic te ut Iudaeos dereliquisse deum et idololatriam secutum probat quidem perfidia tua quam praedicas.

XXIIII. Sed nunc ad hoc te solum arbitratus sum perducendum, ut uideres non esse nos, quia quod sis tibi dicam, iniuriosos petulantes atque superbos, sed ueraces, sed praeter deum timentes neminem. Iohannes beatissimus apostolus, *carissimi nolite,* cum dicit, *omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex deo sunt, quoniam multi pseudoprophetae exierunt,* tu mihi unus esse ex his pseudoprophetis manifeste uideris, siquidem negando dei unicum filium non te habere nisi antichristi spiritum in ore tuo sacrilego declares. hinc efficitur, ut nec audire possis nos loquentes de diuina aeternitate unici filii dei, siquidem spiritus ille qui in te manet antichristi non possit sustinere et nolit se ex te pelli, sed sit cupiens eo usque in te mansitare, donec te uideat ad illa raptum loca, in quibus ipse sit in perpetuum futurus; dolet enim te tam fidelissimum delicium suum, te omnibus desideriis suis parentem ex se eripi. *carissimi,* inquit, *nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex deo sunt, quoniam multi pseudoprophetae exierunt in saeculo. ex hoc*

1 Deut. 32, 5. 6 4 ib. 32, 15—18 17 I Ioh. 4, 1
29 ib. 4, 1—3

1 dementia 4 calcitauit 6 dereliquid 8 daeos 20 manifestae 22 sacrilegio

intellegite spiritum dei. omnis spiritus qui confitetur Iesum Christum in carne uenisse ex deo est. et omnis spiritus qui destruit Iesum ex deo non est, et hoc est quod est antichristi, et infra: *isti de saeculo sunt, propterea de saeculo locuntur, et saeculum audit eos; nos autem ex deo sumus. qui cognoscit deum audit nos, qui autem non est ex deo non audit nos. ex hoc intellegimus spiritum ueritatis et spiritum erroris.* clarum est, Constanti, te esse antichristi portantem spiritum, te spiritu agi erroris. sicut enim qui dixerunt non suscepisse hominem de utero beatae uirginis unicum filium dei, qui non illum crediderunt incarnatum, hominem factum, habere erroris adstruantur spiritum et antichristi nuncupantur, sic et uos Arriani cum unicum dei filium natum uere de patre negatis, hoc est de substantia patris, uerum illum esse filium cum despuitis et semper illum cum patre regnasse, numquam filium fuisse sine patre neque patrem sine filio cum credere detractatis, cum unam habere patrem et unicum filium eius deitatem negatis, cuius uos spiritu esse plenos manifestatis nisi antichristi? non etenim potest dicere dei habens spiritum: *erat quando non erat et factus est ex nihilo*, de unico dei filio, cum illum sine initio credat cum patre regnasse et regnaturum sine fine. itaque cum non esse illum uerum dei filium dicitis, cum denique ὁμοούσιον τῷ πατρί, quod dicunt Graeci, nos uero Romani dicimus *unius substantiae cum patre*, illum esse destruere temptatis, utique et uos de illis esse pseudoprophetis et inter antichristos pronuntiaritis.

XXV. Non me debes contumeliosum iudicare, quia dicam te inmundo spiritu agi, qui dicam te antichristi praecursorem; os etenim tuum te hoc esse reuelat, neque enim habens spiritum dei poterit talia adstruere quae uos adseritis Arriani aut cuncti uariarum sectarum uestri cohaeretici. negas deum

4 I Ioh. 4, 5. 6

7 hoc *s. l. m. alt.* 14 est *deest fort. auulsum initio folii* pratris 18 plenus 22 cum] eum *r* 23 ΟΜΟΥCΥΟΝ ΤΩ ΠΡΙ 25 patrem 26 pronuntiaritis *scripsi*, pronuntiarit *V*, pronunciari *r*, pronuntiatis *coni. Poncius* 31 quoheretici *V*, quoque haeretici *v*

uerum habere filium, dicis illum esse adoptiuum, et iudicas te non intellectum, quod enim unus sis ex illis antichristis, ore pronuntiantis Iohannis. reuelatus es inquam te spiritu aduerso duci. inde est denique quod nec crediderimus tibi dicenti de filio: *factus est ex nihilo.* cognouimus etenim haec non potuisse dicere nisi pseudoprophetae spiritum, nisi antichristi praecursorem, nisi satellitem atque mancipium daemonum. non tibi haec dicenti potuimus credidisse, quandoquidem spiritus sanctus et per prophetas fuerit locutus de unico dei filio illum esse uerum filium dei, illum aeternum esse et coaeternum patri, numquam neque filium sine patre neque patrem fuisse aut esse sine filio et beati haec eadem apostoli retulerint, siquidem sanctus spiritus paraclitus qui fuerit in prophetis etiam in apostolis manserit, qui sanctus paraclitus spiritus, quia in dei sit ecclesia et uos sitis constituti extra ecclesiam dei, cum non manens sit in uobis, utique probamini antichristi uos habere spiritum; qui inmundus spiritus, ne haec quae ingerimus uideatis, corda haeretica uestra tenebris offundit errorum caligine caeca, ne scilicet ex eius possetis emergere laqueis. iudicas nos esse contumeliosos, quia te qualem esse uidemus pronuntiemus. ecce etiam cum in Euangelio cata Matthaeum dixisse dominum inuenio: *ecce ego mitto uos, sicut oues inter lupos,* tu mihi esse unus ex illis lupis uideris et quidem omnium luporum contra dei gregem rugientium rabiem in quem uideam congestam. quis etenim dei unici filii negator non gaudeat, non prae se ferat, cum uideat sic te Christi depopulatum gregem? ex illis quoque unum te accipio incredulis, ex illis perfidis ad quos dicitur: *progenies uiperarum, quomodo potestis quae bona sunt loqui, cum sitis mali? nam ex abundanti corde unusquisque loquitur de ore suo. bonus homo de bono thesauro emittit bona, et malus homo de malo thesauro profert mala.* si bona sunt,

22 Matth. 10, 16 29 ib. 12, 34. 35

2 te *coni. Latinius*, ne *Vc* 3 pronuntiatis *coni. Latinius* 6 posse *r* 19 offundi terrorum *r* 19 possitis *fort.* 22 mattheum

Constanti, quae loqueris, bonum potes habere thesaurum. petulans sum, quia dicam tibi tenebras tuo habitare in corde; inde ex tenebrosissimis sensibus tuis, ut es, inmunda tenebrosaque audes proferre. ecce etiam illud quod dictum est beato Petro a domino si audias, dicturus sine dubio me contumeliosum. Matthaeus sanctissimus, *adhuc*, inquit. *ipso loquente ecce Iudas unus de duodecim et cum eo turbae multae cum gladiis et fustibus missi a principibus sacerdotum et senioribus plebis; qui autem tradidit eum dedit eis signum dicens: quemcumque osculatus fuero ipse est, tenete eum. et confestim accedens ad Iesum ait: aue Rabbi. et osculatus est eum. dixit autem Iesus: ad quid uenisti amice? tunc accesserunt et manus iniecerunt in Iesum et tenuerunt eum. et ecce unus ex his qui erant cum Iesu extendens manum exemit gladium suum et percussit seruum principis sacerdotum et amputauit auriculam eius. tunc ait illi Iesus: conuerte gladium tuum in locum suum; omnes enim qui accipiunt gladium gladio peribunt.* contumeliosum me dicas necesse est, cum audieris quia, si gladio utaris, sis periturus gladio. aut numquid non es usus gladio? Christianorum si nullum gladio interemisti, si nullum ad mortem usque persecutus es, cur dei unicum filium uerum filium fuerit esse confessus, cur apostolicam atque euangelicam tenuerit fidem, cur non esse Arrianus uoluerit, poteris non perire gladio? audis enim dictum beato Petro et utique a deo dei unico filio, omnis qui gladio utitur quod gladio sit periturus. contumeliosus sum, quia dixerim tibi: *Christianis non licet interficere, quia pati non facere dignam sit iniuriam Christianos, interfici; debes etenim pro Christo non Christianos se clamitantes interficere.* haec nobis dedit mandata dominus: si custodita fuerint, tunc

6 Matth. 26, 47—52

1 loquaeris 3 ex *e.* et *V.* et ex *fort.* 4 illut 6 mattheus inquid 12 quod 13 ingecerunt 20 gladio in necem Christianorum? *sic distinxit et suppleuit Gallandius;* Christianorum *cum sequente enuntiato coniunxi* 28 et interfici *coni. Coleti*

Christiani esse perseuerabimus. contra tu cum gladio digneris eius persequi seruos, non te utique iam Christianum poterimus nuncupare, sed plane latronem uel gladiatorem.

XXVI. Interea, quoniam recitauimus quomodo coamens tuus Scarioth Iudas tradiderit dominum, isto in loco eius penitus retractemus sacrilegii causas et tuas, et inuenies unum uos esse te et Iudam Scariotham. ille tradidit dominum Iudaeis, quia non fuerat credens nisi quomodo sit nunc credens conscotinus tuus Sirmiensium, qui dicebatur ac dicitur indigne Fotinus. tu tradidisti eum et quidem toto orbi, ut cuncti eius possint negare diuinitatem. quis uestrum in scelere maior est? ego arbitror quia tu. *omnis enim qui peccauerit in filium hominis, dimittetur ei; qui autem blasphemauerit in spiritum sanctum, non dimittetur ei neque hic neque in futuro.* tu deitatem illius quo cuncti possint negare, extitisti traditor. quantum enim apud te est, tradidisti eum, de quo et libros scriptos dedisti et praedicatores benigni uoti tui omni in loco constituisti, quem quo possent omnes negare uerum illum esse dei filium, apostolicam atque euangelicam contra uos haereticos apud Niciam descriptam fidem fecisti iudicare haereticam et blasphemiam tuam fecisti dici catholicam. et tamen iste Iudas, qui eum tradiderat, uidens in suae salutis se operatum necem, *paenitentia ductus retulit triginta argenteos principibus sacerdotum et senioribus dicens: peccaui, quod tradiderim sanguinem iustum. at illi dixerunt: quid ad nos? tu uideris. et proiectis argenteis in templo secessit et abiit et laqueo se suspendit.* ille licet uno momento paenituit et pretium quod acceperat reddidit: tu quid tale, qui conuentus piaculum te facere ab eius seruis non solum non paenitueris, sed et magis in contumaciam creueris? tu quid tale, qui sis dans omnes copias regni tui, ut possis sacrilegium tuum fir-

12 Matth. 12, 32 23 ib. 27, 3—5

3 ue 4 quoamens 6 poenitus 9 Smyrniensium *v* indignae 10 toti *v* 14 et tu deitatis *v* 15 possint *coni. Tilius*, possunt *Vc* 20 aput describtam indicari *fort.* 26 argentis 31 firmari

mare, qui quos alio modo corrumpere non potueris a ueritate, nonnullos ingenti praemio facultatum tuarum corruperis, qui certum numerum egenorum ita locupletaueris, ut comitibus tuis de diuitiarum magnitudine possint aequari? Iudas posteaquam facinus suum aduertit, laqueo finiuit uitam; tu qui pro magnitudine maleficii tui maiore mereris plecti supplicio, quid eris acturus, cum male te fecisse sero licet cognoueris, cum ea quae nunc possunt conspicere minime suppurati ueneno haeretico oculi tui uidere coeperint? et tamen, si uelis credere, dimittatur tibi necesse est id quod ex ignorantia geris, sicuti dimissum beato Paulo apostolo aduertis; sin uero, sic eris ut Iudas descensurus ad infernam noctem, tunc dicturus eis qui te nunc haec facere conpulserunt, hoc est coarrianis tuis: *peccaui uobiscum, negans unicum dei filium; peccaui tribuendo uobis auctoritatem ad eius aeternam negandam clementiam.* tunc cum cognoscere coeperis patris et filii et spiritus sancti unam nos recte confiteri aeternitatem, cum uidere coeperis quod una sit magnitudo unaque potentia in patre et in unico filio eius et in sancto paracleto spiritu, ubi tunc erunt qui te inpulerunt ad hoc perpetrandum sacrilegium, ut dicas ad eos: *paeniteor, quia uobiscum dei inimicis cucurrerim, quia uobiscum fuerim persecutus dei domum?* tecum erunt sine dubio in gehenna. ubi tunc erunt diuitiae regni tui, quae tibi non ad salutem, sed proficiunt ad aeternum tuum interitum? optamus quidem, ut tibi salutis tuae inimico dignetur reuelare deus ueritatem emergasque e tantis periculis. ceterum quantum in scelere sis eminentior ab Scarioth Iuda, non est laboris aestimare, quandoquidem tu ad eius diuinitatem negandam omnem conuocaueris orbem, Iudas uero solis illis dominum tradiderit qui in eum necdum crediderant; tu contra etiam eos prouocare dignatus es ad negandam eius deitatem qui iam crediderant. Iudas nulli uim intulit ut secum periret, tu contra cum militari manu sis pugnans contra nos quos cognoscis credere, quomodo patri-

5 auertit ([d] *m. alt.*) 11 dimisso 13 conpulerunt *v* quoarianis 20 ad *v*, ut *V* 25 interitũ 33 sis] es *exspectes*

archae prophetae apostoli ac martyres crediderunt: utique quantum distet inter te atque Iudam non est magni laboris perpendere.

XXVII. Dicis me contumeliosum, quia et me et mihi commissos sim cupiens non tua pestifera doctrina uulnerari, quia dicam tibi morbo te plenum et iccirco te esse a dei uitandum seruis, ne iam ipsi morbidi effecti una hac tua pereamus peste. *utinam*, inquit Corinthiis apostolus, *sustineretis pusillum insipientiae meae, sed et subportate me. aemulans enim uos deo aemulor. statui enim uos uni uiro uirginem castam exhibere Christo. timeo autem ne sicut serpens Euam seduxit astutia sua corrumpantur sensus uestri a castitate quae est in Christo Iesu.* idcirco tibi uideor esse contumeliosus, quia sim timens ne per blasphemiam tuam corrumpas castitatem quam habemus in Christo Iesu, quia sumus metuentes ne, sicut serpens carissimus tuus Euam seduxit astutia sua, seducas nos a deo et facias reos mortis. ducis me contumacem, quia dicam te operarium dolosum pseudochristianum. non sunt primum per me aduersum te prolata. audis etenim beatum apostolum operarium te designasse dolosum, pseudoapostolum: *nam eiusmodi pseudoapostoli sunt operarii dolosi, transfigurantes se in apostolos Christi. nec mirum, ipse enim satanas transfigurat se sicut angelus lucis; non magnum si ministri eius transfigurantur, sicut ministri iustitiae, quorum finis est secundum operationem ipsorum.* hinc tibi uideor esse superbus, quia dicam te cognoscens ex actibus tuis ex illis esse, quos tales futuros spiritus sanctus per apostolum praeostenderit. si non es tu operarius dolosus, reuince me: ego enim scio quod fingis te Christianum, cum Arrianus sis, omnes nos uolueris seruos cuius tu satellis es

8 II Cor. 11, 1—3   21 ib. 13—15

1 itaque *fort.*   4 qui aet V, qui et *r*   6 *alt.* te *om. r*   11 timeautem   14 ti mens   basphemia tua (~ *supra* a *in fine utriusque uocabuli erasa*) V, blasphemias tuas *r*   17 ducis V, dicis *v*   25 sicundum   26 cognoscentes   27 talis

facere. si non es operarius dolosus, tu proba: nos etenim uidemus in quibusdam pium te fingere, cum omnem exerceas in nos Christianos impietatem tuam. si non es tu operarius dolosus, quomodo fingens pacem te firmare conatus fueras ad omnem dei ecclesiam destruendam, ad pacem ei per unicum dei filium traditam dissoluendam? neque enim pacem domini habere possim exinde, ex quo fecissem id quod mihi iubebas contra domini praeceptum, ex quo ipsum denique unicum dei filium, ut tu negas, coepissem negare. si non transfiguratus es in apostolos Christi, qui, tamquam uere ad te omnis cura ecclesiae pertineat, sic sis sollicitus, uidelicet ne quis alicubi catholicus praesit ecclesiae episcopus, ne quis relinquatur qui se possit fateri Christianum? tollis episcopos catholicos, ordinas haereticos, scribis horrendas comminationes, ne forte oriatur seditio. utique qui ignorat arbitratur te, dum haec agere conspicit, esse Christianum; nos contra qui instruente apostolo beato cognoscimus transfigurasse ⟨se⟩ sicut angelum lucis satanam, qui haec cuncta aduersum ecclesiam sanctam per te gerit, mirari non possumus, si te ministrum eius conspiciamus, si uelut iustitiae transfiguratum ministrum ⟨in⟩iustitiae. hortamur, utinam temet conuertas ad hoc, quo possis credi dei seruus, quo possis iudicari et intellegi Christianus. quotiens dicitur a nobis tibi non te potuisse dei unici filii negatorem existere, nisi quia sis aduerso plenus spiritu, dicere es solitus, quod enim tibi iniuriam faciamus, et quamuis rem hanc plurimis in locis iam probauerim inmundis spiritibus instigantibus corda uestra uos uenire contra dei familiam, adhuc in Actibus apostolorum sume quae acciderint. *factum est autem euntibus nobis ad orationem puellam quandam habentem spiritum pythonis occurrere nobis. quae red⟨it⟩um multum praestabat*

28 Act. 16, 16—34

1 si *scripsi*. nisi *Vr* proba nos. Etenim *uulgo distinguitur* 6 dei *om. r* 7 possem *fort.* 10 apostolum Christi, quia *coni. Gallandius* iure *fort* 14 scribas 17 se *addidi* 20 iniustitiae *scripsi*, iustitiae *Vv* iustitiae hortamur. Utinam *uulgo distinguitur* 27 uenire] saeuire *fort.* athuc 29 quendam 30 occurre *in* occurrit *corr. m. alt.* redum *V*, redditum *r*

dominis suis diuinando. haec subsecuta est Paulum et nos et clamauit dicens: hi serui dei excelsi sunt qui praedicant nobis uiam salutis. hoc autem faciebat per multos dies; quod cum indoluisset Paulo, conuersus ad spiritum ait: praecipio tibi in nomine Iesu Christi, ut exeas ab ea. et exiit eadem hora. uidentes autem domini eius quia exiit spes reditus eorum adprehensum Paulum et Sileam extraxerunt ad forum ad magistratus et obtulerunt eos dicentes: homines hi conturbant ciuitatem nostram, cum sint Iudaei, et praedicant sectam quam non licet nobis recipere nec facere, cum simus Romani. et consurrexit uniuersa turba aduersus eos, et magistratus destitutis tunicis eorum iusserunt eos uirgis caedi. et cum multas eis inposuissent plagas, miserunt eos in carcerem praecipientes custodi carceris diligenter seruare eos. qui cum tale praeceptum accepisset, misit eos in imam carceris et pedes eorum in neruo conclusit. circa mediam autem noctem Paulo et Silea orantibus et hymnum canentibus deo audiebant eos ceteri uincti. repente autem terrae motus factus est magnus, ita ut concuterentur fundamenta carceris, et ostia aperta sunt et omnia uincula soluta sunt. expergefactus est custos carceris et cum uidisset ostia carceris aperta, exemit gladium, ut se interficeret existimans fugisse uinctos. exclamauit autem Paulus uoce magna dicens: nil tibi mali feceris: omnes enim hic sunt. quo audito custos carceris petit lumen et ingressus est et tremens procidit ad pedes Pauli et Sileae et cum produxisset eos foras, ait: domini quid me oportet facere, ut saluus sim? at illi dixerunt: crede in deum Iesum, et saluus eris tu et domus tua. et locuti sunt ei uerbum domini cum omnibus qui erant in domo eius. et sumens eos ipsa hora noctis lauit a plagis, et baptizatus est ipse cum omnibus suis. et ducens eos in domum adposuit mensam, et epulabatur cum uniuersa domo sua credens in domino.

XXVIII. Igitur ut ille spiritus pythonis audiens nomen domini Iesu Christi, mox effugatus est de domo sua, concitauit

1 est *om. r* 2 et *om. r* 3 nobis *r* 12 disruptis *coni. Gall.*, discissis *Latinius*, dissutis *fort.* cedi 20 ostea *m. 1* experge*****factus (autem *eras.)* 22 et existimans *V*; et *exp. Latinius* uinctus *m. 1* 32 epulabatur *coni. Latinius*, epulabantur *Vr*

uniuersum populum ciuitatis aduersus unici filii dei maiestatis praedicatores, ita et te cum tuis contra nos eius seruos illi inpuri spiritus concitauerunt. nec dubites te isdem agi spiritibus quibus fuerint acti contra Paulum et Sileam surgentes, quando te sic dei religionis factum uideas persecutorem. ut ille uulgus fuerit qui necdum credidisset in dei unicum filium, qui non aliunde talis, nisi quia sine spiritu fuerint dei, ut tu quoque esse probaris. spiritum etenim te habere sanctum non posse, nisi credideris in dei unicum filium, custodis istius carceris factum manifestat, qui cum utique unus fuerit e populo illo resistenti, tamen iste, posteaquam credidit quia iam sancto regeretur spiritu quo regerentur Paulus et Sileas, nonnisi uiam tenere amplexus fuerit eorum, propter quos uiderat ianuas sponte carceris reseratas. ita tu qui nunc diuerso ageris spiritu, nisi credideris in unicum dei filium, sicut etiam nos credimus, habere in te non poteris nisi aduersarii nostri spiritum. ait etenim ille custos ad gloriosos Paulum et Sileam: *domini quid me oportet facere, ut saluus sim? at illi dixerunt: crede in dominum nostrum Iesum, et saluus eris tu et domus tua.* constat igitur non te esse saluum, quia adhuc non credideris in dominum Iesum. nec enim poteris te adseuerare credidisse in eum, cum sis eum persequens. aut numquid arbitraris non te ipsum persequi in nobis? si non ipsum persequeris in nobis, quomodo ipse dicit ad Saulum: *quid me persequeris? ego sum Iesus quem tu persequeris. durum est tibi calcem mittere contra stimulum.* quid agebat Saulus, ut haec audiret a domino? nempe haec quae tu; sic etenim ille negabat unicum dei filium, ut sis negans tu. non enim Paulus tunc persecutor, postea uero qui perpeti coeperit persecutionem, idcirco Christianos persequebatur, quia credidissent sicuti tu credis, *quod fuisset quando non fuerit, quod factus fuerit*

18 Act. 16, 30   24 ib. 9, 3

1 magistratis (" *m. alt.)*   3 hisdem   6 illud *c*   quod *v*   7 quod *v*   tales *v*   dī*   11 iste *scripsi*, est *Vv; est idem ualere* quod factum est quod *putant Coleti*   25 ego — persequeris *om. v*

ex nihilo et *quod uerus sit filius*, sed utique quod auderent unicum dei filium confiteri, quod credere se adstruerent Christiani quia aeternitas una sit patris et filii, quia una sit dealitas, quia una sit potentia in patre et filio. haec execrabatur Paulus existimans errare Christianos: at ubi inlustratus est per eum quem negabat, ubi cognouit de libris Moysi et de omnibus prophetarum uoluminibus, confestim haec coepit quae inpugnabat defendere, quae scilicet ante defenderent illi quos persequebatur quam credidisset. ceterum quis tam uecors erat, ut estis uos Arriani aut est Fotinus Sirmiensium, qui uere dicitur Scotinus, ut crederet in creaturam, in eum *qui fuerit quando non fuerit*, in eum *qui creatus sit ex nihilo?* apparet igitur cunctos uos non credentes, sicut credit ecclesia gloriosa, spiritu duci aduerso, de quo aduerso spiritu liberari non poteris, nisi credideris uerum illum esse filium dei.

XXVIIII. *Contumeliam*, inquis, *faciunt mihi episcopi.* cur tibi uidemur contumeliosi? nempe quia dicamus: *quid te Christianum fingis?* uideris etenim esse Arrianus, uideris esse dei religionis hostis. hinc apud te ac tuos esse iniuriosi uidemur. sed conspice quae, ut ageremus episcopi contra uos lupos, fuerit locutus beatissimus apostolus: *uos scitis a prima die, qua ingressus sum Asiam, quemadmodum uobiscum fui per omne tempus seruiens domino in omni humilitate et lacrimis et temptationibus, quae mihi acciderunt ab insidiis Iudaeorum, quomodo nihil subtraxerim ab eis quae utilia essent, quomodo renuntiarem uobis et docerem publice et per domos testificando Iudaeis et Graecis in deum paenitentiam et fidem in dominum nostrum Iesum. et nunc ecce uinctus spiritu uado Hierusalem, quae in ea mihi euentura sunt ignorans, nisi spiritus sanctus per omnem ciuitatem protestatur mihi dicens: quia uincula et tribulationes me manent in Hierosolymis. sed pro nihilo aestimo animam meam caram esse mihi, quam con-*

21 Act. 20, 18—21

1 sit] non sit *Latinius* 5 ad 6 Moysis *v* 8 defenderant *fort.* 9 uaecros *in* uaecors *corr. m. alt.* 19 aput 20 quae *s. l.* 21 uo 26 docere

summare cursum meum et ministerium uerbi quod accepi a domino testari Iudaeis et Graecis euangelium gratiae dei. et nunc ego scio quod amplius non uidebitis faciem meam uos omnes, inter quos perambulaui praedicando regnum domini Iesu. propter quod contestor uobis hodierna die quia mundus sum a sanguine omnium, et non praetermisi praedicando omnem uoluntatem dei. adtendite uobis et omni gregi, in quo uos spiritus sanctus posuit episcopos regere ecclesiam domini, quam adquisiuit sanguine suo. ego scio quia intrabunt post discessum meum lupi graues in uos non parcentes gregi; ex uobis ipsis exsurgent homines et loquentur peruersa, ut adducant discipulos post se. propter quod uigilate memoriam tenentes quia per triennium nocte ac die non cessaui cum lacrimis monendo unumquemque uestrum. cum haec mandata uideas esse apostoli, quid me iubes facere, ne contumeliosus esse uidear tibi? nempe tacere me et sinere iubes, ut tu unus ex illis lupis designatis grauibus quouis modo grasseris in dei gregem. uidemus nos lupos quos praeostendere est dignatus spiritus sanctus per uas electionis apostolum omnem conprehendere conatos dei gregem: et nos, episcopos quos spiritus sanctus ad regendam dei ecclesiam constituerit, quod dicit beatus apostolus, debemus tibi lupo parcere, debemus uereri regni tui diademam, inaurem etiam et dextrocheria, debemus insignes quas esse censes uestes tuas honorare et despicere rerum creatorem atque rectorem? quis te inprudentior est, ut dicas: *iniuriam patior a Lucifero, imperator ab homine egeno*? nec dignaris dicere *ab episcopo*, quia esse lupus fueris agnitus et merueris repulsam. tali putasti me onerandum inuidia, ut adsereres dei seruum tibi imperatori extitisse contumeliosum. si putas nos iniuriosos, accipe quid responderit principi sacerdotum prohibenti praedicare unicum dei filium beatus Paulus. *intendens*, dicit scriptura, *in concilium Paulus dixit: uiri*

32 Act. 23, 1—3

4 in praedicando *v* 9 quem 12 pos[t] memoria *fort.* 20 conatus episcopi *coni. Gallandius* 21 regendam *coni. Latinius*. gerendam *Vr* constituerit quod *scripsi*, quod constituerit *V*; quod *om. v* 23 diademam (am *ex* em *corr.*)

fratres, ego omni conscientia bona conuersatus sum coram deo usque in hunc diem. princeps autem sacerdotum Ananias circumstantibus sibi praecepit percuti os Pauli. tunc Paulus ad eum dixit: percutere te incipiet deus, paries dealbate. et tu sedes iudicare de me secundum legem et contra legem iubes me percuti. igitur si non potest sacra lex beatum Paulum contumeliosum iudicare, quia hoc dixit iniusto iudici, nec tu me uera tibi et quod es dicentem iuste poteris dicere superbum. reum me contumeliarum designas. sed quaeso te dicas cui de me possis conqueri? si deo, quomodo ei quereris quem sis ignorans? quomodo cum alienus sis ab eius domo? si uero tibimet ipsi conquueraris, quid facturus homo, qui nocere dei seruis ex nulla possis parte? si torqueas, magis curamur; si crucias, magis reficimur; si interficis, magis uiuemus.

XXX. Cur audeam te dicere antichristi praecursorem, dicis me iniuriosum. si non te actus tui hoc esse ostendunt, considera cum ingenti sollicitudine sanctissimi etiam prophetae Danihelis librum, et inuenies te unum ex illis praeostensis persecutoribus dei religionis. *in primo anno Balthasar regis Chaldaeorum Danihel somnium uidit, et uisus capitis eius in cubili eius, et somnium suum scripsit: ego Danihel uidebam, et ecce quattuor uenti caeli inmittebant in mare magnum, et quattuor bestiae de mari, altera alteram magnitudine antecedens. prima ut lea et pinnae eius. et surrexit a terra et super hominis pedes stetit, et cor hominis datum est ei. et ecce alia bestia similis ursae, et in una parte stetit. et tria latera in ore eius, in medio dentium eius. et sic dixit ei: surge et manduca carnes multas. post hanc bestiam uidebam, et ecce alia bestia ut leopardus, et ei alae quattuor uolucris super eam et quattuor capita bestiae, et potestas data est ei. post hanc uidebam, et ecce bestia quarta horribilis admirabilis et fortis uehementer; dentes eius ferrei manducabant*

19 Dan. 7, 1—27

3 sibi *V*, se *r* paullus 9 contumeliarum (' *m. 1)* 10 quaereris 14 uiuimus *fort.* 24 leo *r* eius] αὐτῆς ὡς ἀετοῦ *LXX* 26 urso *v* 30 uolucres 32 fortes

et comminuebant, et reliqua pedibus suis conculcabat. et haec bestia maior ceteris bestiis quae antea uisae sunt, et cornua decem ei. et intendebam in cornua eius, et ecce cornu aliud minus ascendit in medio eorum, et tria cornua quae erant ante illum eradicata sunt a facie eius. et ecce oculi hominis in cornu hoc et os loquens magna. uidebam quoadusque sedes positae sunt, et uetustus dierum sedebat. uestitus eius albus ut nix et capillus capitis eius ut lana munda et sedes eius flamma ignis, rotae eius ignis ardens. fluuius ignis lucebat ante eum, milia milium seruiebant ei, et dena milia denum milium adstabant ante eum. in iudicium sedit, et libri aperti sunt. uidebam tunc a uoce sermonum magnorum quos cornu illud loquebatur, quoadusque interiit bestia et periit, et corpus eius datum est ut conburatur. et reliquarum bestiarum regnum translatum est, et longitudo uitae data est eis usque ad tempus. uidebam in uisum noctis, et ecce cum nubibus caeli ut filius hominis ueniens uenit usque ad uetustum dierum. anticipauit et oblatus est ei et datum est ei regnum et honor et imperium, et omnes populi tribus linguae seruiunt ei, et potestas eius potestas perpetua quae numquam transibit, et imperium eius numquam corrumpetur. horruit spiritus meus in habitu meo, et ego Danihel, et uisus capitis mei conturbabat me. et accessi ad unum circumstantium et ueritatem quaerebam ab eo de omnibus his. et dixit mihi ueritatem et interpretationem sermonum declarauit mihi: hac bestiae quattuor magnae, quattuor regna surgent in terra et accipient regnum sancti altissimi dei et obtinebunt eum usque in saeculum. et quaerebam diligenter de bestia quarta, quod erat praeter ceteras bestias horribilis ualde. dentes eius ferrei et ungues eius aerei, manducabat et comminuebat et reliqua pedibus suis conculcabat. et de cornu eius decimo, quod erat in capite eius, et de altero cornu quod ascendit et priora tria cornua excussit, cuius oculi et os

1 conculcabant *Vr; em. ex Sabat.* 3 aliut 4 que 8 sedis 9 fluuius signis 13 illut 14 cõnburatur 15 tempus et tempus *coni. Gallandius; ἕως καιροῦ καὶ καιροῦ LXX* 19 seruient *coni. Gall.; δουλεύσουσι LXX* 20 trasibit 26 surgent *ex* sunt *corr. m. 1* 27 dei *hic et infra exp. Latinius* eum *V*, illud *v* 29 dentes ei *v* unguis

loquens magna, et uisus eius maior ceteris. uidebam, et cornu illud faciebat bellum cum sanctis et ualebat aduersus eos, quoadusque aduenit uetustus dierum, et iudicium dedit sanctis altissimi dei, et anticipauit tempus, et regnum obtinuerunt sancti. et dixit: bestia quarta quartum regnum erit in terra, quod eminebit omnia regna et manducabit omnem terram et conculcabit eam et concidet. decem cornua eius, decem reges exsurgent, et post eos exsurget alius qui superabit malis omnes qui ante eum fuerunt, et tres humiles faciet et uerba aduersus altissimum deum loquetur et sanctos altissimi dei inueterabit et excogitabit mutare tempora et legem, et dabitur in manu eius usque ad tempus temporum et dimidium temporis. et iudicium sedebit et regnum transferet, ut exterminet et perdat usque ad finem, et regnum et potestas et magnitudo regum data est sanctis altissimi dei. et regnum eius sempiternum. et omnes ei seruient et oboedient.

XXXI. Debueram quidem tantum illam partem indere, quae te declaret per actus tuos, cuinam sis similis bestiarum: sed ut scires te in illa gehenna futurum, in qua bestiam illam missam refert gloriosus Danihel, nisi te correxeris, et quomodo quos persequeris in aeternum sint regnaturi in regno conlocati domini, quo aduertere posses, haec omnia adnectimus. item ad hoc uniuersam reuelationem censui adplicandam, quo tu tibimet et saltim legens satisfacere posses, quod enim uos tyranni persecutores dei religionis bestiae fueritis dicti: cupiens etenim sum purgare apud tuam infectam uenenis Arrianae dogmatis conscientiam, apud te non religiosum sed religionis destructorem, non me ut adstruis esse contumeliosum, quia dicam te feram bestiam uel inmanem beluam, cum uideas sic uos uocitari, iuxta facta uestra uobis etiam nomina adplicata. ceterum quartae illius bestiae te gerere similitudinem, te haec implere esse cupientem quae illa prae-

1 uidebatur *ante hoc uerbum non distinguens r* 2 illut 6 eminebat *m. 1* 7 concident decem c. eius. Decem *sic distinguens r* 9 tres reges *coni. Latinius ex graeco* 14 eorum regum *Lat.* 16 seruiunt *m. 1* 18 declarat *v* 26 me purgare *v* aput 27 arriani *v* aput

dictum est quod esset impletura manifestum est. scriptum est de antichristo cui tu similaris aut ipse esse iudicaris: *uerba aduersus altissimum domini loquetur et sanctos altissimi dei inueterabit et excogitabit mutare tempora et legem, et dabitur in manu eius.* haec tu iam fecisti atque es faciens. cum enim dicis: *non est uerus deus filius dei, sed factus est ex nihilo,* uerba loqueris aduersus deum. Christiani etenim cum unam uindicemus diuinitatem patri et unico filio eius et tu sis hanc nostram inpugnans defensionem, sis adstruens de filio *quod fuerit quando non fuerit* et *quod factus sit ex nihilo,* utique probas te aut esse antichristum aut certe eius praecursorem. neque enim poteris alius esse intellegi nisi aut praecursor antichristi aut antichristus, qui audeas apostolicam euangelicamque haereticam dicere fidem et tuam temptes blasphemiam catholicam fidem uindicare. iniuriam te pati sentis, quia bestia esse dicaris a nobis; inueniris excogitare fidem mutare, hoc est ut non ita credamus, quomodo patriarchae prophetae apostoli ac martyres crediderint, sed institueris sic credendum, quomodo conperditus tuus Arrius. et dicis non te recte dici bestiam, cum, quia haec esses acturus, bestiam te esse dixerit sanctissimus propheta? non minor es, Constanti, incredulitate ab antichristo: nam dentibus ferreis dei seruos deuorando non desinis. quid pluribus? nihil antichristus acturus est, nisi ut negetur unicus dei filius. hoc agit stultitia saginatus inmundissimus animus tuus.

XXXII. Sed quantumuis saeuias, transient, transient tempora tua et uenient illa, in quibus uisurus te, nisi tibi consulueris, in illo igneo fluuio constitutum, uisurus tunc eos quos infeste persequeris, propterea quod nolint perire tecum, non in illo in quo tu futurus es loco tormentorum, sed cum angelis sanctis gratias et laudes referentes semper deo, te uero in illo liquore flammeo. nolo mireris, si Danihel glorio-

3 Dan. 7, 25

3 loquaetur 11 antichritum 17 credimus *m. 1* 20 rectae 27 uisurus] es *add. Coleti* 28 illo *om. r*

sus te bestiam esse designarit, quando et Paulus beatus de collectis tuis dixerit Cretensibus: *Cretenses semper mendaces, malae bestiae, uentres pigri,* et infra: *quamobrem increpa illos acriter, ut sani sint in fide, non intendentes Iudaicis fabulis et mandatis hominum auersantium se a ueritate.* hinc tibi episcopi sumus iniuriosi, quia te increpemus atque obiurgemus, cur fueris ausus auertere temet a ueritate, cur nolueris dei mandatis derelictis hominum haerere blasphemiis atque mandatis, cur denique derelicto deo idololatriam susceperis. hinc tuus tibi inimicus esse uideor, quia uelim te gradi secundum apostoli praeceptum et non secundum Arrii atque Iudaeorum mandata. contra has nostras iustissimas allegationes uidens te ueritate superatum dicere es solitus: *sacrae scripturae praecipiunt regibus et omnibus degentibus in sublimitate debere te esse subditum; et audes tanta ac talia mihi ingerere, Lucifer?* haec conspicis, huiusmodi quae te iubent honorari intellegis; quae uero te iubent facere illa fingis non nosse, illa quae te moneant dominis sacerdotibus oboedire, illa quae urgeant unum te exhibere ex omnibus conseruis tuis oportere nec cuiquam te, si uelis dei inueniri seruus, superiorem dicere. *haec,* inquit Tito beatus apostolus, *loquere et exhortare et argue cum omni imperio; nemo te contemnat.* si Christianus es, quia et tu unus sis de illis propter quos dixerit: *haec loquere et exhortare et argue cum omni imperio; nemo te contemnat,* utique me cum omni te corripientem imperio audire debes, non contemnere. tunc eris Christianus, si me non contempseris hortantem te ut perseueres Christianus; si uero contempseris, iam non de Christianis esse inueniris, quia si fuisses Christianus, non contempsisses eum quem deus ordinauerit ad instruendam plebem suam et eum cui

2 Tit. 1, 12 3 ib. 1, 13 21 ib. 2, 15

2 conelectis *uel* combestiis *coni. Latinius,* collegis *fort.* (*cf. p.* 295, *30)* cretentes *m. 1* 3 uentis 5 mandatis *V*, mendaciis *r* 13 es *r*, esse *V* sacre 17 facere.. (et *eras.*) 18 moneant domini *scripsi,* moneat dominus *Vr* 22 exortare contempnat *et sic l.* 25 *et 26* 28 inueniris *scripsi,* inueneris *Vr*

apostolus dixerit: *haec loquere et exhortare et argue cum omni imperio; nemo te contemnat.* quid enim te hortor? nisi ut non sis homicida, ut dei non persequaris domum, ut desinas torquere proscribere deportare recludere carcere trucidare uarie disperdere interficere eos quos cernas Christianos, ut desinas denique blasphemare unicum dei filium, ut apostolicam suscipias quam haereticam dicis fidem, hanc scilicet nostram quam apud Niciam te contra et cunctos haereticos episcopi descripserunt, ut sis credens sicuti nos dignerisque respuere idololatriam per Arrium magistrum tuum institutam, ut Christianum te clamites, non Arrianum, ut desinas crimina falsa dei mittere sacerdotibus. haec est correptio mea, haec obiurgatio. apostolus mihi dicit ut te arguam cum omni imperio, et tu dicis: *facit mihi iniuriam Lucifer*, et non dicis: *dei sacerdos commonet atque hortatur secundum sacrae legis praecepta, ut possim ducere uitam deo acceptissimam.*

XXXIII. Nam quia dicas debere nos tibi obsequia, scito quia non tibi soli, sed et omnibus nos in sublimitate degentibus in obsequiis repraesentandis esse nouimus debitores. dicit enim apostolus: *admone illos principibus et magistratibus subditos esse, oboedientes, ad omne opus bonum paratos esse, neminem blasphemare, non litigiosos esse, sed modestos, omnem ostendentes mansuetudinem ad omnes homines. fuimus enim et nos aliquando stulti et incredibiles, errantes, seruientes desideriis et uoluptatibus uariis, in malitia et inuidia agentes, odibiles, odientes alterutrum; sed cum benignitas et humanitas inluxit saluatoris nostri dei, non ex operibus iustitiae quae nos fecimus, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis et renouationis, per spiritum sanctum quem effudit in nobis honeste per Iesum Christum saluatorem nostrum, ut iustificati gratia ipsius heredes efficiamur secundum spem uitae.* admonet ergo sub-

1 Tit. 2, 15 20 ib. 3, 1—7

1 exortare *m. 1* 2 ortor 5 uariae 11 clamitaes 19 repraesentandis *coni. Gallandius*, repraesentantibus *Vv* 27 et inluxit 29 lauachrum

ditos nos debere esse in bonis operibus, non in malis. si bonum est opus, ut absentem interimamus, ut inauditum purgare se proclamantem necemus, ut eum quem innocentem scimus omittentes omnem respectum misericordiae tecum puniamus, si opus bonum est negare dei unicum filium, si opus deo acceptum est apostolicam deserere fidem, suscipere haereticam, merito diceres contra sacrarum facere me scripturarum monita. addo illud, quod illorum principum et magistratuum apostolus fecerit mentionem, qui necdum credidissent in unicum dei filium, utique humilitate nostra et mansuetudine et longa in aduersis patientia et maxima in rebus congruis oboedientia fuissent prouocati ad credendum. ceterum si tu, quia imperator sis, fingens te unum e nobis cogas nos deum derelinquere et idololatriam suscipere, numquid adquiescendum tibi erit, ne apostoli praetermissa fuisse uideantur praecepta? et tamen tu, qui te fingis Christianum, Christianos temptaris quod ipse sis facere, hoc est apostatas, tu qui adhuc stultus sis et incredibilis permanens in malitia tua, in qua et nos fuisse ante agnitionem, ante susceptam sacram fidem apostolus dicit, in quibus tibi temperaturi eramus, nisi ut quae licita essent impleremus? aut cum dicas tu, blaspheme homicida: *necate credentes in unicum dei filium, estote mecum persecutores domus eius, mecum negate eum, apostolicam respuite fidem, suscipite haeresem meam, cuius ego omnibus uiribus cordis mei extiti amator*, quis te infelicior est, ut non te uitet, non te haec facere suadentem daemonum templum esse cognoscens fugiat? quia haec audis, dicis: *iniuriam patior a Lucifero homine misero et utique imperator*, non subsequitur sermo ille tuus blasphemus conspurcatus: *audio quae mereor a Lucifero domini sacerdote*.

XXXIIII. Galatis uas electionis, *miror*, inquit, *quod sic tam cito transferimini, qui uos uocauit in gratia, in aliud*

31 Gal. 1, 6—9

2 interemamus 8 illut 10 ut ii quoque *coni. Gallandius*, utique *idem esse quod* et qui utique *non intellegens* 24 eu ius 25 ego *s. l. m. alt.* 26 nonne *v* 28 m isero 31 inquid 32 transferimini V, transferamini *r*; ab eo *add. Latinius* aliut

euangelium quod non est aliud, nisi sunt aliqui qui uos conturbant et uolunt conuertere euangelium Christi. sed licet nos aut angelus de caelo euangelizauerit praeterquam euangelizauimus uobis, anathema sit. sicut praediximus, et nunc iterum dico: si quis uobis adnuntiauerit quam quod accepistis, anathema sit. et tu arbitraris aliud posse te iudicari a me nisi anathema esse, cum inueniam te aliter euangelizare quam tradiderunt beati apostoli. cum itaque audis a me quod anathema habeam te euangelizantem aliter quam euangelizarunt apostoli, si dicas me iniuriosum, mentiri te cognoscere, ⟨si⟩ aliquid es hominis gestans, poteris, siquidem uideas tibi me idcirco dicere anathema, quia iam beatus apostolus te anathematizauerit. iniuriosum me iudicas, quia dicam te stultum: sed quomodo potero recte a te iniuriosus uocari, quando constet me uerum dicere quod enim sis stultus? si enim Galatae audiant *o stulti Galatae* a beato apostolo, cur putes tu non stulti debere te nomine uocitari? illi etenim si propterea quod falsis fratribus obtemperassent, quia ad illorum conserpentinorum tuorum suggestiones intendentes et sabbata seruare se oportuisse et circumcisionem fuisse custodiendam censuerant, sunt stulti dicti, quanto magis tu digne diceris stultus, qui unici dei filii negator extiteris! quia dicam tibi: *eripe te a canibus rabidis Arrianis, dole tibi quod illorum maligno haerendo concilio et ipse canis factus sis,* contumacem me dicis; sed fortassis ignoras unici dei filii negatores dictos canes, dictos tauros pingues, dictos filios iniquitatis, semen adulterum et meretricis, filios perditionis et semen inicum. si fugit te ita uocitatos uos a deo, audi per Esaiam ipsum dicentem ad comblasphemos tuos Iudaeos: *accedite huc,*

16 Gal. 3, 1   29 Es. 57, 3. 4

1 quot aliut 5 aliud annunciauerit *v* 6 aliut 7 anathemam 10 si *add. Coleti* 11 es *om. v* ⁱdcirco 14 rectae 15 merum (ue *m. alt.)* galathae *bis* 20 circumcisione 24 malignum *V*, malignorum *fort.; cf. p. 281, 14 et 24* 27 filii 28 fugit te *scripsi*, fugite (is *alt. m.) V*, fugitis *v*, fugis *coni. Latinius*

filii iniquitatis, semen adulterum et meretricis. in quo delectati estis et in quem aperuistis os uestrum et aduersus quem inmisistis linguam uestram? nonne uos estis filii perditionis, semen iniquum? et alio loco: *uidete quia omnia excaecata sunt, non cognouerunt sapere, omnes canes muti qui non poterunt latrare, somniantes in cubile, amantes dormitare. et canes improbi animae nescientes satietatem, et sunt nequam nescientes intellectum, omnes uias suas secuti sunt.* qui hi sunt ad quos haec uel propter quos dicantur? nempe illi quos in uicesimo primo psalmo incusat unicus dei filius ore Dauid dicens: *circumdederunt me uituli multi, tauri pingues obsederunt me. aperuerunt in me os suum, sicut leo rapiens et rugiens,* et infra: *circumdederunt me canes multi, concilium malignantium obsedit me, foderunt manus meas et pedes.* quando itaque illos in sacrilegio magistros tuos dictos uitulos, tauros pingues atque canes aduertes, non poteris tu unus ex malignantium concilio contumeliosum me iudicare, quia illis te nuncupem nominibus quibus compestilentes tui uocati sunt ac uocantur: neque enim tu minor es in nequitia, qui audeas dicere: *erat quando non erat et factus est ex nihilo,* ut non illis aptis tibi nominibus nuncuperis. sed uis his non nuncupari nominibus, muta uias tuas, corrige errores tuos, ut correxerunt Paulus beatissimus et ceteri ex illo perfido populo. quia dicam tibi: *eripe te a malignantium concilio,* uideor esse tibi contumeliosus. qua de re? nempe quia profitear me Christianum, quia noluerim derelinquere deum et abire post idololatriam tuam. non nos primum contumeliosi ac superbi a uobis dicti sumus sacrilegis: dicti sunt enim etiam illi cuncti qui restiterunt funestis edictis contyrannorum tuorum.

XXXV. Ut et ceteros praeteream in clausula orationis, ad solum iterum me uertam Antiochum regem. iudicabatne resi-

4 Es. 56, 10. 11 11 Ps. 21, 13. 14 13 ib. 21, 17

6 potuerunt *v* 7 anima *coni. Gall.* 13 cocilium 14 manos 20 dice (re *superscr.*) 21 noncuperis (u *superscr.*) 25 quia *s. l.* 31 et ut *coni. Gallandius*

stentes sibi contumeliosos superbos necne? sine dubio. quia contumeliosos superbos illos existimarit fuisse, tali est crudelitate deo dicatos ad mortem usque persecutus. restat ergo ut uideas quae adhuc super illa quem iam cognouisti gesserit Antiochus: et si illos recte poteris dicere superbos fuisse Antiocho contumeliosos, poteris et nos. haec etenim nos patimur a te quae sunt et illi perpessi ab Antiocho: sic nos sumus proclamantes pro fide, pro religione, sicut fuerunt proclamantes et illi; sic nos deo Abrahae, deo Isaac, deo Iacob seruire profitemur, quomodo et illi sunt confessi. *misit*, inquit scriptura, *rex senem Atheniensem qui conpelleret Iudaeos, ut se transferrent a patriis et dei legibus, ne uterentur, contaminare etiam quod in Hierosolymis erat templum et cognominare Iouis Olympii et Margarizin, prout erant qui locum inhabitabant, Iouis hospitalis. pessima autem et uniuersis grauis malorum erat seditio. nam quia templum comisationibus gentium erat plenum, scortantibus cum meretricibus et in sanctis tectis mulieribus se adpropiantibus, insuper intro inferentes ea quae non oportebat; altare etiam plenum erat inlicitis quae legibus prohibebantur. neque autem sabbata agebantur neque dies solemnes patricii custodiebantur*, et infra: *ducebantur autem amara necessitate per singulos menses in diem regis natalis, miseratio erat; et cum sacra Liberi celebrarentur, cogebantur enim hederas habentes Libero circumire. decretum autem exiit in proximas Graecorum ciuitates, suggerentibus Ptolomaeis id ipsum institutum aduersus Iudaeos agere et misereri, eos uero qui nolint transire ad instituta Graecorum interficere. aduenit ergo uidere miseriam. duae enim mulieres delatae sunt natos suos circumcidisse, quarum infantes ad ubera suspenderunt et, cum publice per ciuitatem illas circumduxissent, per murum illas praecipitauerunt. alii*

10 II Mach. 6, 1—6 22 ib. 6, 7—11

1 negne 4 quem] quae *fort.* 6 nos] tibi *add. Gallandius* etenim et *r* 9 abraae 14 olympi *καὶ τον ἐν Γαριζίν LXX* 21 patrii *fort.* 23 miseratio erat] ad uiscerationem *coni. Latinius ex gr.* 24 enim] ei *fort.* hedera 26 ptolomeis 27 ageri *m. 1* 30 publice

uero in proximo concurrerunt in speculas et latenter septimum diem celebrabant. quod cum indicatum esset, sufflammati sunt, eo quod metuerent in die solemni gloriosa ferre sibi auxilia. quid censes oportuisse facere tunc cultores dei? deo oportuerat an Antiocho placendum? si illos non censes Antiocho placere oportuisse, nec nos utique tibi, quia et tu alio licet modo, tamen nos sis cupiens tollere a deo et iungere diabolo, ut ille uoluerit illos. ipsa per te crudelitas geritur: sic saeuus atque inicus in eos qui tuo funesto edicto resistunt. superest igitur, ut est saepe dictum, doleas te errasse agnoscensque te esse homicidam atque blasphemum temet, desertor dei, repraesentes domui, alioquin tu tibi inputaturus, cum te uidere coeperis illic esse ubi nunc sunt cuncti illi contyranni tui.

1 speluncas *fort.* 12 dei, dei *fort.* EXPLICIT DE NON PARCENDO IN DM̄ DELINQUENTIB: INCIPIT MORIUNDUM ESSE PRO DĪ FILIO

V.

MORIENDUM ESSE PRO DEI FILIO.

I. Decuerat quidem, Constanti imperator, nihil iam tecum de diuinis retractare scripturis, cum eo uidelicet quem ueritatis compererimus interpolatorem, tecum quem de illis ex actibus tuis te conprehenderimus esse, qui idcirco dicantur sibi sapientes, quod enim sint insipientiae iter tenentes: decuerat, ut diximus, post tanta illa quae ingessimus iam praebere silentium, maxime cum scriptum meminerimus: *noli respondere inprudenti ad inprudentiam eius, ne similis fias illi,* et iterum: *in aures inprudentis noli quicquam dicere, ne, quando audierit, inrideat sensatos sermones tuos.* sed quia adhuc de armorum tuorum potestate et uana imperii tui dominatione temet collegi plaudere, quod enim possis quos ratione debueras in id quod censueras constituere uiolare, in his omnibus quibus te putas magnum esse te miserum contemnique omnem carnificinae tuae rabiem a seruis dei uolui isto praesertim libro notum sacrilegio funestatae facere menti tuae. te enim cum temporali caduco fragili corruptibili regno tuo transiturum et ad aeternam poenam, nisi tibi dum est locus prouideris, peruenturum, Christianos uero ad aeternam uenturos requiem, incorruptibile regnum consecuturos fixum manifestumque habere te uolumus. an defendere temptabis, quod enim per hanc haeresem tuam 'conprehensurus sis regnum caelorum, tu qui cum conpestilentibus tuis Arrianis timens, ne a nobis Christianis reuictus manus dare aliquando

8 Prou. 26, 4 10 ib. 23. 9

4 compere[ri]mus 13 temet *scripsi (an* te tibimet?), timet *V,* times *v,* itumes *coni. Tilius,* te tibi *coni. Gall.* 15 contempnique 19 transtorum 21 incorruptibilem 22 tefendere *m. 1 V,* te defendere *fort.* 24 [con]pestilentibus ([con] *m. alt.)*

clamante ueritate ipsa cogereris, disceptatione reiecta ad uirtutem confugiendum censueris fragilium armorum tuorum? tamquam posses armis fragilibus inmortalia dona consecuturos superare inimicus diuinae religionis, religiosos seruos Christi praecursor antichristi, milites dei eos quos ad aeternas diuinitatis suae perfruendas amicitias unicus est filius dei inuitare dignatus dicens: *beati estis, cum uos odio habuerint homines et maledicentes persequentur, et exprobrabunt et dicent aduersum uos omne malum. gaudete et exsultate, quoniam merces uestra multa est in caelo; sic enim persecuti sunt et prophetas qui erant ante uos.* nos tu in omnibus inpotens de gradu putasti pellere, hos prosternere quos uideas idcirco esse paratos pro unico dei interfici filio. quod enim elegerint non uobiscum negatoribus torqueri apud inferos, sed caeleste consequi regnum; hos per inanem regni tui auctoritatem censueras temet superaturum qui dei templa esse ipsa confessione fidei suae clarescunt. ut enim uos Arriani negando filium dei domos esse inmundi spiritus uocibus prophetarum apostolorum atque sacrorum euangeliorum designamini, ita qui filium dei confitemur templa dei esse ostendimus nos. milites dei tuae carnificinae succumbere potuisse crudelis atque sacrilega mens tua suggestionibus fauens cohaereticorum tuorum praesumpserat, nos quos templa sua dicit esse deus sic: *quoniam inhabitabo in illis et inter eos ambulabo, et ero illorum deus et ipsi erunt mihi populus.* hos te uincere potuisse iudicaueras quos apostolus hortatur tollere deum et portare in corporibus suis. hos te armis futilibus regni tui subigere potuisse fueras quidem arbitratus; sed perspicis. in tuo palatio intra uelum licet stans tulisti responsum a me ad conseruandam salutem omnes dei seruos calcata friuola auctoritate tua mente uoluntate studio uirtute uoce consentire.

7 Matth. 5, 11. 12   24 II Cor. 7, 16   25 cf. Cor. 6, 20

1 cogeris *m. 1*   2 fragilium Arrianorum tuorum censueris r   7 hodio   8 exprobrant *V, em. r*   14 no[n] aput   16 superaturos *Vr; em. Coleti*   17 fidaei   20 ita qui *coni. Tilius in notis*, itaque *Vr*, ita quum *coni. Gallandius*   22 quohaereticorum suorum   28 perspicis] cum *add. Coleti*, perspicue *uel* perspicuum *Gall.*   30 fribola

II. Aduertis quomodo caduca dominatio tua quanto contra nos saeuire dignatur, quod tanto ea iudicetur esse infirmis contemptibilis inanis debilis et abiecta; furore etenim et scelere concitata manus tua ad perimendos nos quotiens praeualuit, totiens nos creuisse et magis atque magis uictores extitisse meminimus. mactasti quam plurimos in Alexandria, laniasti certos toto in orbe, disperdidisti resistentes tibi uariis in locis; sed hi omnes, quod tu audire minime uis, martyres sunt: illos omnes beatissimos tuo mactatos gladio in paradiso esse ⟨uti⟩que credimus. crede mihi quod a te statuerimus interfici, quia et melius esse uiderimus in omnia aeua deum habere amatorem quam tecum Iudas Scariothae atque Iudaeorum imitatore puniri. hinc est denique, Constanti, quod frendores colubri per te inlatos non timentes subire parati sumus omne exitium. numquam nos consiliorum nostrorum paenitere potest, si per te mactati qui adhuc tuis crudelibus restitisse uidemur manibus fuerimus. mors etenim quam nobis tu minitaris inferre omnibus est parata; tantam uero beatitudinem quantam sancti sunt martyres adepti nemo ut uidemus est consecutus, nisi hi qui mortem propter unicum dei filium moriundo uicerunt. dicatos deo homines torques interficis exterminas, et cur haec geras causas odiorum reddere non uales. quia tu erras, etiam nobis irasceris cur ueram teneamus uiam, et cum nostra salubri admonitione corrigere te possis, errores tuos insuper crudelibus factis coaceruas, dicatas deo mentes euisceratis corporibus extorquens eorum, qui statuerimus deo fidem usque ad extrema uitae seruare curricula. perspicis ita haec esse et quidem non sine maximo dolore tuo, cum non ualere te aduertis nos ab hac quae sola est religione deflectere, ab isto cursu, in quo ad brauium sursum uocationis tendimus retrahere,

30 cf. Phil. 3, 14

2 *post* dignatur *uerba* quanto contra nos seuire dignatur *falso repetita m. 1 exp.* 5 totiens *v*, cotiens *V* 9 mactotos paradyso 10 utique *scripsi*, qui *Vv*, quin *coni. Gallandius* 12 te cum Iuda Scarioth *v* atque *om. v* 13 imitatore *scripsi*, imitatorem *Vv* 18 sancta *m. 1* 22 , quia tu erras. Etiam *sic distinguit v* 27 extremã 30 sursum *coni. Latinius*, rursum *V*; *an* sursumuocationis *compositum est? εἰς τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως (cf. Roensch. It.² 239)*

non cum te ex aperto facis inimicum, non cum te simulas amicum — uideris etenim quod sit in te qui deceperit Euam — non cum uerbum tuum per quod serpis ut cancer falso fucato scientiae tumore conponis, adstruendo te omnibus flagitiis tuis maculato edicto tuo rescissore, messe omnium errorum, cum sis ipse totius erroris fons, adfirmas te luminis portitorem, cum sis tenebris obsessus omnibus. nullis ergo modis posse nos a uia ueritatis deflecti, licet intellectu omni careas, tamen ex parte contemni te inspiciens potes tandem uidere, Constanti imperator immanissime. hoc enim fidei primum esse negotium nouimus Christiani nec prosperis nec aduersis de gradu demoueri, non a proposito semel uigore deduci. cernimus una hac uoce religiosa: *Christianus sum, nolo esse ut tu es, Constantius, apostata*, omne crimen excludi, hac una uoce tribui praesidium salutis, uinculum libertatis et honoris, conspicimus hac confessione tribui uobis protectionis clipeum, telum contra per te in nos saeuientem diabolum; et tu inquis: *negate uos Christianos*. ut contra aduersans discrimen duremus stabiles nec saeuitiam tuam torquentis horreamus, animemur magis quam doleamus, ista efficit conscientia quae reminiscitur unicum dei filium ad protegendos uictoresque efficiendos suos suae diuinitatis praebere praesentiam; hinc efficitur, ut qua nos credis extingui poena uiuificemur. id etenim nobis, qui eum propter quem patimur esse nobiscum credimus, in augmentum uirtutis adsumimus, quod tu cruciatui sperasti prodesse, punitor; hinc est quod malis tuis quatientibus non frangamur quantoque uarie continua crudelitate uexamur, tanto firmiter roboremur. est enim nobiscum ille qui adulescentes Hebraeos credentes in se in camino ignis tutatus est: ipse

3 cf. II Tim. 2, 17 24 cf. Cypriani app. III 28, 6 (Hartel)

3 non *Vv*, nam *coni. Gallandius* 4 timore 5 fidei rescissore *uel simile exspectes* 6 *ante* adfirmas *supple* non cum 9 contempni inspiens 10 fidei *s. l.* primum *scripsi*, pri mum (ae *eras. uidetur*) *V*, proprium *v* 13 haec 19 orreamus 27 uariae 28 ad huliscentes

firmat nostras mentes, ipse sensum regit nostrum. ipse diuino incendit amore suo nostra corda et ad tolerantiam sanctae passionis animat. unde et nemo nostrum mortem quam inferre minitaris cogitat sed immortalitatem nec temporariam per te inlatam poenam sed gloriam sempiternam. tormentis namque martyras dei consecrari et ipsa passionis probatione coronari aperiunt ita sacrae scripturae: *pretiosa in conspec⟨tu⟩ domini mors sanctorum eius,* et: *si coram hominibus tormenta passi sunt, spes eorum inmortalitate plena est. et in paucis uexati in multis bene disponentur. quoniam deus temptauit illos et inuenit eos dignos se. tamquam aurum in fornace probauit eos et quasi holocausta hostia accepit eos, in tempore erit respectus illorum. iudicabunt nationes et dominabuntur populis, et regnabit dominus eorum in perpetuum.*

III. Qui igitur tantam felicitatem consecuturos se de dei praesumunt magnitudine, et exsultent necesse est et futura cogitantes gaudia praesentia tua mala calcent. unici dei filii diuina uox est: *qui amat animam suam in isto saeculo perdet illam, et qui odit animam suam propter me in uitam aeternam conseruabit eam.* quo diuino haerentes Christiani praecepto, licet in membris nostris resultans, Constanti, tua ungula recurrat in uulnera, stamus stabimusque inmobiles, te tortore atque omnibus poenis tuis fortiores, hoc solum nobiscum ipsi reuoluentes quod ista crudelitatis tuae carnificina nobis sit utilis ad gloriam sempiternam. a barbaris saepe parcitur uictis et est locus inter arma clementiae et utique apud eos qui ferali ritu sint uitam ducentes. hoc uero inenarrabile est quod fit aduersum nos a te, qui tibi bene uoluimus atque ut contingat desiderantes sumus deumque iugiter obsecrantes non desinimus: spolias, proscribis, mactas gladio, uarie punis nec

7 Ps. 115, 6 (LXX) 8 Sap. 3, 4—8 18 Ioh. 12, 25
21 cf. Cypriani app. 28, 8 (Hartel)

2 at 5 inlitam 6 martyres *v* 7 conspec 12 holocaustam hostiam *coni. Latinius* et in tempore *coni. Latinius* 16 exsultant *v* 18 sc̄lo 19 hodit 22 tortore *scripsi,* torrae (re *m. alt.*) *V, om. v* 26 aput 29 deumquae 30 uariae

corpora quae laniare sanxisti sepeliri permittis, eleemosynam fieri prohibes. omnia metalla omniaque loca, exilia uocari quae putabantur digna, nostro tuae calliditati resistentium replesti numero: relegando insontes, fame siti nuditate uexando non desistis. his illa ingeris mala qui aeternam cupimus consequi beatitudinem. et tamen, imperator crudelissime, quidquid saeuitia tua nobis intulit atque inrogatura erit, aduerte quod mendacium sit, siquidem nec mors sanctis qui nos praecesserunt martyribus per te inlata mors sit nec iactura neque damnum, sed fidei faeneratio. semper Christiani uobis tyrannis in persecutione peruersa quaestione torquemur. quo enim genere nocentes coguntur ad confitendum, eo nos conpellimur modo ad Christum unicum uerissimum filium dei negandum. sed ut illi pro meritis confessi damnantur, sic nos, quia dei filium non negamus, coronamur quibus uictoria est a te inlata damnatio: auferimur a te e medio quibus coram non audeas blasphemare. prosternitur etenim una uoce Christi militis ille qui contra nostram confessionem religiosam in te manens loquitur, ille qui per te nostrum sitit sanguinem, ille qui tuam obsedit mentem: contremiscit praesentiam cultorum dei atque ferre non ualet, cum dissentimus a te qui dicas *esse ex nihilo filium dei*, cum contra stamus minas tuas omnemque crudelitatem carnificinae tuae potentia eius iuuati protectique calcamus. castigari te profecto sentis eius seruorum constantia atque tolerantia qui dicit: *nolite metuere eum qui potest occidere corpus; magis autem metuite eum qui potest et corpus et animam perdere in gehennam.* Pauli etiam beatissimi eius apostoli ad te calcandum tyrannorum omnium tyrannum hortamentis animamur: *sumus filii dei. si autem filii dei et heredes dei, coheredes autem Christi, siquidem conpatimur, ut et simul glorificemur*, et iterum: *existimo non*

25 Matth. 10, 28 29 Rom. 8, 16 31 ib. 8, 18

1 sancsisti elemosynam 4 relingando 5 qui te *malim* 6 crudelissimae 10 sed f. f. semper Christiana. Vobis *sic dist. et scribit v* 11 questione torquaemur 14 utili 15 aest 19 manet: loquitur ille *sic distinguit et scribit v* 27 in* (h *eras.)*

esse condignas passiones huius temporis ad futuram gloriam quae reuelabitur in nobis. cuius claritatis gloriam cogitantes pressuras omnes et persecutiones non solum per te inlatas a diabolo, sed et per omnes eius homines nos tolerare seruos Christi conuenit, quia licet sint multae, tamen ex omnibus illis liberamur qui filium dei uerum esse filium credimus et, cum duas esse personas patrem et filium meminerimus, tamen unam diuinitatem patri et eius unico filio uindicemus. has nostras iustas inuictasque audiens allegationes, quia sustinere ueritatem ille qui tuam obsedit mentem non potest, instigat tuum ferinum animum, ut nos quam acerrime uexes, exquisitis poenarum generibus excrucies, cur nolimus iter deserere salutare. hinc est quod nimia tua crudelitas nostris inludit corporibus, cur magni aestimemus fidem cultoresque dei nos esse non abnegemus. totis in nos incumbis carnificinae tuae uiribus, arbitratus nociturum te nobis, ignorans probationis nostrae nos gaudere occasionibus, hi uidelicet qui felicitatem nostram hanc existimemus maximam, si in hoc iustitiae agone tua carnifice manu nobis contingat pro dei iugulari filio. stabiles contra tuam religiosa mente perstamus insaniam, uincente scilicet in nobis eo pro quo patimur quicquid sub persona nostra in iniuriam ipsius diuinae maiestatis tu profane iactitas sermone uacuo et inani conloquio, uoluntate praua; quae cuncta dura mens tua et obstinata pectoris feritas in necem suae gignit salutis. dum a religione dei dissentis ducente dementia, furore rapiente, omni denique te inmanitate uexante qua instigaris pariter ac fereris, eo quem negas protegente contra tuam, belua, inmanitatem ut aduerso solent mari moles oppositae reluctamur. feriant licet per te diabolici fluctus et pulsent late uagantes mundi turbines, magis magisque inmobilis ut est erit uirtus nec

29 sq. cf. Cypr. app. III 29, 9 sq.

2 reue[la]bitur 4 tolaerare 12 nol[u]imus ([u] *m. alt.)* 15 carnificin&uae 18 han 22 *sub (p *eras.)* in iniuriam *V ut Latinius emendauerat,* iniuriae *v* 27 ferris *v* 28 quam beluam *V,* beluae *fort.* 29 uel uerso *v* sole[n]t 30 pulsant latae

undis tuarum infestationum circumspumantibus succumbemus operti, sed contra omnia erimus semper erecti pericula. siquidem non sit Christianus animus abiectus qui sternatur et iactetur ad uitia, sed eo usque sit generosus ac nobilis, ut contra omnia temptamenta inmobilis uictorque permaneat. non sumus Christiani cogitantes praesentis fragilis uitae dulcedine perfrui, sed sumus adipisci cupientes aeternae securitatis et felicitatis gloriam, perpetuae beatitudinis possessionem. Iohannis apostoli beati, ut terrena spernentes caelestia sequi desideremus, hortantis religiosa uox est: *et mundus transit et concupiscentia eius; qui autem fecerit uoluntatem dei manet in aeternum, quomodo et deus manet in aeternum.*

IIII. Cum haec ita sint, cupio te cognoscere cum omnibus tuis praestigiis ac fraudibus cumque uastissima saeuitiae tuae crudelitate iacere te subter pedes dei seruorum, omnem gloriam tuae uanae dominationis duci a nobis atque haberi pro nihilo nihilque te aliud esse a nobis sentiri cum omni uigore atque auctoritate imperii tui quam inanem aurulam. iactare nos haec quisquam de tuis fortassis dicat adulatoribus. non retines, Constanti, dixisse me iudicibus te uelo misso audiente quod, licet totum militem tuum in nos decreuisses iacere regni tui tela, in nos exsecratores blasphemiae tuae ut in sacrilegi tui decreti contemptores omnia sua conliderent arma, nec sic tamen quod possemus a proposito recedere? sed tu pro tua illa prudentia in omni pro te moriundos bello milites tuos censuisti, Christianos uero sanxisti dei oportuisse exsistere negatores. et utique tui sentiunt dolorem uulnerum, dolent se perisse, dolent hanc amittere lucem. nos uero primo sentire poenarum cruciatus non possumus, in quibus Christus patitur, in quibus Christus aeternam salutem operatur; deinde, quia praesentia pro nihilo ducamus et lumine in illo perenni semper futuri sumus, qui fieri potest, ut non pro Christo dei filio uitae aeternae tributore sacrilegio funestatis manibus tuis

10 I Ioh. 2, 17

7 saecuritatis 17 aliut 20 uel omisso *r* 22 sacrilego tuo decreto *r* 23 sic *coni. Latinius*, si *Vr* 32 qui *r*, quin *V*, quine *fort.; cf. p. 310, 8*

malimus interfici, qui aliter nos deo patri placere non posse cernamus, nisi conuenti a te ad negandum unicum dei filium eius per mortem etiam ipsam uerum esse illum dei filium confessi fuerimus? detestabilis mens tua indigne fert, quia dicamus Christum dei filium dei esse uerbum, dei sapientiam, dei uirtutem, deum uerum de deo uero, natum de patre, id est de substantia patris, lumen de lumine, natum non factum, unius substantiae illum esse cum patre, quod graece dicunt ὁμοούσιον, per quem omnia sunt facta, sine quo numquam fuerit pater. indigne fers, Arrii uermis, cur defendamus quod claritas potestas magnitudo aeternitas diuinitasque una sit patris et unici eius filii, non esse nouum quod nos legati adseuerabamus in tuo palatio et firmando non desumus, semper sic fuisse et esse creditum a Christianis, sicuti apud Niciam contra haeresem tuam Arrianam et contra omnes errores uidetur esse sacra fides conscripta. si tandem oculos serpentis morsibus confossos cordis tui aperias, inuenias, quod hanc habet, hanc defendit ecclesia fidem quam sibi traditam cognoscit per beatos apostolos. omnes momento peragrare si posses gentes, inuenisses, stolidissime imperator, ubique Christianos sicuti nos credere, in hac defensione nostra perstantes pro dei filio ut nos mori cupere. at tua nouella praedicatio et recens religio, sub praetextu fidei blasphemia in perniciem salutis tuae per te prolata, non solum adhuc limitem Romanum peragrare non ualuit et utique te satis agente, sed et ubi ubi radices figere temptauerat, aruit recedentibus scilicet omnibus dei famulis a te atque paucis tuis quos lolium esse super frumentum seminatos dominus praedixerit tecum manentibus. quae omnia tibi praestitit atque est praestans artifex fraudis

27 cf. Matth. 13, 25

1 maluimus *v* 7 patis 8 grece *V*, Graeci *v* 9 *ομοουσιον* 11 diuinitas quae *Vv*, *em. Latinius* 12 . Non esse *sic distinguit v* 14 aput 15 here sem (m *eras.*) *alt.* contra *om. v* 16 ocul///s (o *s. l.*, i *eras.*) 17 inuenies *v* 23 p̃texto blasphema *coni. Gallandius* pernitiaem 25 set ubi ubi *V*, ubi *v* 27 esse *s. l.* 28 frumentum (u *s. l.*)

ac mortis, qui per te plurimos blanditiis obliquis inlicit ac decipit, qui cum sit reus totius sceleris, suggerit cordi illi tuo amarissimo, ut nos tamquam reos alicuius criminis punias. sed prospice tandem, aperi cordis oculos, in quibus tibi nihil luminis est, sed omnis caligo et ingentes tenebrae uersantur, et inuenies quod mors tua fragili inlata potestate integriorem reparet uitam, quod haec magis nos deducat ad gloriam per ignes, per gladios, per catenas ac feras, per quidquid denique rabies tua piissimi imperatoris in nostram censuerit ingerere necem. tutante deo non modo non extinguimur, sed magis atque magis uiuificamur, qui meminerimus nihil esse super nos praeter deum, unde erubescit animus deuotus atque mancipatus deo tibi per tuam mortuo blasphemiam, cani latranti contra ueritatem, uermibus Arrii scatenti succumbere. seruorum Christi animae quotiens uim diligenter ueram examinant tormentorum, considerant nullum maius esse tormentum quam a te aduersarii nostri seruo seruum uinci Christi. recordamur dominum dixisse: *si quis uult post me uenire, abneget se sibi et tollat crucem suam et sequatur me. qui enim uoluerit animam suam saluam facere perdet illam, qui autem perdiderit animam suam propter me inueniet eam. quid enim prodest homini, si totum mundum lucretur, animae uero suae detrimentum patiatur? aut quam dabit homo commutationem animae suae?* martyrii cogit dignitas, ut uitam Christiani morte condemnemus, siquidem nouum salutis genus per dei filium fuerit tributum *interire ne peream.* nouimus hanc esse nobis traditam diuinitus disciplinam, ut sine ullo terrore militiae uim tueamur tanti nominis, quippe quos iam pridem aeternae memoriae cupiditas abstraxerit a desiderio istius lucis quosque ad calcanda omnia terrena Christi societas segregarit. crescit, Constanti, crudelitatis tuae pugna; sed

18 Matth. 16, 24—26 21 Cypr. app. III 31, 9 sq. 27 Cypr. ib. 32, 15 sq.

4 oculis nihil *m. 1* 5 ...luminis 7 repa..ret per. 10 extingui·ur (m) 16 tormentum] tormenta 18 si qui· 25 condemnemus *scripsi (cf. Cypr. l. c.)*, contemnamus *Vc*, contra emamus *coni. Latinius* 26 peream] possim *coni. Lugdunenses*, pereamus *fort.*

crescere aduerte et Christi militibus gloriam, nec retardamur denique ab acie tormentorum metu, sed ipsis magis tuis tormentis ad aciem prouocamur. haec ita esse negare non poteris, quando conspicias pari et simili calore uirtutis Christianos toto in orbe ad gerendum certamen animatos, quando uideas militum Christi incorruptam fidei firmitatem quod non detestandae tuae blanditiae decipiant, non minae furoris tui terreant, non cruciatus tuae carnificinae ac tormenta crudelitatis deuincant, illo uidelicet in nobis manente et nobiscum semper constituto qui ad beatos apostolos dixerit: *uobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi.* est ubique praesens, quia omnipotentis sit filius totum potens, cui cum patre una sit aeternitas atque potestas diuina.

V. Sed te quanta caligo obsederit incredulitatis quantaque tenebrarum et errorum nubes tuum pectus obduxerit, dici non potest, qui cum te Christianum fingas, Christianum tamen nomen e medio auferre nitaris. inter haec daturos legentes ueniam conspicere debes, quod pro merito impietatis tuae facundia mediocris ingenii mei ad exsecrandum te describere non ualuerit; dedisse me etenim uidebant formam uniuersis deum timentibus praebuisseque materiam tractaturis, quo te ordine possent sine uitae aeternae radicibus positum secare. nec te maledicis uocibus dicas a nobis obiurgari, si quae dignus es a rusticis licet tamen Christianis audis. nouimus non maledicendum, sed magis propter inimicos rogandum; filius etenim dei rerum cum sit dominus, tamen cum malediceretur, non remaledicebat. ceterum, si rerum malediceret dominus, tantae utique maiestatis impetu uniuersa conciderent. dicis utique ad haec: *dominus te mitem esse uoluit quippe antistitem suum, et tu te peruicacem me circa praebes.* prophetae apostoli et chorus euangeliorum non occidendum

1 cf. Cypriani epist. II 490, 9 sq. 5 cf. Cypr. II 490, 15 sq. 10 Matth. 28, 20

1 nec *coni. Latinius*, ne *Vv* 2 aciae 6 militum *scripsi*, mi^{li}tem *V*, militem *v* 11 secli 12 omnipotens *v* 14 incrudelitatis *V, em. v* 15 obduxerint 22 sinae

docent, tu contra deo dignaris interficere dicatos. Christiani ad placandum quem colimus his rebus opus esse nouimus quibus illum delectari ac gaudere scimus. si igitur placere censendum est posse deo quod facis, omnes nos oportet homicidas esse, sacrilegos ac blasphemos. o Constanti, quam ingentis sis dementiae uideris; conspicitur ueterator ille subtilis, circumscriptor innocentium in tua mente sedem sibi conlocasse, et arbitraris non te adhuc publicatum? adhuc in ouem, cum sis lupus, perfrigescis, tu qui a sanctissimis prophetis bestia nominaris, a beatissimis apostolis canis ac lupus rapax, subornatus, cum sis operarius iniquitatis, tamquam minister iustitiae, et te esse hominem censes, cum nihil hominis nisi lineamenta ac summam figuram geras? doles te inmanem bestiam dici, nihil te hominis nisi liniamenta ac summam gerere figuram. dic, quaeso, an possis, innocentium interemptor, merito dici Christianus et non potius insanus hebes uecorsque hostis quippe dei religionis, in qua pietas humanitas omnisque iustitia uersatur, in qua nec malum pro malo discitur reddere, in qua non occidere, sed occidi propter dei filium docemur? tu sacrilego conatu tuo contemptam uanam dominationem tuam considerans tormenta admoues; sed est protector fidei, gubernator salutis, rector animarum, quem nos inpellis negare, semper nobiscum, semper adest certamini nostro, qui proeliatores atque adsertores diuini sui nominis erigat. hinc est quod seruis iniustitiae tuae ac ministris, hoc est concarnificibus tuis torquentibus stemus fortiores, inanimamur ut tuam ungulam artus nostri pulsati ac laniati superent. quomodo etenim inexpugnabilem fidem superare poterit saeuiens diu plaga repetita, cum omnis miles Christi sciat ipsum pro quo patitur secum esse praesentem gaudentemque

21 cf. Cypr. ib. 492, 5 sq. 23 cf. Cypr. ib. 491, 13 sq.

2 piacandum *V*, *em. v* 12 iusti[ti]ę ([ti] *m. alt.*) 13 *post uerba* doles — figuram geras *(sic) quae m. 1 expunxit eadem uerba* doles — gerere figuram *repetuntur* 17 uęcorsque 24 qui] quia *v* 25 seruis *scripsi*, seruiens *Vr*, seruientibus *coni. Latinius* 26 hinanimamur

de suorum tolerantia seruorum? stamus utique famuli Christi eius maiestate firmati, uoce libera, mente incorrupta, telis quidem fragilibus tuis nudi, sed illa induti arma, quae nos ut indueremus est deprecatus beatus apostolus dicens: *de cetero confirmamini in domino et in potentia uirtutis eius.* [et:] *induite arma dei, ut possitis stare aduersus remedia diaboli, quia non est uobis conluctatio aduersus carnem et sanguinem, sed contra potestates, contra huius mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritalia nequitiae in caelestibus. propterea accipite arma dei, ut possitis resistere in die malo et in omnibus perfecti stare, praecincti lumbos uestros in ueritate, induentes loricam iustitiae et calciati pedes in praeparatione euangelii pacis, in omnibus adsumentes scutum fidei, in quo possitis omnia iacula nequissimi candentia extinguere, et galeam salutis et gladium spiritus, quod est uerbum dei, per omnem orationem et obsecrationem orantes omni tempore in spiritu et in illum uigilantes.* igitur quia taliter armatos, tanta potentia munitos, superare non possit tua patrisque tui crudelitas, ut saepe dictum est, stetimus et stamus et, quoad usque consumas corpora nostra, staturi sumus salutari Christi clipeo muniti, lorica pietatis eius circumdati, sancto spiritu gubernati, inmobiles et magis magisque in omnibus auctores, pellentes omnem uocem seruitutis. certi etenim et fidentes sumus nullis nos tuis insidiis, nulla tua calliditate, nulla cauillatione, nullis tuis fraudibus posse a proposito uigore deduci, quandoquidem sciamus quod enim finis delictorum mors sit, deinde sequitur uita quae semper sit, amplectamurque beati consilia apostoli eius eiusque imitatores atque participes desideremus inueniri qui adstruit, quod *cum uetus homo noster corrumpitur, qui intus est in-*

1 cf. Cypr. ib. 491, 10 sq. 4 Eph. 6, 10—18 30 II Cor. 4, 16

4 depc//////tus (mur *eras.*) 6 et *uncinaui* 10 possi*tis (s *eras.*) 14 cadentia *v* 22 inmobile *V, em. Tilius in notis* 24 sidiis (in *m. alt.*) 30 corripitur (ũ supra i)

nouetur et *si terrestris domus nostri corporis dissoluitur, caelestis aedificetur* et quod *positi in corpore peregrinamur a domino;* cum quo apostolo in regnis caelestibus uberes laudes referre non poterimus deo, nisi prius morte expugnata ad inmortalia sumenda praemia uenerimus.

VI. Igitur cum per te dissipata atque penitus dissoluta fuerint corpora nostra, tunc nos integerrimos esse praesumamus; cum per te mors fuerit inlata, tunc nos magis uiuere posse credimus. quomodo adhuc praesumis, Constanti interea imperator, semper insulsissime, ea ingerere quae te extinguant, nos contra uiuificent? ad extinguendos nos malo prauoque consilio erigeris, actus es uelox ad effundendum dei unici filii seruorum cruorem, ignorans quod sanguine nostro pateliat caelum, sanguine nostro gehennae extinguatur ardor. te saecularis ambitio, nos caelestis admonet magnitudo, qui salutem timemus aeternam amittere. scimus nos pro deo mori debere; ut enim te, nisi e castris diaboli ad exercitum in caelestibus castris constitutum feceris transitum, in perpetuum detinebit ignis apud tartarum, sic nos, si tuas minas tormentaque tua spernentes propter dei iugulari filium per te saeuissimam feram inmanemque beluam maluerimus, in caelo erimus gaudentes. *beati* enim *qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum caelorum;* et non dixit: *beati qui persecutionem faciunt.* Christiani scimus ad hoc nos Christi factos milites, ut iniusto a te indicto belli campo ducem nostrum confessi, quo possimus uictoriarum triumphos potiri, moriamur armati; hinc nobis quanto saeuis, tanto et clementior uideris, cum interficere Christianum se confitentem dignaris. in hoc uero sceleratissimus iudicaris, quod sub specie dilectionis et consulere cupientis ad nos blandiaris deiciendos, tamquam utile sit nobis a te de gradu

1 II Cor. 5, 1 2 ib. 5, 6 22 Matth. 5, 10

2 peregrinamur 4 expugnata *scripsi*, expurgata *Vr* 14 gehenna 19 aput 20 iugulare *Vr, em. Latinius* 27 triumpho *r* 30 cupientes *Vr, em. Latinius,* cupiens *coni. Gallandius* ad *om. Lat.*

pulsos reseruari. a deo uero damnari. nouimus quod sis metuens, ne in omnibus his poenis tua detestabilitate inuentis in hac perseuerantia fidei moriamur. et tamen admoues uarios durosque cruciatus. sic nos quos tam infeste persequeris uarie excarnificari cupis et quidem momentis omnibus: interficiendos uero non esse statuisti. tamquam mors tantummodo beatos milites Christi faciat ac non etiam tormenta quanto fuerint grauiora tanto maiorem uirtutis gloriam pariant. etenim [243] qui nouimus iustitiae copiosiorem esse uitam ac prolixiorem in isto belli campo non terga uertimus, non ad castra tua dei hostis transitum facimus. sed magis inter haec a te inlata exitia positi dei ouili, unde te raptum possidet diabolus, repraesentari cupimus. et tamen eo haec dico, non ut nobis parcas: inuenies etenim Christianos nos esse, ut iam quos interfecisti inuenisti in fide stabiles, in dolore patientes, in quaestione uictores, per illum scilicet qui confessores suos non deserit. cuius nos milites agnoscentes, ut aduertis, congredimur fortiter, dimicamus constanter. scimus enim magnam esse claritatem, inmensam sublimitatem ac singularem sanctitatem uitam salutis aeternae honestate passionis ornare maximam esse nobilitatem potestatis tuae tormenta contemnere nec horrere, calcare te nec tuam rabiem pertimescere, qui in innocentes tam rabide saeuis, qui cum sis blasphemiae et iniustitiae et totius crudelitatis doctor, tamen Christianum te pium prudentem atque iustum uideri posse censeas, caecus et hebes et ueritatis ignarus. aduerte, uorator innocentium, quod in quo Christus uigilet uinci tuis tormentis non possit, famem uincat, sitim spernat, squalorem carceris et receptaculi poenarii horrorem roboris sui uigore subigat, omnem calcet poenam, cunctos conterat crucitatus nec mortem quam tu magno nisu minitaris inferre metuat. superare te existimas illum qui meminerit scriptum: *quid retribuam domino pro*

18 Cypr. app. III 34, 13 sq. 28 Cypr. II 578, 14 sq. 32 Ps. 115, 3. 4. 6 (LXX)

4 cruciatos 9 cupiosiorem 16 questione 21 contempnere 22 horrere calcare *non dist. v* 23 rabidae blaspheme̜ *V, em. v* 25 posse// 26 haebens 27 quo *s. l. m. alt.* 29 poenarii *scripsi* (poenalis *Cypr. l. c.)*, poenarum *Vv* horro*rem 32 scribtum

omnibus quae retribuit mihi? calicem salutaris accipiam et nomen domini inuocabo. pretiosa in conspectu domini mors sanctorum eius, et: *quis nos separabit a caritate Christi? tribulatio an angustia an persecutio an fames an nuditas an periculum an gladius? sicut scriptum est: quia propter te morte adficiemur tota die, aestimati sumus ut oues occisionis. sed in his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos.*

VII. Quid nos tuum possit ab his auferre salutaribus praeceptis prorsus uidere non ualeo. nam et licet eos qui tuae prauitati consentiunt ad nos inliciendos leuando omni officio tuo non desinas impio, ut Epictetum et ceteros, quos ex dei seruis tuos esse ac patris tui satellites fecisti, tamen absit a nobis haec amentia, ut falsum uero anteponamus aut aliqua nos oblata per te felicitas inliciat regni tui. inanem gloriam tibimet serua omnemque stolidissimi cordis tui prudentiam tibimet retine et comparibus tuis quibus te morum coniunxit similitudo: relinque nobis stultitiam nostram, cum nos Christum dei filium uerum esse filium confitemur, cum eundem unius esse substantiae cum patre defendimus, cum nos propter eum, ne eius diuinitatem negemus, interfici cupere profitemur: relinque nobis huiusmodi stultitiam. quid ut hanc amittamus das operam? quid inpugnandam putas posse a te ueritatem, ignorans quod ui sua ualeat? unde etenim contra fremitus atroces asperosque tuos cruciatus inuicta uirtute populum dei conspicis resistentem, nisi quia haec sit quam defendimus apostolica atque euangelica fides? hi resistunt tuae crudelitati, hi tuam calcant rabiem quorum spes aeternae immortalitatis et uita caelestis est quorumque ardor in cupidinem perpetuae lucis accenditur et salus de promissa laetatur beatitudine. adeo namque securi ad aeternam nos perfruendam uitam peruenturos scientes omnia gratanter per-

3 Rom. 8, 35—37 27 Cypr. app. III 37, 8 sq.

4 famis 6 afficimur *v* diestimati 10 prauitate 14 inliceat 17 coniuncxit 20 cupere 23 ui *r.* in *V* 24 cruciatos 26 resistut (n *superscr.*)

petimur, quando non tormenta propria cogitare nos profiteamur, sed tua tortoris supplicia: damna corporum lucris animae Christiani repensamus, coronam in uulneribus conputamus. de tormentis et doloribus inlatis per te laetissimi in Christo triumphamus.

VIII. Recordare, Constanti, de scelerum tuorum memoria recenti quam tibi in ciuitate Alexandrinorum inussisti, quantos per abrupta una tincta subscriptionis tuae deiecerit, quantos gladio demeti fecerit, quantos fame sitique exedi uel carceribus necari, quantos intercepto effecerit spiritu strangulari; et tamen his omnibus crudelitatibus in sanctos martyres quos tuus interfecit gladiatorius animus cum saeuieris, in nos crudelius saeuis, dum retines gladium, dum das operam, ne in remedium uelocius exitus succurrat mortis. dilacerari toto corpore urique nos patimur, probantes nihil congruere sapientium grauitati atque constantiae quam nullis terroribus de sententia et proposito depelli, sed esse utillimum pro deo cruciari, et emori non posse deo mancipatos, ⟨per⟩ perpetua uinci tormenta, sed te magis prosterni atque deduci ad nihilum. accipe in uicesimo sexto psalmo positum: *dominus inluminatio mea et salus mea, quem timebo? dominus defensor uitae meae, a quo trepidabo? dum adpropinquant super me nocentes, ut edant carnes meas. qui tribulant me inimici mei ipsi infirmati sunt et ceciderunt. si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum. si exsurgat aduersus me proelium, in hoc ego sperabo. unam petii a domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo dei per omnes dies uitae meae.* igitur, cum iustitiae uirtus in his perficiatur passionibus, cum, quia Christus in nobis patitur, nec sentiamus supplicium, propterea quod ubi deest culpa nec poena sit, quomodo his te rebus uincere deo dicatos deuotosque potuisse

20 Ps. 26, 1—4

1 nos *v*, non *V* 8 suscribtionis 10 interceptu 12 saeuieris in nos, crudelius *ita distinguitur uulgo* 15 nihil magis *interpolauit Gallandius* 17 utilissimum *v* 18 per *addidi, nam* non posse *etiam ad* uinci *pertinet* 23 aedant 26 ho^c peti 30 pro^r terea

arbitratus es, quibus augmenta uirtutis inuicta praebeat fides? credo equidem nec me ueritas fallit, quod, licet adhuc totis tuis eo incumbas carnificinae uiribus, ut membra diuellas artusque laniatos in sanguinem nostrum saeuiens diu tortor exares, quod uincere tamen numquam dei possis familiam, numquam exercitum superare Christi ualeas, non doloribus subicere, non poenis angentibus poteris flectere. Christiani nullos cruciatus nullamue mortem recusamus; non tyrannicas tuas iussiones, non iudicum tuorum gladios tremere possumus, quia gladio dei armati tibi resistamus. beatus apostolus, *de cetero*, dicit Ephesiis, *confortamini in domino et in potentia uirtutis eius. induite arma dei, ut possitis stare aduersus remedia diaboli, quia non est uobis conluctatio aduersus carnem et sanguinem, sed contra potestates, contra huius mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritalia nequitiae*. arma indutos dei tu, per quem omnes in nostram necem saeuiunt daemones, superare quia non potes, hortamur tandem te nobis tradas, ne cum istis quos describit apostolus in cuncta torquearis aeua. sic non in tenebras carceris tui filii possint uinci lucis a tenebrarum filio, tamquam tenebras sentire possint hi in quibus inhabitare dignatur ille qui sit lucis conditor. perferat uirtus necesse est quod ferendum natura mortalis edocuit; si enim ignibus consumere nostros artus temptaueris, te magis in nostra corpora sentiemus exuri quam nos, qui cum libenter ac prompte curramus ad mortem pro fide, non nos amittere uitam posse, sed magis conquirere et quidem post fragilem aeternam praesumamus. stat semper nempe gladii tui acies stricta parata Christianorum neci, et tamen omni plumbo crudior esse nobis uidetur iste mucro gladii tui, sicut et acies animae tuae. toleramus omnia in passione securi, uelut ingeramus supplicia quae patimur, quoniam qui

4 cf. Cypr. ib. III 37, 17 11 Eph. 6, 10—12

5 exares *V*, uexares *v*; artus laniatos tortor exararet *Cypr. l. c.* 6 Christi superare *v* 8 crutiatos 11 efesiis 12 induite *v*, induti *V* 15 spiritaliae 18 quos *v*, quod *V* 23 artos 28 stricta *coni. Latinius*, extricta *Vv* 29 crudior *scripsi*, gurdior *V*, curuior *v*

per te in nos saeuit nostra fide prosternitur. non enim morte in perpetuam malignitatem inlata deleri nos posse nouimus. qui in Christum uitae aeternae tributorem unicum uerum dei filium crediderimus; sed credentes sumus et bene praesumentes quod ad lucem uitamque perennem etiam corpora sint resurrectura quae tu nunc uris torques ac lanias. si enim, posteaquam per te interficimur, nihil nos esse futuros sciremus, profecto stultissimi essemus non huic uitae consulentes, ut esset quam diutina et commodis omnibus plena: quod contingere nobis poterat, si tibi magis quam dei decretis temperandum censuissemus. ac nunc cum, per te si uita praesens auferatur, inmortalis sumatur, hanc praesentem uitam propter dei filium cum bonis suis contemnere seruos eius necesse est. siquidem omnis huiusmodi iactura inmortalitate pensetur.

IX. Quanta uirtus, quantum robur animi, qualis fuerit firmitas fidei eorum quos interfecisti et sit horum qui adhuc tuo sacrilegio resistunt, aduerte, Constanti. stetisse aut illos beatos martyres quos iam dei potentia in caelestibus regnis esse constitutos cernimus aut hos quos adhuc interficere non ualuisti contra te inmanem feram, qui fanda atque infanda nobis comminando non desinas, cum multo tolerabilius audire semper desiderans fueris ac sis, aduersum te aemulos surgere principes quam Christum dei filium confitentes existere uictores. placuerat enim tenebris omnium errorum obsesso cordi tuo et profunda caligine caecato animo nos omnes per tuam haeresem a deo conuerte⟨re⟩, primo tuos clientes efficere, deinde consatellites. sed uicit te et ipsum in te, ista qui fuerit machinare molitus, ueritas: ualet enim ui sua. expectantes denique sumus momentis omnibus super ista quae iam intulisti tormenta; adhuc addas constituendo saeuiores carnifices, ferociores ultores, qui deuotos deo milites aduersus

2 inlata] illam *Coleti* 3 uerum *om. v* 11 per te cum 13 contempnere 22 multo *uel* multos *coni. Tilius,* multi *V,* multis *v* audire *scripsi,* audere *Vr* 27 conuertere *scripsi,* conuerte *V,* conuertens *v,* conuertentes *coni. Latinius* 32 ferotiores

edicta feralia tua resistentes, quo minas et cruciatus et tormenta fidei uigore per dei misericordiam calcemus, possint uel gladio inuadere uel crucifigere uel igni torrere uel quolibet inaudito genere poenarum uiscera nostra ac membra laniare; ut stamus nunc usque per dominum inmobiles staturi semper, si quidem non nos simus qui tuos frendores uincamus, sed ipse in nobis cuius auxilio regimur, cuius uirtute seruamur. quantus enim tu es aut qualis, qui possis spoliare nos his bonis quae sunt in nos conlata diuinitus? rapis nos. [negas,] egenos facis, damnas, uincis, uris, miseris etiam modis necas, et tamen uincere Christianorum inuictam fidem non uales. per quod intellegere debuisti factum, quia et tu erroris crudelitatisque tuae sis recepturus supplicia, et contra nos, quod per hanc propositam difficultatem angustissimus trames ad inmortalitatis praemium sublimiter ducat, non poterimus cedere tuae crudelitati, qui nouimus quod sit martyrium dominicae fortitudinis singularis imitatio. laboris quidem et difficultatis plena satis et ardua martyrum adeo uia est, ut non quis humanis implere ualeat uiribus; sed nos qui auxilio diuinae suffragationis iuuamur calcemus te semper, ut nunc calcamus, necesse est. hinc est quod libitum sit nobis non solum non te timere dei religionis aduersarium, sed et ultro prouocare. prouocaris, cum semper ut non miserearis inmisericors sed ut interficias expectaris. hinc est quod non possit capere diuisionem felicitas nostra, quia, et cum occidimur pro dei filio, ipse dilectione uiuat in nobis, ipse qui est in pressura et excitatio, in persecutionum proeliis fortitudo. quibus etenim uelis te modis exeras aduersus dei cultores, numquam tamen poteris euacuare signatam uirtutem, quippe cum mundana non inuitent, non terreant tormenta.

X. Cum haec ita sint, te dei domus persecutorem quid aliud dicam quam miserum, qui praedonum tuorum daemonum instigationibus pareas, quorum stimulis actus haec fueris per-

1 aedicta qui *fort.* 2 uigores 10 negas *uncinaui,* relegas *coni. Latinius* 15 dicat (u *supra* i) 22 solum (non *supra*) 23 cum *Vv,* enim *coni. Gallandius* 27 exercitatio *v (corr. in notis)* 32 aliut

petrare machinatus, per quos inhaerente cordi tuo persuasione tua sacrilega libenter erras. faueas stultitiae tuae tibi ingenitae. atque utinam cum solis Arrianis conblasphemis tuis errare ac desipere uelis! nos etiam in consortium malorum tuorum rapere conaris, proscribis, expolias: sed nouimus maximae felicitatis genus esse propter Christum quaesitam paupertatem. infers, carnifex, mortem; at nos non solum non ceruicem subducimus, sed et damus, ut propter dei unicum filium iugulemur. quorsus haec retuli? ut scires poenas tuas nullas habere contra Christi seruos uires et quod expauescere non possumus id quod uenturum semper expectamus. indigne fers cur dicaris haereticus, et audes tamen dicere non conparari posse uel exaequari patri filium: nos qui unam deitatem patri et filio defendimus filium aequalem dicimus patri, credimus, ut credidit beatus Paulus apostolus qui dicit de filio: *qui cum in forma dei esset, non est rapinam arbitratus esse se aequalem deo.* quid est *qui cum in forma dei esset?* nisi quod sit filius, ut est deus pater, incommutabilis inconuertibilis inaestimabilis inenarrabilis aeternus perfectus. quid est *qui cum in forma dei esset?* nisi quod ipsam inaccessibilem lucem habitet filius quam et pater, nisi quia una sit diuina sublimitas patris et filii. sanctus spiritus in beato manens apostolo corda uestra omnia haereticorum iam tunc conspiciens addidit interpretationem quid sit *in forma dei* esse filium: *qui cum in forma dei esset non est rapinam arbitratus esse se aequalem deo.* apostolus beatus aequalem filium patri dicit, unam deitatem manifestans patris et filii: et tu audes cum sacrilegae audaciae tuae satellitibus atque sacrilegii tui conparticipibus dicere: *non enim nos possumus aequare aut con-*

15 et 25 Phil. 2, 6

2 ingenitae *scripsi,* ignitae et *V,* ignitae.*v,* ignotae *coni. Latinius* 4 disipere uellis non 7 inferas *coni. Gallandius* mortem; at nos *dist. et scr. Latinius,* mortem ad nos *Vv* 8 damus *coni. Latinius,* manos *V,* manus *v* iugulemus 9 quorsum *v* 11 expectemus *v* indignae 22 sancti *v (corr. in notis)* 24 qui[d]

parare filium patri. aut cur dominum dixisse arbitraris: *qui me uidit uidit et patrem*, et: *ego et pater unum sumus*, nisi quod una sit potentia patris et filii? tu dicis, quod habeat filius initium: at nos dicimus sine initio esse. siquidem omne quod habet initium et finem possit habere necesse est. igitur cum credamus unicum dei filium aeternum esse, hoc est coaeternum patri et nos hostes dei negetis, nonne rectissime dementes et omni uecordia saginatos filios pestilentiae uos nuncupamus? de quibus clamat beatus apostolus, ut tunc de Iudaeis: *et sicut non probauerunt deum habere in notitia, tradidit illos deus in reprobum sensum, ut faciant ea quae non conueniant*, et ad Philippenses: *coimitatores mei estote, fratres, et obseruate eos qui sic ambulant, sicut habetis formam nostram. multi enim ambulant, quod saepe dicebam uobis, nunc autem et flens dico, inimicos crucis Christi, quorum finis est interitus, quorum deus uenter est, et gloria in confusione ipsorum qui terrena sapiunt.* et ad Timotheum de te, Constanti, ac tibi dilectissimis conperditis tuis: *spiritus autem manifeste dicit quia in nouissimis temporibus recedent quidam a fide adtendentes spiritibus seductoribus, doctrinis daemoniorum, in hypocrisi mendaciloquentium, cauteriatam habentium conscientiam suam.* uos adhuc percutit atque interficit spiritus sanctus ore eiusdem beati apostoli Pauli: *in nouissimis diebus aduenient tempora periculosa. erunt homines se ipsos amantes, cupidi, superbi, fastidiosi, blasphemi, parentibus non oboedientes, ingrati, scelesti, sine adfectione, sine fide, detractores, incontinentes, inmites, sine benignitate, proditores, proterui, inflati, uoluptatum amatores magis quam dei, habentes speciem pietatis, ueritatem autem ipsius negantes: et hos deuita*, et infra: *quemadmodum autem Iannes et Mambres resisterunt Moysi, sic et hi resistent ueritati, homines corrupti mente et*

1 Ioh. 14, 9 2 ib. 10, 30 9 Rom. 1, 28 12 Phil. 3, 17—19 18 I Tim. 4, 1. 2 23 II Tim. 3, 1—5 30 ib. 3, 8. 9

1 quae 6 co*aeternum 8 uaecordia 14 quos *Lucifer p. 199, 19* 17 thimotheum 19 quidem 23 Pauli *om. v* 25 oboedientibus ingratis 30 Iamnes *v* restiterunt *fort.* 31 mente*

reprobi circa fidem, sed ultra non proficient; insipientia eorum manifesta erit omnibus sicut et illorum fuit. et infra: *erit tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros prurientes aures et a ueritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur.*

XI. Deserens apostolicam fidem, conuersus ad fabulas, ut cancer ita sermo tuus quod serpere possit, cum praedixerit ore apostoli spiritus sanctus, catholicos dicis erraticos et paulo post ipsam quam catholicam dicebas quamque nos suscipere cogebas dicis esse blasphemiam. item post paululum quam nunc adstruxeras apud Antiochenos contra Adoxium faciens fuisse blasphemiam, ipsam iterum nunc firmas catholicam; unde et Adoxium Constantinopoli esse censueris, quod enim ipsum probaueris catholicum. scias itaque ex hoc ipso quantum intersit inter uerum atque falsum, quando ipse cum sis, ut tibi uidetur, peritus habeasque dictatorum designatum numerum, tamen persuadere nulli nisi eis qui carnificinam tuam timuerunt te potuisse aduertamus; nos uero, quibus ad loquendum natura sufficit, alieni ab omni scientia ethnicalium litterarum, ad omnem destruendam haeresem ualemus, quia res ipsa et ueritas loquantur. tu ac tui adiutores litterarum ethnicalium plenam auxistis artem: nos sumus tantum sacras scientes litteras. noster sermo est communis, contra uester politus ornatus, qui etiam dici mereatur disertus; et tamen suadere dulcis per artem quaesitus sermo uester nulli potest Christianorum nisi ei qui non sit, sed tantum dicatur, ut tu, qui cum sis lupus, unus esse de ouibus ab insciis iudiceris. quis tam excors est nisi ut tu qui omnem hauseris amentiam? quis est dei famulorum qui nolit deuotionis obsequio morte

2 II Tim. 4, 3—5 8 cf. II Tim. 2, 17

8 carcer 10 nos *om. v* 12 tunc *coni. Gallandius* apud adoxum 14 adoxum 15 itaque *V*, utique *v* 20 ethnicalium *scripsi*, et hinc aliū *V*, et hinc alieni *v; cf. Tertull. de spect.* 5 de instrumentis ethnicalium litterarum 22 ac ueritas loquitur *v* 23 ethnicalium *scripsi*, et hinc aliam *Vv* sacra^s^ 29 ut tu qui *scripsi*, ut qui tu *Vv*, qui ut tu *Coleti*

honestari? quis est qui cruorem sanguinis sui pro Christo non sit desiderans fundere, cum huiusmodi mors integriorem faciat uitam, aeternam inueniat gloriam? stamus, ut aduertis, uirtute dei protecti, praeceptis euangelii calciati, fixo inmobili gradu, ne possint per te praecipiti labe rapi uestigia. stamus scutum fidei tenentes, ut in totum non possint per te iacta fumantia hostis concrescere iacula, quippe quae semper in te repercutiantur. munita sunt nostra capita casside salutis, est in ore uerbum domini, ut hostis in te conlocatus gladio elidatur spiritali, sternatur pariterque dissipetur. esse aduertes sanctam fidem quam nos abicere cogebas animae nostrae clipeum et fortem et inpenetrabilem et contextam loricam, quam nulla diaboli possint tela per te perforare inlata. tantam perseuerantiam cernens Christianorum, *defendendum est*, inquis, *et a me semel susceptum Arrianum dogma;* dicis talia honesta uoluntate errans. sentis enim nihil esse in rebus humanis religione praestantius eamque summa ui oportere defendi: defendis gladio, at nos defendendam nouimus religionem non occidendo, sed moriendo pro deo uniuersaque mala haec quae tu ingeris sustinendo. tali genere defendentes religionem quae tua crudelitas poterit uincere? si enim quilibet militum tuorum in hac fragili imperii tui militia tibi mortali mortalis fidem seruauerit in aliquo egregio facinore, et acceptior fit et carior; si perierit apud te inanem hominem, summam consequitur gloriam, quod pro te duce suo morte occubuerit. quanto magis deo aeterno imperatori fides est seruanda a nobis eius clementiae militibus, cum haec nos agere susceptum cogat officium deuotionis. tu, quia caecus sis Christum uerum deum ueri dei filium esse non credendo, quia sis simpliciter infelix, quod aeternae mortis tenebras minime euaseris, uolueras et nos redire ad ueterem caecitatem, ut tam non simpliciter, sed detestabiliter cum lumine uideremur amisisse prudentiam. nam et cum cognoscamus

2 Cypr. app. III 30, 19   3 cf. Cypr. ep. II 664, 16 sq.

4 inmobiles *v*   12 inpaenetrabilem   13 paer   14 defendenda *(cf. p. 148, 20)*   16 nihi   21 ac   24 aput   26 clementiae eius *v*   28 dñi uerum   30 ue·terem (r *eras.)*   31 tam] iam *coni. Latinius*, tamen *fort.*   32 uideremur *scripsi*, uideremus *Vv*

unam mortis damnationem esse tibi, quia credere nolis, et geminatum malum esse nobis, si reiecta nostra credulitate ad interitum redire maluerimus, quomodo nos posse tuis praesumpseras aut falsis obsequiis quae magis, dum inliciunt, interficiunt aut omnibus tormentorum crudelitatis generibus a dei caritate separari? quis tantam sibi oblatam felicitatem respuat nisi qui sit te infelicior, cum uideat confessione uocis unius *Christianus sum* aduersa succumbere, laeta prouenire, patefieri regna, aeterna parari imperia? dicis: *negate dei filium, aut interficiet uos uirtus regni mei.* quam melius est ab hoste Christi interfici quam a Christo! quam est optimum a te antichristi amico mactari et a Christo uiuificari! quis nolit particeps ac socius patriarcharum prophetarum apostolorum martyrum cunctorumque iustorum inueniri quam Iudae, cuius tu extitisti imitator? in carcere per Herodem compestilentem tuum punitus est baptista Iohannes; Iacobum saeuitia Herodis interfecit, in insulam relegatus apostolus Iohannes, crucifixus est beatus Petrus, alligatus est beatus apostolus Paulus, reclusus est carceribus, flagellatus est et saepe lapidatus, interfectus est postremo. sed hi cuncti illa gratissime sustinendo quod amici dei fuerint facti, qui aduertimus, et ipsi crudeli manu tua mactari malumus quam tuae cedere carnificinae. cur nos exosos habes, cur tanta saeuitia persequeris? nempe quia nos Christianos fatemur: et illi beati quorum fecimus mentionem pro unico sunt interfecti a contyrannis tuis dei filio, cur se eius seruos dixerint. dicit ore religiosi Dauid sanctus spiritus ex nostri persona populi: *si obliti sumus nomen dei nostri et si expandimus manus nostras ad deum alienum, nonne deus requirit ista? ipse enim nouit absconsa cordis: quoniam propter te mortificamur tota die,*

8 Cypr. app. III 46, 16 27 Ps. 43, 21—23

2 crudelitate *V, em. v* 4 quae *coni. Coleti,* qui *Vv* 5 crudelitatis generibus *ex* crudelitatibus *corr. m. 1* 9 parare 10 nos (u *m. alt.)* 11 obtimum 13 sotius 17 insula religatus 23 persequaeris 24 fateamur *v* 27 spiritus sanctus *v* 30 abscondita *v*

aestimati sumus ut oues occisionis; et tu Constantius Arrianae idololatriae mancipatus interea imperator, *metuite,* inquis. *frendores recrudescentis in uestram necem insaniae meae et estote mecum apostatae.*

XII. Haec audiens non uulneribus tuis mederi uis, sed magis pergis caeco et inrationabili furere illorum instinctu, qui insinuant se menti tuae et instigant nescium furore. hi sunt spiritus, quibus tu, quod dei unicum filium neges, sacrificare dinosceris, qui quia per se nocere nobis nihil possunt — protegimur enim magnitudine dei — per te nos satellitem suum persequuntur quos sibi inimicos esse infestissimos sentiunt exercentque per te amatorem suum saeuitiam quam uiolentissime possunt, existimantes interuentu tuo carnificis se nostram uiolaturos fidem. doctrina cunctarum est sacrarum scripturarum in dei filium credere primam et consummatam esse iustitiam. hinc est quod te uicto quaestionario illi daemones in te uincantur, quia uictoriam non nostrorum fragilium nobis praestet corporum uirtus, sed illius clementia. ille sufficit uires, ut inter omne tuae carnificinae instrumentum duremus inmobiles, ut non doloribus uulnerum, non ictibus quaestionum frangamur sed potius erigamur: hinc uerus est dei cultus, in quo mentes colentium se ipsas deo inmaculatas uictimas sistunt. et arbitraris dei esse cultorum quemquam tam segnem ac stolidum, ut non illum ardor tanti cupidinis excitet et non armet, non instiget, non stimulet, non denique illis facibus amoris inflammet, quibus sunt sancti inflammati prophetae apostoli ac martyres? quem, inquam, nostrorum non inpingat animus inter manus tuas crudeles pro Christo interfici? quem ad martyrii gloriam et culmina non tantum per haec quae tu ministras, sed etiam per crudeliora non peruenire urgeat? quippe cum facile superentur tua supplicia.

2 idololatriam *V, em. v* 6 furere *scripsi,* furore *Vv* 7 furere *coni. Latinius* hi sunt *scripsi,* his *Vv,* hi *coni. Latinius* 8 spiritus sunt *coni. Latinius* furere his spiritibus *coni. Coleti distinctione cum v sublata* 12 uiolentissimae 16 quot 18 praestat *coni. Coleti post* clementia *distinxi* 19 omnē 23 quequem 24 tantae *exspectes quod Latinius inuexit* 31 urgead

si ipsorum suppliciorum ante oculos proponatur gloria. nec enim id quod lacerat consideratur, ubi poenae merces tanta praestetur. mercedibus incorruptibilibus tua, Constanti, tormenta uincuntur et cruciatus obteritur, mors subigitur, quae cum inferatur, magis uita reparatur. dolerent, imperator, uulnera per te inflicta, si statim non dei amicos efficerent; ac cum tunc uere uicturos nos praesumamus, si a te propter dei plectamur filium, tunc nihil salutis amissuros, qui fieri potest ut tuis inanibus cedamus frendoribus? tuo nos potuisse ac posse uigore subigi es arbitratus et credo adhuc frustra arbitreris. quousque tandem abuteris dei patientia, Constanti? quin immo hortor, haec pellens ex tenebrosis sensibus tuis illas insulsa mens tua recipiat meditationes, quae te possint in uiam statuere, quae ducant ad dei regnum. adprehende amoeniter quod te ducat ad conuiuium Abrahae Isaac et Iacob, dei amicorum. tu qui ausus fueris homo totius iniustitiae iustum te aestimare, omnibus te praeponens dei iudicio sanctae ecclesiae constitutis episcopis fidemque sanctam quam semper tenuit ac tenet ecclesia reprobans, fueris nisus blasphemiam consacrilegi tui Arrii ore prolatam nunc per satellites tuos, nunc edicto tuo, nunc spiritibus inmundis referso ore tuo praedicare, et uis te perfectum cultorem dei et omnia sancte agentem uocitare, cum adhuc te neque crudelior neque detestabilior neque in blasphemiis maior umquam quisquam eorum regum qui tyranni nuncupantur fuisse reperiatur. quae ita se habere in libro qui titulatur *de regibus apostaticis* quia iam aperui tuae inprudentiae, nunc illud te scire uolo, quia, nisi te mature conuerteris, nisi credideris, ut nos, unicum filium dei semper cum patre regnasse et numquam fuisse patrem sine filio, unum etiam esse regnum patris et unici

1 oculo   4 uincitur (ũ superscript)   6 ac] . At *coni. Latinius*   8 quei *Gall.*, quin *Vv*, quine *fort.; cf. p. 291, 31*   11 arbitraris *exspectes*   13 illa *v*   14 ducunt *v*   15 ameniter   21 referto *v*   22 uis te *scripsi*, iuste *Vv*, iure te *coni. Gall.*   sanctae   23 athuc   24 blasphemis *Vv*, *em. Gall.*   maior umquam *scripsi*, maiorum quam *Vv*, maior quam *Gall.*   25 repperiatur   27 illut

eius filii unamque deitatem possidere patrem et filium, in aeternum te periturum, siquidem Arrius magister tuus creaturam dixerit dei filium et tu eiusdem ad caelum extuleris usque laudibus blasphemiam. nos te urgemus, rogamus, inpellimus deo fieri amantissimum, et tu te iniuriam pati a nobis quereris. sic inanem dignitatis tuae tueris censuram, tamquam haec sit te a perpetuis ereptura cruciatibus: erigis super domini sacerdotes superbum caput, non aduertens scriptum: *omnis qui se exaltat humiliabitur, et qui se humiliat exaltabitur.* apostolus, *qui cum in forma dei esset*, dicit de unico quem in nos persequeris dei filio, *non est rapinam arbitratus esse se aequalem deo, sed semet ipsum exinaniuit formam serui accipiens, in habitu inuentus ut homo; humiliauit se usque ad mortem, mortem autem crucis.* ille qui in forma patris semper et fuit et est et futurus est, quippe uerus filius, quippe inmutabilis et inconuertibilis, quia deus sit totum potens filius omnipotentis, propter nostram tamen salutem sese humiliare dignatus est, ut nos iacentes atque depressos erectos exaltatosque efficeret: quae eius sancta humilitas te canem rabidum fecerit latrare contra eius diuinam maiestatem, sola uidens de sacris scripturis quae propter susceptam humilitatem scripta sunt, praeteriens ea quae aeternam narrent eius diuinitatem.

XIII. Quid ad haec respondes, Constanti, cui crebro sunt adclamantes Arrianae dogmatis tuae episcopi episcopum te esse episcoporum, morientes propter deum unicum filium credis an non credis regnum possessuros caelorum? si credis, cur ad eius aeternitatem nos inpellis negandam? cur non desinis persequendo, non quiescis credentes in eum? cur nobis es semper inquietus et semper infestus, praebens te persecuto-

9 Luc. 14, 11 10 Phil. 2, 6—8

6 quaereris 8 aput (c *m. alt.*) aduertans *m. 1* scribtum 17 nostra 21 pr̄ *V*, praeter *v* 22 scribta 24 haec (ad) respondis 25 arriani dogmatis tui *v* 29 ñ quiescis *V* (*scil.* persequendo), nos qui sumus *v* 30 semper inquietus *V*, perinquietus *v*

rem uiolentum sub pacis uero titulo hostem subdolum? doleo quod tanta tibimet adquisieris mala: lugeo te quod sis omni ex parte positus sine spe uitae aeternae. ceterum licet tu non gladiis tantum scindas nosmet, sed et dentibus tuis sis mandens, tamen tuam rabiem quod a deo protecti superaturi sumus certum tene, nec in eo nos despicere digneris, quod uideas corpora nostra fragilia: quod est enim potissimum, sapientia erecti ac muniti ualemus, habentes ornatus ac munimenta in cordibus ac sensibus nostris. unde nunc nos ornatos uidemus? unde munitos ac tutos esse sentimus? unde nos sapientes cognoscimus? nisi quia et blasphemiam tuam uitemus et mortalia corpora nostra tuo ensi gratanter propter dei filium tradamus, scientes quod, cum terrenum nostrum domicilium interficere ualueris, caeleste quod habeamus quia interficere non possis. idcirco etenim bona nobis malaque proposita esse nouimus, ut uis omnis prudentiae nostrae in discernendis bonis malisque uersaretur. quid stultius nisi te metuere, deum negare? quid sapientius quam nefandum tuum calcare caput et deo propter hoc placere factum? hinc est quod perspicis omnibus nostris uiribus nos stare paratos in agone iustitiae, fide integra, uirtute deuota, mente incorrupta ad aciem stare quae per te indicta est, dei uiui milites interritos. fortiter etiam portatur a nobis scutum fidei, unde et protegente deo quidquid manibus tuis diabolus iaculatur extinguitur, quia calciati sunt nostri euangelico magisterio et armati pedes calcari⟨bu⟩s. tu licet sis augustus, sed in te obteritur rugiens in nostram insontium necem serpens, siquidem mordere et subplantare per te carnificem suum non praeualeat; premi etenim nos per te uult deus, non utique ad hoc, ut fidem iterque deseramus patriarcharum apostolorum ac martyrum, sed ut coacti a te unicum negare filium dei mortem etiam subire non recusemus. non sumus ut tu adeo stulti

3 spae   4 sci^{n}das   6 dispicere   8 sapientia erecti *scripsi*, sapientiae recti *Vr*   11 rapientes   12 uitem   15 non *s. l. m. alt.*   17 quod   te metuere, deum *scripsi*, temet uere deum *Vr*   22 dei uiui *V*, diuini *r*   26 calcaris   sed *scripsi*, et *Vr*, tamen *Gallandius*

ac peruersi, ut malimus salutaria excutere, mortalia uero suscipere; non sumus praesidium caelestis medicinae fugientes. prospicimus, quod enim licet ferro medicus secet, cauterio urat, sinapis incendio ad omnem dolorem aegrum deducat, tamen nec secari inuri exedi morderique esse inimicum: quippe quod idcirco bonum sit, quia dolores inutiles auferat per adhibitos salutis causa dolores. uult nos deus mortem morte dissoluere, tormentis temporariis aeterna cruciamenta discutere, supplicia futura perpetua tuis suppliciis euacuare: hi uidelicet qui, cum uitam abstuleris a nobis, praesumamus magis posse conferri et quidem propter temporariam aeternam, propter fragilem et caducam incorruptibilem perpetuam. non sufficere tibi censes confitentes se Christianos tantum gladio esse plectendos, nisi omnia genera suppliciorum eorum infixeris corporibus. nihil interest quo genere mortis nos punire digneris, dum per haec ad uitam perfruendam admittamur aeternam, dum per haec tua mortificetur rabies, nos contra uiuificemur. si enim miserum putas, quod malim quouis crudeli subplicio pro dei interfici filio, ut omittam aeternam beatorum martyrum gloriam, quocumque genere esse moriendum scio. dabo denique tibi multos qui in lectulis crudelius pereant, quos interior aliqua suppuratio inflauit et neruorum secum luctantium dolor contraxit. interest ex qua causa, non ex quo pendeam stipite.

XIIII. Quid dicis, rex stultissime? inique in ista supplicia, in huiusmodi poenam mittor a te an iuste? si inique, tua figentis erit crux, non mea quem fixeris; si iuste, culpa me criminis mei, non poena tua torquere incipiet. ceterum quantum ad exitum nihil interest, clauo per te an lancea moriar, restrictis post terga manibus an porrectis sparsisque, utrum pronum incuruum an rectum et editum. nihil refert utrum quiescentem me in lectulo occidas an ceruicem mihi stanti

3 cf. Tertull. adu. Gnost. scorp. c. 5 (II 154 Migne)

5 seccari   9 tiis (*u m. alt.*)   18 quot   23 dolor *scripsi*, dolore *Vv*   26 *et* 27 iustae   27 me] mea me *r*

incidas gladio an securi caput auferas, ad palum me an ad crucem alliges, igne torreas an uiuum humo condas, saxo praecipites an in maria mergas, labandagine magnis uiribus conatus uno uastissimo ictu longe a me meum caput excutias an omni subtilitate subtiliore sagitta diutissime figens in meo corpore ludas, centum milia licet formas poenarum crudelitas tua faciat, ex his omnibus ad me sola per istam mortem inlatam a te perueniet inmortalitas. non possum nisi gaudere cum talia ingesseris, quandoquidem per haec supplicia sciens sim quod possit omne finiri supplicium. nam et illa quae extrinsecus sunt et accidere posse per tuam saeuitiam arbitror, nihil iudico ad me pertinere. alitesne an canes meum corpus lanient, haereant corpori meo, ferae luminibus illis crudelibus te spectante adsiliant, iacens humi unguibus dentibus ad ossa usque redigar, cum post haec omnia deo saluus sim. cum enim corpus meum talibus ac ⟨tan⟩tis ferinae inmanitatis tuae uiribus consumpseris, reficiet atque reparabit rerum conditor et quidem ex corrupto in aeternam incorruptibilitatem. tibi uero iniustissimo persecutori nostro uenturum sine fine supplicium scire debes nec te putes inpune laturum qui nomen unici dei filii uestigiis tuis subiciendum censueris impie nefarieque calcandum. beati apostoli uox est: *quod non sint condignae passiones huius temporis ad superuenturam gloriam*, quam uidelicet sumus possessuri, si per te interfici quam negare dei elegerimus filium. quae reuelatio ac claritas cum super omnes nos credentes fulserit, famuli eius futuri beati semper in eius collocati regno: tu contra, si durandum censueris in tua perfidia, futurus in tenebris exterioribus, desertor

22 Rom. 8, 28

1 ad V, an ad v 3 labandagine] a pendigine *coni. Cangius in gloss.* 5 subtiliore *scripsi,* subtiliora (a *exp. m. alt.) V,* subtilior *v* 11 extrinsaecus per tuam] perpetuam *v* 12 aliterne 13 fęre 14 spectante *coni. Latinius,* expectante *Vv* adsiliant *scripsi,* ansiliant *V,* insiliant *v* 16 ac tantis *scripsi,* actis *Vv* 20 latur' 21 nefariaeque 23 condigne 25 eligerimus 26 futuri] sumus *add. Coleti*

quippe militiae atque expugnator ueritatis. uoluntatem qui feceris diaboli, unde necesse sit te, nisi temet ab eius extraxeris laqueis, cum ipso inexstinguibili igne torqueri, sicut scriptum est. haec dicimus non quidquam ex nobis: de uobis enim praeuaricatoribus, de uobis blasphemis unicum dei filium uerum illum esse filium negantibus et de omnibus in eum credere detrectantibus legimus apud sanctissimum prophetam positum: *uermis eorum non morietur et ignis eorum non exstinguetur.* futurus semper tu, si in hac manseris amentia, in inextricabiles tenebras. ut enim qui dei confitemur filium inmortalitatis consecuti praemia perenni luce potiemur, sic te eius negatorem necesse est ad occasum et tenebras deferri aeternas; deduceris illam quam tenes uiam, non, ut Arriani tibi mentiuntur, ad caelum, sed ad ⟨in⟩uisam mundi arcem, ad laeua malorum et ad impia tartara; est enim refugae illius cuius omnem uoluntatem tu satellis illius implere repereris, est, inquam, illius serpentis qui te ab itinere uertit caelesti ad hanc tenendam iniustitiae uiam. haec est illa lata et spatiosa quam narrat dominus in Euangelio dicens: *quam lata et spatiosa est uia quae ducit ad interitum.* si itaque tibi consulere nolueris, te esse inter illos dubitari non potest quos beatus Iohannes percutit dicens: *iam autem securis ad radicem arborum posita est; si quis non fecerit bonum fructum, excidetur et in ignem mittetur.* tu ergo et omnes conparticipes tui, quoniam estis amarissimae arbores fructus portantes mortis quippe peccantes in deum, nisi ad caeleste feceritis iter transitum, excidemini et praecipitati uenietis dicto citius in altitudinem profundam. unde uisurus sine dubio tu eos quos nunc iniuste persequeris, ut tunc ille uidit diues Lazarum in sinu

8 Es. 66, 24 19 Matth. 7, 13 22 Luc. 3, 9

4 nequaquam *coni. Latinius* 6 illum *s. l.* 8 moriuntur 13 deducique per *coni. Lat.*, deduceris enim per *Gall.* 14 inuisam *coni. Gallandius*, uisa *V*, uisam *v* arcem] partem *fort.* 15 laeuam *v* refuge 16 satelles *v* reppereris 26 coelestae 27 et *coni. Lat.*, ut *Vv*

Abrahae Isaac et Iacob amicorum dei et omnium prophetarum apostolorum ac martyrum. non eris, Constanti, illa euasurus supplicia, nisi primo in loco unicum dei filium uerum esse dei filium credideris, deinde, ut crebro dictum est, quod semper cum patre regnauerit ac sit regnans, hoc est sine initio ac fine confessus fueris atque te ad catholicam ecclesiam de nefando Arrianorum coetu transtuleris, de morte scilicet ad uitam, et confessus fueris ut nos confitemur catholici patrem et filium et spiritum sanctum perfectam esse trinitatem et unam habere deitatem.

XV. Sic odis Christianos et omnibus persequeris modis, tamquam possit maliuolentia tua eos uincere qui durum asperumque iter ingressi, contemptui licet derisui odioque apud te sint, tamen in omni uita praesenti pauperes humiles ignobiles subiecti iniuriis tuis esse uelint, credentes omnia quae amara esse noscuntur propter deum perferentes se uenturos ad eximia praemia illa quae apostolus narrat consequenda, illa quae *nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quae praeparauit dominus diligentibus se*. igitur, quia illa diligentibus se repraesentabit deus, diligentes deum cum tibi displicemus, cum plectimur a te, deo nos placere praesumimus. neque enim potest aliquam auctoritatem habere tua funesta sententia ad nos in aeternum puniendos, cum qui damnas damnandus sis et quidem ad hoc, ut tu perpetuas luas poenas. ceterum nos quos torques lanias interficis aeterna suscipient gaudia, ingens habebit et inmensa felicitas perpetuaque accipiet beatitudo. nobis igitur scias magis datam diuinitus potestatem, ut te, dum damnare nos putas, damnemus, dum punire nos posse praesumis, te Constantium sacrilegum puniamus, siquidem ille quem negas dare nobis episcopis suis fuit dignatus auctoritatem, ut quae ligauerimus in terris sint ligata et in caelis. sustinemus propter deum temporalia mala, ut possimus consequi aeterna bona:

18 I Cor. 2, 9

13 aput 23 poniendos 25 torques *scripsi*, torquens *Vr* 31 quaecumque *r* 32 legata

fugimus temporalia quae a te ueluti bona offeruntur nobis. propterea quod illa bona tua aeterna mala subsequantur. idcirco praesentia quae putas nobis nocibilia delegimus sustinere. ut. inlustris confessio dum perseuerat in nobis. aeterna et inmortalia consequi mereamur bona. sicut et tu cum eis. qui te metuentes uoluntati tuae inueniuntur paruisse et mandata deseruisse dei. quoniam quidem praesentia magis bona fuerint eligere dignati et futura contemnere. inmortalia sis incasurus mala. *desiderabilia* enim *super aurum et lapidem pretiosum multum et dulciora super mel et fauum. etenim seruus tuus custodit ea. in custodiendo illa retributio multa.* nouimus hanc uitam quam magnopere auferre laboras esse breuissimam; nouimus et bona istius uitae et mala esse breuia. illius uero uitae aeternae bona quae consequi sumus desiderantes quod sempiterna sint: nouimus enim quod pro bonis his breuibus quibus tu delectaris ac frueris mala sint aeterna successura tibi et nobis Christianis. quos despicis quosque omnibus uirtutibus imperii tui laniando non desistis. quod sint pro his malis breuibus bona aeterna successura. haec ita se habere legisti in CXXV psalmo: *magnificauit dominus facere cum illis,* et infra: *qui seminant in lacrimis in gaudio metent. euntes ibant et flebant, mittentes semina sua; uenientes autem uenient in exultatione portantes manipulos suos.* et in CXXVIII: *beati omnes qui timent dominum, qui ambulant in uiis eius. labores fructuum tuorum manducabis; beatus es et bene tibi erit.* erit profecto in aeternum bene eis qui non negauerunt dei filium. qui labore sanctae confessionis suae potientur; contra tibi. si in hac amentia qua uiuis nunc semper censueris manendum. erit male perpetuo. illa percipiens quae nunc percipit Scarioth Iudas. tunc te uisuri nos supplicem.

9 Ps. 18, 11. 12 20 Ps. 125, 2 21 ib. 125, 5. 6 24 ib. 127, 1. 2

7 desuruisse 12 laboras a *e.r e m. 1* 15 sit noui mus 16 sint *coni. Latinius,* *l'*in *V*, in *v*, *om. Tilius in notis* 18 desisti 23 potantes 28 ac *m. 1*

et tamen omnis lamentatio paenitentiae tuae futura inefficax. quoniam quidem hic aut adquiratur uita perpetua aut mors. haec semper uoluere corde nostro. haec diebus ac noctibus cogitare scire te uolumus. tua supplicia perpetua et praemia ac merita dei seruorum aeterna. quid neganti tibi persecutori nominis sui comminetur ad poenam, quid autem e contrario confitentibus polliceatur ad gloriam sempiternam.

3 de nos *V*, corda nostra *coni. Coleti (sine causa, supplendum enim* nos) 5 negan[ti] EXPLICIT MORIENDŨ PRO DĨ FILIO

VI.

EPISTVLAE LVCIFERI ET ALIORVM.

I.

LVCIFERI PANCRATII HILARII AD EVSEBIVM EPISCOPVM EPISTVLA.

DOMINO HONORIFICENTISSIMO EVSEBIO EPISCOPO LVCIFER EPISCOPVS PANCRATIVS PRESBYTER ET HILARIVS.

Calcato capite diaboli et suggestionibus prauis, domine sancte, gratiam tibi a domino nostro concessam rogamus noli negligere, sed ut quantocius inuadente ⟨te⟩ effugetur Arrianorum dogma, iam accelerare dignare. scit enim dominus et Christus eius quia sicut in aduentu beatissimorum apostolorum glorificatur dei nomen in ruina Simonis, ita Valente expulso in aduentu tuo dissoluta blasphemantium Arrianorum machina destruatur. nos, domine sanctissime, a prima die qua Vercellas uenimus religionem tuam usque in hodiernum cupimus et dominum rogamus, ut in hac ecclesia restaurationem perpetuam laudent sancti omnes tuamque spiritalem uirtutem debita laude prosequantur. quod credimus peruenturum, quia passionem saluatoris superari non posse confidimus. Christus dominus te gloriosum conseruet, sanctissime ac beatissime.

I. *Hanc epistulam ex Coletorum editione recepi; exstat etiam apud Baronium ad annum 355 m. VIII* 10 inuadente te *scripsi*, inuadens *coni. Coleti* 18 spiritualem *uel* specialem *uulgo*

II.

LIBERII PAPAE AD LVCIFERVM IN EXSILIO CONSTITVTVM EPISTVLA.

LIBERIVS EPISCOPVS DILECTISSIMO FRATRI LVCIFERO.

Quamuis sub imagine pacis humani generis inimicus uehementius in membra ecclesiae uideatnr esse grassatus, uos tamen acceptissimos in domino sacerdotes egregia et singularis fides et hic probabiles deo ostendit et iam ad futuram gloriam martyres designauit. quo itaque praeconio laudis, qua uocis exsultatione merita uirtutis uestrae proferam positus inter moerorem absentiae uestrae et gaudium gloriae prorsus inuenire non possum, nisi quod scio hinc me probabiliora uobis solatia exhibere, si credatis me in exsilium simul uobiscum esse detrusum. denique me adhuc in ipsa exspectatione pendentem quod a consortio uestro durior necessitas interim distrahit, satis contristor. optaueram enim, fratres deuotissimi, prior pro omnibus impendi, ut exemplum gloriae per me magis uestra dilectio consequeretur. sed fuerit haec palma meritorum uestrorum, ut priores de perseuerantia fidei ad confessionis illustrem gloriam ueneritis. quaeso igitur dilectionem uestram, ut me praesentem uobiscum esse credatis atque eo me affectu absentem non esse sentiatis et intelligatis dolere me satis, quod sum interim a uestro consortio disparatus. quantam denique gloriam fueritis consecuti, hinc magis scire potestis, quod si qui in persecutione coronati sunt solius persecutoris cruentos gladios sentire potuerunt, contra uos deuoti per omnia dei milites etiam falsos fratres inimicos experti de perfidia uictoriam pertulistis. quorum quanto uiolentia in sae-

II. '*Apud Hilarium exstat haec epistola fragm. VI. ex mss. Remig. et Pith. nec non apud Baronium ad an. 355 n. 32 et Stephanum Ferrerium e tabulis Ecclesiae Vercellensis et Vaticano codice exscripta*' *Coustantius Epist. Summ. Pont.* 7 acceptissimos *cod. Pith. et Ferr.*, acceptissimi *Bar.* in domino] deo *Ferr.* 8 ostendit *scripsi*, ostendet *c.* 25 si qui] qai *Bar. et Ferr.* 26 cruentos gladios *Bar.*, fructus gladio *Pith. et Ferr.*, strictos *uel* crudos gladios *fort.*

culo crescere potuit, tanto sanctis sacerdotibus praemia laudis inueniuntur conferre. estote itaque de promissione caelesti securi, et quia proximiores estis deo effecti, uestris orationibus me uestrum consacerdotem famulum dei ad dominum subleuate, ut superuenientes impetus, qui de die in diem cum annuntiantur grauiora uulnera infligunt, tolerabiliter ferre possimus, ut inuiolata fide saluo statu ecclesiae catholicae parem uobis dignetur me dominus efficere. et quia cupio quae gesta sunt in ipsa congressione fidelius scire, obsecro sanctitatem uestram, uniuersa fideliter litteris intimare dignemini, ut additamentum maius uel ipse animus qui diuersis rumoribus cruciatur uel uires corporis ipsius quae iam extenuatae sunt de cohortatione uestra possint sentire. [*et alia manu*] deus uos incolumes custodiat, domini fratres.

III.

FLORENTII AD LVCIFERVM EPISTVLA.

DOMINO BENIGNISSIMO LVCIFERO FLORENTIVS.

Nomine tuo codicem quidam domino et augusto nostro obtulit: hunc ad sanctitatem tuam perferri mandauit et cognoscere desiderat, si idem codex a te destinatus sit. id ergo, quod in fide ueri est, perscribere debebis et codicem remittere, ut possit aeternitati eius denuo offerri.

9 congressione] congregatione *Bar.* 13 *uerba* et alia manu *non scribentis esse patet; huius clausulae loco leguntur apud Ferrerium:* deus te incolumem custodiat, domine frater charissime: item ipse et mei memor esse digneris

III. *Hanc epistulam quam Constantius imperator Luciferi libris de S. Athanasio acceptis scribi iussit et reliquas codex V fol. 162 sq. hoc ordine exhibet* INCIPIT EPISTOLA FLORENTI AD LUCIFERŪ EPISCOPUM
21 debebis *v*, debeo is *V*

IIII.
LVCIFERI AD FLORENTIVM EPISTVLA.

FLORENTIO MAGISTRO OFFICIORVM LVCIFER EPISCOPVS.

Codicis perlatorem quem memorat honorificentia tua nomine meo adisse imperatorem a mea fuisse destinatum mediocritate, ipsum quoque codicem. ut es admonere dignatus, sollicite inspectum atque Bonoso in rebus agenti perferendum traditum, his formanda fuit religiosa prudentia tua. fili carissime. iam tuae erit generositatis agnitum a me sine ulla cunctatione defendere. nos etenim propitio deo contra ea quae in nostram parantur necem stare laetos. cum causas cur tali scripserim modo discutere coeperit, inueniet.

V.
ATHANASII AD LVCIFERVM EPISTVLA.

DOMINO DILECTISSIMO FRATRI LVCIFERO EPISCOPO ET CONFESSORI ATHANASIVS IN DOMINO SALVTEM.

Deo fauente corpore ualentes misimus etiam nunc carissimum nostrum Eutychetem diaconem. ut tua quoque religiosa sanctitas, quod est nobis optandum et desiderabile. de tua incolumitate tuorumque omnium certiores nos efficere dignetur. nobis namque confessoribus ac seruis dei uiuentibus credimus statum catholicae ecclesiae renouari et quod haeretici conscindere temptauerunt hoc dominum nostrum Iesum Christum per uos ad integrum restituere. quamquam enim praecursores

IIII. *Epistulam exh. V fol. 162 inscribens:* FLORENTIO MAGISTRO OFFICIORVM LVCIFER EPS   8 informanda *coni. Tilius*   11 letus *V, em. v*   talia *Papebrochius in tom. IV Maii Bolland. cap. 2 comment. hist. de S. Lucifero*

V. *Epistulam exh. V fol. 162v inscribens:* DOMINO — SALVTEM   18 daconen   19 obtandum

antichristi per potentiam huius mundi omnia egerint, ut extinguerent lucernam ueritatis, tamen diuinitas per uestram confessionem clariorem eius lucem ostendit, ut neminem latere possit eorum fallacia. antehac uel simulare poterant, nunc antichristi nominantur. quis enim non exsecretur? quis eorum communionem tamquam maculam ac uirus anguis non fugiat? omnis ubique ecclesia luget, omnis ciuitas gemit, senes episcopi in exilio laborant et haeretici dissimulant, qui dum negant Christum, publicanos se effecerunt sedentes in ecclesiis et exigentes uectigalia. o nouum genus hominum et persecutionis quod adinuenit diabolus, ut ipsis ministris ad malefaciendum et tanta crudelitate uteretur! sed et si haec tanta agunt et superbias et blasphemias extenderunt, confessio tamen et religio et sapientia uestra non modicum, sed maximum solatium et magna consolatio est fraternitati. peruenit enim ad nos scripsisse sanctitatem tuam Augusto Constantio, et magis magisque miramur, quia in medio tamquam scorpionum habitans animi tamen libertate uteris, ut uel monendo uel docendo uel emendando errantes ad lumen ueritatis adducas. rogo igitur, rogant mecum etiam omnes confessores, ut digneris nobis exemplum destinare, ut non tantum auditu, sed etiam ex litteris perspicere possint omnes animae tuae uirtutem fideique fiduciam et libertatem. salutant sanctitatem tuam qui mecum sunt, saluto omnes qui tecum sunt. diuinitas te incolumem uegetum memoremque nostri semper tueatur, domine dilectissime ac uere homo dei.

1 egeri///t 5 enim eos nos *Papebr.* qui *Vv, em. Papebr.* 7 luguet 8 disimulant 10 exientes iectigalia *V*, exigentes tributa *Papebr.* 12 et *V et Tilius in notis*, et hi *v* et hi — uterentur *Papebr.* 13 et superbias *om. Papebr.* 15 magna *om. Papebr.* 19 errantem *Baronius ad annum 356 n. LXXIV* lucem *Papebr.* 21 destinere *m. 1* 24 saluta *fort.* 26 dei] *add. V:* his acceptis litteris beatus lucifer misit libros, quos ad constantium scripserat quos cum legisset athanasius hanc infra epistulam misit domino gloriosissimo: etsi credo *etc.*

VI.

ATHANASII AD LVCIFERVM EPISTVLA.

DOMINO GLORIOSISSIMO AC MERITO DESIDERANTISSIMO COEPISCOPO LVCIFERO ATHANASIVS IN DOMINO SALVTEM.

Etsi credo peruenisse etiam ad sanctitatem tuam de persecutione, quam etiam nunc aduersus fraternitatem facere conati sunt inimici Christi quaerentes sanguinem nostrum, possunt tamen etiam carissimi nostri referre religioni tuae; in tantum enim rabiem suam per milites extendere ausi sunt, ut non solum ciuitatis clericos effugarent, sed etiam ad heremias exirent et funestas suas manus aduersus μονάζοντας inmitterent. inde factum est ut etiam ego me longius abducerem, ne etiam qui nos susceperunt negotium ab eisdem paterentur. cui etenim parcent Arriani qui nec animis suis pepercerunt? quando autem possunt recedere a suis nefandis actibus, dum permanent negando dominum Christum unicum filium dei? haec est radix eorum prauitatis, hoc suo arenoso fundamento aedificant peruersas suas uias, sicut scriptum inuenimus in tertio decimo psalmo: *dixit insipiens in corde suo: non est deus*, et mox sequitur: *corrupti sunt et abominabiles facti sunt in operibus suis*. inde Iudaei negantes filium dei digni fuerunt audire: *uae, gens peccatrix, populus plenus delictis, semen malignum, filii sine lege. unde sine lege? quippe quia dereliquistis dominum*. inde beatissimus Paulus cum coepisset non tantum credere in filium dei, uerum etiam praedicare deitatem ipsius, scribebat: *in nullo mihi mali conscius sum*. ita iuxta uestram confessionem etiam nos optamus

15 Ps. 13, 1 16 Ps. 13, 2 18 Es. 1, 4 22 I Cor. 4, 4

VI. *Hanc epistulam ex antiquis Galliae codicibus inter notas ad Vigilium Tapsensem p. 109 sq. edidit Chiffletius et inter Athanasii opera I 2 p. 965 Montfauconius* DOMINO — SALVTEM *inscribit V*
6 fraternitatem nostram *Chiff.* 10 heremias (t *m. 1*) *V*, heremias *codex Ven. quo Coleti utebantur et Chiff.* 11 monazontes *V (em. v)*
12 ego *om. Ven.* 14 cui etiam parcerent *Ven.* minis *Ven. ut alia mendose* 21 iudaei *s. l.* 26 scribebat] dixit *Chiff.*

tenentes apostolicam traditionem uiuere iuxta diuinae legis mandata, ut possimus uobiscum inueniri in choro illo, in quo nunc exultant patriarchae prophetae apostoli ac martyres. licet igitur Arriana insania cum extranea potentia ita se mouebat, ut non liceret nec fratres, quantum illi saeuiebant, libere aerem uidere, tamen iuxta orationes tuas deo fauente etsi cum labore et periculo uidere potui fratrem, qui solet tam necessaria quam epistulas tam sanctitatis tuae quam aliorum destinare. accepimus itaque epistulas et libros religiosissimae ac sapientissimae animae tuae, in quibus perspeximus imaginem apostolicam, fiduciam propheticam, magisterium ueritatis, doctrinam uerae fidei, uiam caelestem, martyrii gloriam, triumphos aduersus haeresem Arrianam, traditionem integram patrum nostrorum, regulam rectam ecclesiastici ordinis. o uere Lucifer, qui iuxta nomen lumen ueritatis ferens posuisti super candelabrum, ut luceat omnibus. quis enim exceptis Arrianis non peruidet ex tua doctrina ueram quidem fidem, maculam autem Arrianorum? ualde et admirabiliter, ut est lumen a tenebris, ita separasti ueritatem a calliditate et hypocrisi haereticorum, defendisti catholicam ecclesiam, probasti nihil esse sed tantum phantasiam Arrianorum uerba, docuisti calcandos esse frendores diabolicos. quam bona et iocunda hortamenta tua ad martyrium, quam desiderantissimam ostendisti mortem esse pro Christo filio dei, quam futuri saeculi et uitae caelestis amorem manifestasti! uideris esse uerum templum saluatoris qui in te habitans haec ipse per te loquitur, ipse qui tantam gratiam praebuit sermonibus tuis, quippe qui ante eras apud omnes amabilis, nunc tamen tantus est amor affectionis tuae in animis omnium conlocatus, ut Heliam te temporibus nostris nominent. et non mirum; si enim qui deo placere uidentur filii dei nominantur,

14 iuxta nomen *glossema habet Gallandius* 15 lucem *Papebr.* 16 luceas *Ven.* peruidet, quod ex — Arrianorum ualde — separasti u. a c. et a prauitate haereticorum *ita scribit et distinguit Chiff.* 18 ualide *Papebr.* 19 hypochrisi 20 fantasiam 21 frendores| praesides *Chiff.* 23 desiderantissimā (ā *ex e m. 1*) *V*, desiderantissime *Chiff.* moriendum esse *Chiff. codd. et Ven.* 25 uere *Chiff.* 26 haec ipsa *cod. Sang.* 27 suis *V m. 1* aput amabiles

tanto magis participes prophetarum confessores et maxime te appellare dignum est. crede mihi, Lucifer, non tu solus haec locutus es, sed spiritus sanctus tecum. unde haec tanta memoria scripturarum, unde sensus et intellectus earundem integer? unde talis ordo sermonis compositus? unde tanta hortamenta in uiam caelestem? unde fiducia contra diabolum et probationes aduersus haereticos, nisi spiritus sanctus collocatus esset in te? gaude igitur in eo te esse iam peruidens, in quo etiam praedecessores tui nunc sunt martyres, hoc est in choro angelorum. gaudemus etiam nos habentes te exemplum uirtutis patientiae et libertatis. nam de his quae scripsisti de nomine meo erubesco aliquid proferre, ne uidear adulator; sed scio et credo ipsum dominum, qui sancto et religioso animo tuo reuelauit omnem notitiam, redditurum tibi etiam pro hoc labore praemium in regno caelorum. quia ergo talis es, precatorem te esse pro nobis per orationes ⟨ad⟩ dominum petimus, ut iam inspicere dignetur, ut est misericors, ecclesiam catholicam et eripiat omnes famulos suos de manibus persecutorum, quo etiam hi omnes qui propter metum temporalem ceciderunt leuare se tandem possint et reuerti ad uiam iustitiae, a qua seducti uagantur, nescientes in qua fouea sint miseri. specialiter autem ego peto, si aliquid minus a me dictum est, ignoscere digneris; a tanto enim fonte quod potuit inperitia mea uix haurire ualuit. de fratribus autem nostris, si minus potui uidere eosdem, iterum ignoscas peto. est enim ipsa ueritas testis optasse me et desiderasse hoc inpetrare et tantum habuisse dolorem quod non potui; nam nec lacrimae cessauerunt ab oculis nec gemitus ab animo, quia nec fratres

1 particeps *v*, principem *coni. Poncius* confessorem *Tilius in notis* confessorum et martyrum te *coni. Poncius* 2 credimus quod non tu *Chiff.* 5 compositus est *Ven.*, compositi *Papebr.* 6 fiduciã 8 per fidem *Chiff. falso; gaude enim inquit cum peruideas te esse* 9 praecessores *Chiff.* 10 te *Chiff.*, et *Vv* 11 et patientiae *v* is (h *superscr.*) 13 adolator sed et scio et *Ven.* 16 ad *om. Vv;* tuas ad *add. Gall.* 18 eriat (pi *superscr.*) 20 cecederunt *m. 1* 21 in quam 24 mea *codd. Chiff. et Ven.*, ea *Vv* 25 sin *v* 26 inpetrasse *m. 1*

permittimur uidere. testis est autem dominus quia nec parentes quos habeo potui uidere, ex quo persecuntur nos. quid enim non faciunt Arriani? itinera obseruant, curas agunt de proficiscentibus et exeuntibus de ciuitate, naues quaerunt, heremias gyrant, domos perturbant, concutiunt fratres, singulis negotia concinnant. sed deo gratias, dum haec agunt, tanto magis et plus execrantur ab omnibus et cognoscuntur uere, ut dixit sanctitas tua, mancipia esse antichristi; et ipsi miseri, dum in odio habentur, durant in malignitate sua, donec morte aui sui Pharaonis et ipsi damnentur. salutant religionem tuam qui mecum sunt; dignare salutare qui tecum sunt. diuina dei gratia incolumem te, memorem nostri, semper beatum conseruet, merito homo dei, famule Christi, particeps apostolorum, solatium fraternitatis, magister ueritatis et in omnibus desiderantissime.

VII.

LIBERII EPISTVLA.

GLORIOSISSIMO CONSTANTIO AVGVSTO LIBERIVS EPISCOPVS.

Opto tranquillissime imperator, ut mihi benignas aures clementia tua tribuat, quo possim mansuetudini tuae mentis meae propositum aperire. de Christiano etenim imperatore et sanctae memoriae filio Constantini hoc ipsum sine cunctatione merear impetrare; sed in eo me laborare intellego, quia repetita satisfactione placabilem etiam circa reos animum tuum in gratiam

1 permittimus *Vr, em. Tilius in notis,* permittemur *Ven.* 3 agunt] habent *cod. Sang.* 4 aheremias *V*, eremitas *Chiff.* 5 negotiis *r* 7 dicit *v* 12 semperque *Papebr.* 13 famulae 14 et] sed *Chiff.*

VII. *Epistula praeter codicem V Hilarii fragmento cod. Pith. suppeditatur, unde Coustantius eam edidit; Baronius ad ann. 354 n. 2 exhibet, bibl. patr. Paris. eam exscripsit ex editione Tilii* GLORIOSISSIMO — EPISCOPVS *inscr. V* 19 opto *V*, obsecro *Coust.* 20 possit — apparere *Coust.* 21 enim *Coust.* 23 quia *Coust.,* qui *Vv*

meam reuocare non possum. sermo enim pietatis tuae iam dudum ad populum missus me quidem quem patienter omnia ferre necesse est plurimum lacerat, sed animum tuum qui lenitati semper uacat, qui numquam ut scriptum est in occasum diei iracundiam seruat, retine⟨re⟩ circa me indignationem miraculo mihi est. ego enim, religiosissime imperator, tecum ueram pacem requiro, quae non sit uerbis conposita interna dispositione fallaciae, sed praeceptis euangeliorum rationabiliter confirmata. non Athanasii tantum negotium, sed multa alia in medium uenerunt, propter quae concilium fieri mansuetudinem tuam fueram deprecatus, ut ante omnia, quod specialiter optat mentis tuae erga deum sincera deuotio, cum fidei causa in qua prima nobis spes est ad deum diligenter fuisset tractata, neg⟨otia⟩ eorum qui nostram circa deum obseruantiam mirari debent possent finiri. et dignum fuerat dei cultore, dignum imperio tuo quod Christi pietate regitur et augetur specialiter hoc ipsum pro reuerentia sanctae religionis, cui prudenter intentus es, clementiam tuam nobis ad haec inpetranda praestare.

Sed multi ecclesiae membra lacerare festinant, qui confinxerunt me litteras suppressisse, ne crimina eius quem dicebantur condemnasse apud omnes paterent, quasi illas litteras episcoporum orientalium et Aegyptiorum, quibus in omnibus eadem in Athanasium crimina continebantur. at satis omnibus clarum est nec quisquam negat nos orientalium litteras intimasse, legisse ecclesiae, legisse concilio atque ad haec etiam orientalibus respondisse, qui⟨bus⟩ fidem et sententiam non commodauimus nostram, quod eodem tempore LXXV episcoporum Aegyptiorum de Athanasio sententia repugnabat, quam similiter

3 fer** necesse* *V, litteras hodie perditas quas asteriscis indicaui legit uel recte suppleuit v* 4 semper uacat *v*, ********* *V* 5 retine 9 conformata *coni. Latinius* 14 negotia *scripsi*, nec *Vv*, et *coni. Poncius*, tunc *coni. Coust.* 20 suppraessisse dicebant *fort.* 21 condempnasse aput quasi (= scilicet) *ex cod. Pith. recepi*, quas *Vv*, per *coni. Lat.*; Quas illas litteras? Episcoporum *dist. Coust.*

22 orietalium et egyptiorum 23 adsatis 25 adque ad *om. Coust.* 26 quibus *coni. Latinius*, qui *Vv*, quia iis *coni. Coust.* 27 octoginta *Coust.*

recitauimus atque insinuauimus episcopis Italis. unde contra diuinam legem uisum est etiam, cum episcoporum numerus pro Athanasio maior existeret, in parte aliqua commodare consensum. haec scripta, si deo fidem debet, Theosebius qui missus fuerat festinans ad Africam nobis reliquit, quae tamen postea omnia scripta, ne ad impetrandum forte concilinm deessent. Vincentius qui cum ceteris legatus missus fuerat Arelatum pertulit.

Videt igitur prudentia tua nihil animum meum introisse quod deo seruientibus non dignum fuerat cogitare. testis autem est mihi deus, testis est tota cum suis membris ecclesia me fide et me⟨tu⟩ in deum meum cuncta mundana, ita ut euangelica et apostolica ratio praecepit, calcare atque calcasse; non furore temerario sed constituto atque obseruato iure diuino atque in alio ministerio ecclesiastico uiuens nihil per iactantiam, nihil per gloriae cupiditatem quod ad legem pertinebat impleui; atque ad istud officium, testis est mihi deus meus, inuitus accessi, in quo cupio quidem sine offensa dei, quam diu in saeculo fuero, permanere. et numquam mea statuta sed apostolica ut essent semper firmata et custodita perfeci. secutus morem ordinemque maiorum nihil addidi episcopatui urbis Romae, nihil minui passus sum et illam fidem seruans, quae per successionem tantorum episcoporum cucurrit, ex quibus plures martyres extiterunt, inlibatam custodiri semper exopto.

Denique iam aperire meam causam pietati tuae sollicitudo ecclesiastica atque ipsa deuotio persuadet. significant orientales paci se nostrae uelle coniungi. quae est pax, clementissime imperator, cum sint ex partibus ipsis quattuor episcopi Demofilus, Macedonius, Eudoxius, Martyrius, qui ante annos octo cum

3 consen... haec 4 Eusebius *Const.* m.ssus 5 reliquid quae tamen v, c..... *V* 6 cocilium 7 *post* fuerat *uerba* festinans ad africā nobis reliquid quae tamen postea omnia scripta ne — legatus *falso repetiuit* Arelate *Lat.* 9 in animum *Const.* 11 estotota 12 metu *Const.*, me *Vr;* et me *exp. Lat.* 13 praecipit *fort.* 15 ecclesiasticus 18 quo| co 21 addi *Lat. et Const.* 24 exobto 25 aperire *coni. Lat.*, me aperire *Const.*, perire *V* mea *V om. Const.* 27 paci se *coni. Latinius*, pacis et *Vr*, paci *Const.*

apud Mediolanium Arrii haereticam sententiam noluissent damnare, de concilio iratis animis exierunt? horum si fas est sententiis quale sit aut quid habeat commodare consensum aequitas et clementia tua poterit aestimare. non est nouum quod nunc subtiliter et sub occasione nominis Athanasii adtemptatur, manent litterae Alexandri episcopi olim ad Siluestrum sanctae memoriae destinatae, quibus significant ante ordinationem Athanasii undecim tam presbyteros quam etiam diacones, quod Arrii haeresem sequerentur, se ecclesia eiecisse, ex quibus nunc quidam extra ecclesiam catholicam foris positi dicuntur sibi conciliabula inuenisse, quibus adseueratur etiam Georgius in Alexandria per litteras communicare. quae ergo potest pax esse, tranquillissime imperator, si exhibitis episcopi, ut nunc per Italiam factum est, cogantur talium sententiis oboedire?

Accipe aliud, quia tranquillitas tua patienter admittit. manent legatorum litterae qui ad clementiam tuam fuerant destinati quae nuper uenerunt, quibus significant propter turbationem quidem omnium ecclesiarum se quidem ante succumbere sententiis orientalium uoluisse, proposuisse tamen conditionem, ut, si idem Arrii haeresem condemnassent, hoc genere ⟨es⟩se⟨nt⟩ inclinati eorum sententiis oboedire. placitum, ut ipsi significant, scriptura teste firmatur. itur in concilium, accipiunt cum deliberatione responsa Arrii doctrinam se damnare non posse, Athanasium, quod solum exigebant, communione esse priuandum. hinc iam clementia tua hoc quoque consideret, recte catholicae religionis iure seruato an hominis causa debeat diligenter excusseque tractari.

1 aput mediolanum *r* her***cam uoluissent *Vr* 2 damnari *fort.* a**mis 3 sententi ·uale quid·********* commodare quales sint aut quidquid habeant *fort.* 4 c*m̄t*a stimare 5 nunc *Lat. et Coust.*, nō *Vv* athanasi 8 p̃sbiteros 9 diaconos *Coust.* ex ecclesia *fort.* 13 exhibitis *Coust.*, ex*ibiti *V, om. v in textu (non in notis) et Baronius* 16 aliut pacienter 18 que turbaetionem 20 proposuisset *m. 1* 21 condempnasset essent *scripsi*, se *Vv, om. Coust.* 22 obedirent *Coust.* 23 consilium 25 communionē ẽe 27 rectae 28 diligen*** |

Vnde iterum atque iterum mansuetudinem tuam, animum tuum deo deditum rogo per eius uirtutem, qui se in defensione tua quantus sit uniuersis mortalibus adprobauit, habens ante oculos eius beneficia, qui imperium tuum in omnibus regit. haec in coetu episcoporum diligenter facito omni cum consideratione tractari, ut pacatis per te deo fauente temporibus tranquillitate tua consentiente sic omnia discutiantur, ut quae fuerint iudicio sacerdotum dei confirmata, cum constiterit omnes in expositione fidei, quae inter tantos episcopos apud Niciam praesente sanctae memoriae patre tuo confirmata est, uniuersos consensisse, cum exemplo possint in posterum custodiri, ut ipse saluator qui desuper mentis tuae propositum intuetur in tanta rerum expeditione laetetur causam fidei et pacis etiam reipublicae necessitatibus non inmerito praeposuisse. ad exorandam igitur mansuetudinem tuam, ut beniuolo animo allegationes nostras audire digneris, fratrem et coepiscopum meum sanctum uirum Luciferum cum Pancratio conpresbytero meo et Hilario diacono placuit proficisci, quos credimus de clementia tua ad pacem omnium ecclesiarum catholicarum non difficulter posse concilium impetrare. dei omnipotentis clementia te nobis custodiat, clementissime ac religiosissime Auguste.

1 mansuaet...... | tuum atque animum *Coust.* rogamus *Coust.* 2 uirtute . . . . | *litterae quas Tilius uidit in fine 6 linearum papyro coopertae hodie legi nequeunt* 3 sis adpro . . . . | habens *V* ut habens *Coust.*; ut *om. etiam v* 4 tuum . . . . | 5 facit . . . . | sideratione facito *coni. Lat.*, facias *Coust.* (facit *etiam v*) 6 tractari *Coust.*, testari *Vr* fauen . . . . . . | tranquillitate 7 disc . . . . | ut 8 iuditio constiterit *Coust.*, constituerint *Vr* 9 expositionem *Coust.* 10 aput p̃sentae 11 possent 12 cusdodiri 13 laetetur te *expectes* 17 prancatio conpresbitero *V*, presbytero *Coust.* 20 consilium 22 auguste. EXPLIC̃.

VIII.
ATHANASII EPISTVLA.

ATHANASIVS SOLITARIAE VITAE STVDENTIBVS ET IN FIDE DEI ROBORATIS AC DILECTISSIMIS FRATRIBVS IN DOMINO SALVTEM.

Domino quidem gratias ago qui donauit uobis in eum credere, ut cum sanctis etiam uos habeatis uitam perpetuam. quia autem sunt quidam qui quae sunt Arii sapiunt circumeuntes monasteria propter nihil aliud, nisi ut quasi ad uos uenientes et a nobis reuertentes simplices seducant, quidam autem sunt qui adfirmant quidem non se sapere illa quae sint Arii, pergunt autem et pariter orant cum ipsis, necessario hortantibus sincerissimis fratribus scribere studui, ut piam fidem quam in nobis dei gratia operatur sincere et sine dolo custodientes non detis occasionem scandali fratribus; cum enim quis uos in Christo fideles uiderit communicare cum talibus uel cum eis pariter orare, utique opinantes indiscretum hoc esse incidunt in caenum impietatis. ut ergo nihil tale fiat, sit ue⟨stra cura, fratres⟩ carissimi, eos quidem qui sapiunt quae sunt impieta⟨tis Arrianae a⟩uertere, eos autem qui putantur quidem non sapere quae sunt Arii, orant autem cum impiis deuitare, et maxime quia quorum sensus execramur horum etiam communionem conuenit fugere. si quis itaque uenit ad uos, si quidem adfert secundum beatum Iohannem rectam doctrinam, dicite huic *aue* et sicuti fratrem hunc talem suscipite: si quis autem simulat quidem confiteri se rectam fidem, apparet autem communicare illis, huiusmodi hominem hortamini quidem abstinere se a tali consuetudine et si quidem promiserit habetote et hunc quasi fratrem. si uero contentioso animo perseuerauerit, et hunc quoque uitate. possibile quidem erat mihi etiam per

VIII. INCIP̃ EXEMPLṼ EPISTVLAE ATHANASI DE GRECO IN LÃ TRASLT̃
3 estudentib; 12 sci//bere 13 sincerem 15 cum *v*, ∗∗∗n *V*
16 hoc *v*, ∗∗∗ *V* ∗ncidit (un *supra*) 17 uestra cura fratres *suppleui*, ue | ∗∗∗∗∗ ∗∗∗∗∗ *V*, uobis uoluntas *v* 18 impieta|∗∗∗∗∗∗∗∗∗∗ uertere *V*, impietatis Arii auertere *v* 27 habitote

multa extendere epistulam adponenti ex scripturis diuinis formam huiusmodi doctrinae, sed quia prudentes existentes praeuenitis eos qui scribunt et magis abstinentiae intenti idonei estis et alios docere, propterea breuiter tamquam diligens ad diligentes dictaui, confidens quia sic degentes puram sinceramque fidem seruabitis et illi iam uidentes quod non cum eis pariter oratis percipient utilitatem, timentes ne forte tamquam impii et qui ⟨quae⟩ illorum sapiunt deputentur.

8 qui quae *(an* qui quae illorum sunt?) *scripsi,* qui *Vr* rapiunt *V m. 1,* sapiant *v* EXPLICIT

I. INDEX SCRIPTORVM.

II. INDEX NOMINVM ET RERVM.

notissimum, cum nimirum e Galliis, ubi exulabat, ad Alexandrinam ecclesiam reuocatus fuit' Col. not. p. 143). nihil deinceps se mali facturum Athanasio iurat 116, 10. 117, 13. contra Athanasium susceptum ante annos furorem retinet 142, 12. eum in synodo catholicorum (*cf.* concilium Serdicense) homicidam accusat 181, 13. tempore quo Italiam occupauit (*an. 354*) dei ecclesiam tentat uertere 53, 7, se fingit ouem 154, 25, se fingit Christianum 9, 5. 58, 27. 220, 15. 271, 17. 298, 24. pacem fieri se uelle dicit in suo imperio 9, 7. 13, 9. 14, 1. 20, 14. 67, 19. 161, 16. 268, 4. 320, 1. tranquillitas appellatur 330, 13. 16. 327, 19. 331, 7. quod nescierit utra uera fides esset se excusat 189, 27. defendendum semel susceptum dogma dicit honesta uoluntate errans 307, 14, se Athanasium damnare ut deo placeret 158, 15. tamquam uere ad se omnis cura ecclesiae pertineat est sollicitus 268, 10. episcopos sub suam ditionem redigere studet 114, 23. 125, 18. episcopus episcoporum ab Arrianis nominatur 311, 25 (‘*Ita Constantio adulabantur, qui in definiendas fidei controuersias semet ingerebat; et hoc titulo ueluti honorificentiore donabantur episcopi, qui dignitate aut uirtute aut doctrina ceteros antecedebant — cum homo is esset Constantius, qui dogmatum ac legum ecclesiasticarum peritiam iactaret, ut in libro 2. pro S. Athanasio idem Lucifer de illo scribit: qui te legis peritum uis uideri* [172, 26], *et sub eiusdem libri initia: credo nihil sacrarum te fugere scripturarum, neque enim posses egregia nobis mandata dare nisi fuisses legis peritus* [165, 5]; *quod ironice dictum; et in lib. de non parc. in Deum delinquent. de quo id est Iesu Christo libros scriptos dedisti* [265, 16. *cf.* 212, 25]; *haec autem ab Arianis episcopis imperatoris nomine edebantur in uulgus'* Col. not. pag. 262). catholicos episcopos communioni Arrianorum iungere studet 9, 15. 212, 22. contra Athanasium per eum et suos constructa est machina (*concilium Mediolanense a. 355*) 165, 14 (‘*Tota Mediolanensis conciliabuli machina eo conuersa erat, ut Athanasius ab episcopis catholicis praesertim occidentalibus damnaretur ueluti criminum reus, quae in illum haeretici toties effinxerant; ut inde Arianae impietati, cuius erat patronus Constantius, speciem aliquam conciliaret, inquit Athanasius in epist. ad Solit. Episcopos itaque imperator urgebat, ut in Athanasium subscriberent'* Col. not. pag. 128). uanum concilium in quo omne consilium non est nisi ut dei negetur filius 12, 1. cogit episcopos Athanasium absentem inauditum damnare 66, 4. 67, 24. 190, 10. 279, 2 (*cf.* Athanasius). ei audientiam aufert 180, 12. 190, 12. 191, 2. 192, 14. 193, 13, Pauli se exemplo defendens 170, 5. edictum eius 13, 9. 19, 4. 26, 24. 142, 7. 242, 21. 265, 16. 283, 9. 287, 5. 291, 23. 292, 23 (‘*Narrat Sulpicius Seuerus in lib. 2. Hist. Eccles. Valentem et Vrsacium in concilio Mediolanensi ceterosque Arianos metu plebis, quae catholicam fidem egregio studio conseruabat, non ausos piacula profiteri; intra palatium se congregasse: illinc, inquit, epistolam sub imperatoris nomine emittunt omni prauitate refertam, eo nimirum consilio, ut si eam aequis auribus populus recepisset, publica auctoritate cupita proferrent; sin aliter fuisset excepta, omnis inuidia esset in rege et ipsa uenialis; quia etiam tum catechumenus sacramentum fidei merito uideretur potuisse nescire. Igitur lectam in ecclesia epistolam populus auersatur. Hoc autem facinus Lucifer spectat hoc in loco et Constantii epistolam edicti uocabulo nominat, uti in lib. 1. pro Athan. et in lib. Moriendum*

III. INDEX VERBORVM ET LOCVTIONVM.

CORPVS
SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM
LATINORVM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS

ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE

VINDOBONENSIS

VOL. XV.

COMMODIANI CARMINA

EX RECENSIONE BERNHARDI DOMBART.

VINDOBONAE

APVD C. GEROLDI FILIVM BIBLIOPOLAM ACADEMIAE

MDCCCLXXXVII.

COMMODIANI CARMINA.

RECENSVIT
ET COMMENTARIO CRITICO INSTRVXIT
BERNHARDVS DOMBART.

VINDOBONAE
APVD C. GEROLDI FILIVM BIBLIOPOLAM ACADEMIAE
MDCCCLXXXVII.

CAROLO ERNESTO GEORGES

GVILELMO HARTEL

HERMANNO ROENSCH

S.

PRAEFATIO.

De Commodiano eiusque carminibus.

Commodianus ubi natus sit uel uitam degerit et qua usus sit fortuna, parum constat. De aetate eius maior est consensus; nam quin media fere parte tertii post Christum saeculi carmina sua conposuerit, non iam dubium uidetur esse [1]). Quae autem scripsit, ea Christianis illorum temporum, si licet ex silentio facere coniecturam, haud multum arrisisse apparet. Neque id mirum; tunc enim illi iam assuerant praeter rerum ueritatem sermonis quoque elegantiam spectare, quam in Commodiano non poterant non desiderare. Accedebat, quod in libris eius quaedam inueniebant, quae a regula fidei Christianae abhorrerent. Quinto demum saeculo eoque exeunte bis mentionem illius fieri conperimus a Gelasio papa et a Gennadio scriptore. Illo auctore in 'notitia librorum non recipiendorum', de quibus capite V relationis de conciliis a Gelasio papa habitis agitur, Commodiani opuscula a p o c r y p h a uocantur atque inprobantur. (Cf. Migne, patrol. ser. lat. tom. LIX p. 163.)

Gennadius autem capite XV catalogi uirorum inlustrium de Commodiano haec dicit: 'Commodianus dum inter saeculares litteras etiam nostras legit, occasionem accepit fidei. Factus itaque Christianus et uolens aliquid studiorum suorum muneris

---

[1]) Cf. Henrici Dodwell dissertatio miscellanea II in appendice annal. Velleian. ed. Oxon. ann. 1698; Guilelmi Cave histor. litter. ann. 1705 p. 88 sqq.; Pitrae prolegom. in spicileg. Solesm. uol. I p. XXI; Adolfi Ebert commentat. de Commodiani carm. apolog. (Abhandlungen der philol.-hist. Classe der saechs. Gesellsch. d. Wissensch. V) p. 408; Zeitschr. f. wissensch. Theol. XXII p. 384 sqq. 388; Guil. Meyer in commentat. Acad. reg. Monac. XVII p. 288 sq.

offerre Christo, suae salutis auctori, scripsit mediocri sermone quasi uersu aduersus paganos. Et quia parum nostrarum adtigerat litterarum, magis illorum destruere potuit dogmata quam nostra firmare. Vnde et de diuinis repromissionibus aduersus illos agens uili satis et crasso, ut ita dixerim, sensu disseruit, illis stuporem, nobis desperationem incutiens. Tertullianum et Lactantium et Papiam auctores secutus moralem sane doctrinam et maxime uoluntariae paupertatis amorem optime prosecutus studentibus inculcauit.'

Haec aliquanto pauciora sunt, quam quae noscere de Commodiano uelimus; et utinam ea ipsa, quae Gennadius memoriae prodit, omnia uera uel certa essent! Quae quidem de auctoribus dicit, quos secutus Commodianus sit, ea haud paruam mouent dubitationem.

Et ex Papiae libris tam exiguae supersunt reliquiae, ut, quae intercesserit inter illius et Commodiani libros necessitudo, non iam possis inuestigare. De Tertulliano utique uerum uidit Gennadius. At Lactantium aetate non priorem, ut ille putabat, sed posteriorem Commodiano fuisse nunc quidem tantum non inter omnes constat. Error Gennadii inde uidetur profectus esse, quod et Commodianus et Lactantius ex eisdem fontibus hauserunt, quorum fontium princeps atque praecipuus Cyprianus fuit [2]). Huius uestigiis, id quod Gennadium fugiebat, Commodianum pedisequi modo institisse certissimum est.

Post Gennadii tempora de Commodiano apud scriptores rursus altum est silentium; nihilo tamen setius medio quod dicitur aeuo carmina eius identidem describebantur. Et conplures eorum codices aetatem tulerunt, quorum pars non ita pridem uidetur perisse. Typographica autem arte inuenta cum ingens exortum esset certamen ad libros et classicorum et ecclesiasticorum scriptorum typis inprimendos, Commodianus ob nimiam, opinor, et sermonis et uersuum asperitatem diu nemini doctorum dignus uisus est, qui ederetur.

---

2) Cf. p. IIII.

Longo interuallo primus Iacobus Sirmondus, vir clarissimus, uetustum instructionum exemplar nactus in ea carmina animum intendit et in editione sua Ennodii, quae anno 1611 excusa est, ad duos locos inlustrandos, epist. II 1 et VI 9, alterius instructionum libri acrostichon XXVII integrum, acrostichi XXXII quinque uersus allegauit. Idem siue ipsum quem inuenerat codicem siue apographa eius cum amicis liberaliter communicauit, unde, ut ait Rigaltius in praefatione instructionum, Commodianus 'benigne excipi ac foueri coepit.' In eorum amicorum numero fuit Gilbertus Gaulminus, qui in commentario, quem libello Eustathii de Ismeniae et Ismenes amoribus anno 1618 Lutetiae Parisiorum ab ipso edito adiunxit, alterius instructionum libri acrostichi XVI sex uersus affert, quos descripsisse se 'ex codice P. Sirmondi' dicit.

Tum quoque plus triginta anni praeterierunt, priusquam uniuersa acrosticha Nicolai Rigaltii opera publici iuris fierent. Cuius editione, quae anno **1649** Tulli Leucorum typis exscripta est, quamquam cautum erat, ne Commodiani nomen rursus obliuione obrueretur, tamen etiamtum per duo saecula solae instructiones eius noscebantur, cum anno **1852** a Iohanne Baptista Pitra in primo uolumine spicilegii Solesmensis carmen editum est, quod nullo auctoris nomine inscriptum in codice quodam bibliothecae Mediomontanae siue Middlehillensis nuenerat, inuentum descripserat. Quod carmen quia homo doctissimus uidebat et rebus et uerbis et uersuum ratione mirum quantum cum instructionibus Commodiani congruere [3]), non dubitauit Commodiani nomen ei praeponere. Hoc eum iusto iure fecisse neque fugere quemquam potest, qui duo illa carmina inter se comparauerit, et Adolfus Ebert [4]) nouis insuper allatis argumentis aperte docuit. Quo factum est, ut Commodiano tot saeculis interiectis sua tandem restituerentur.

De fontibus Commodiani.

Vt alii scriptores ecclesiastici, ita Commodianus quoque multas et res et sententias ex sacris litteris mutuatus est.

[3]) Spicil. Solesm. uol. I proleg. p. XVIII sq.

[4]) l. c. p. 414 sqq.

Has autem crebro non ipsas eum adisse, sed Cypriani testimoniis plerumque usum esse ostendere conatus sum commentatione, quae inscribitur 'Commodianus und Cyprians Testimonia' (Zeitschr. f. wissensch. Theol. XXII p. 374 sqq.). Sed ex ceteris quoque Cypriani operibus eum delibasse, quidquid ei commodum uidebatur, multis apparet exemplis. Etiam Tertullianeae et Minucianae lectionis apud Commodianum occurrere uestigia iam pridem animaduersum est [5].

De duabus uiis, quibus per uitam possit migrari, Commodianus saepius (I 22, 15; A. 699) ita loquitur, ut ea qui legerit non possit non agnoscere quae de eisdem uiis, una uitae, altera mortis, in doctrina illa apostolorum aguntur. Quae utrum ex ipso illo fonte hausta sint an ex riuulo aliquo inde descendente, uelut ex epistula Barnabae, non multum attinet [6].

Haud raro Commodianus Hermae pastorem uidetur imitatus esse, cuius rei Adolfus Harnack primus quod sciam monuit [7].

Denique Theodorus Zahn [8] uidit commentarium euangeliorum, qui sub Theophili nomine circumfertur, cum Commodiano saepius ita conspirare, ut uerisimile sit Commodianum locos quosdam aut illius commentarii aut fontis, unde ille originem duxit, memoria tenuisse.

Ne profanas quidem litteras, quas illum, priusquam Christianus fieret, amplexum esse Gennadius testatur, postea ita spreuit, ut eis data occasione uti nollet.

Et Horatianos locos Commodianum in carmine apologetico haud raro attingere Martinus Hertz in indice lectionum aestiuarum Vratislauiensium anni 1880 probauit. Addo eis quae

[5]) Cf. Rigaltii praefat.: Stilus (Commodiani) Africanae ferociae rusticitatem sapit, quae tamen ad acumina Tertulliani, Cypriani, Minucii non infrequenter alludit.

[6]) Cf. Διδαχὴ τῶν δώδεκα ἀποστόλων, cuius hoc est initium: Ὁδοὶ δύο εἰσὶ, μία τῆς ζωῆς καὶ μία τοῦ θανάτου Adolf Harnack in epist. Barn. c. 18.

[7]) Theol. Literaturzeit. 1879 p. 51 sqq.

[8]) Forschungen zur Geschichte des neutestamentlichen Kanons II p. 301 sq., III p. 259 sqq.

ille congessit exemplis instr. I 3, 9 sqq.[9]), qui locus non fortuitam similitudinem cum Horat. carmine IV 8, 5 sqq. prae se fert.

Idem Lucretium quoque Commodiano cognitum fuisse duobus propositis exemplis docet[10]), carm. apol. u. 123, coll. Lucret. IV 569, III 222 et u. 876 (883), coll. Lucret. I 278. Multo apertius autem ea res elucet, ubi comparaueris Lucret. V 221: quare mors inmatura uagatur et Commod. instr. I 16, 4: inter utrumque uias mors inmatura uagatur: Lucret. II 763, IV 570: rationem reddere possis et Commod. instr. I 16, 13: rationem reddere possint. Animaduertendum est hic bis in uno Commodiani acrosticho Lucretiana uerba recurrere.

Errat igitur Martinus Hertz, pace uiri summe uenerandi dixerim, cum censet instructiones nullam antiquarum litterarum memoriam suscitare[11]).

In alia quoque re uir doctissimus fallitur. Commodianus in carm. apol. u. 583 sq. haec dicit:

Vergilius legitur, Cicero aut Terentius item;
Nil nisi cor faciunt, ceterum de uita siletur.

Vtcumque uerba 'cor faciunt' aut interpretanda aut emendanda sunt: illud certum est Vergilii, Ciceronis, Terentii studium hic uituperari; de Horatio, quem ab ipso lectitatum esse apparet, Commodianum tacere. Hoc Martinus Hertz a Commodiano callidissime existimat factum esse, ut palam Vergilii, Ciceronis, Terentii contemptorem ageret et ab eorum imitatione in carminibus suis caueret, clandestino autem Horatii, de quo tacet, studio lectores suos falleret ideoque clam ridens manus sibi perfricaret siue, ut aiunt Romani, in sinu gauderet[12]).

O hominem ueteratorem, si egisset tam callide! Atqui Vergilianae quoque et lectionis et imitationis in utroque

[9]) Cf. comment. crit.

[10]) Indic. lection. p. 8.

[11]) Ibid. p. 6.

[12]) Ibid.

Commodiani carmine suppetunt exempla eaque plura, nisi fallor, et manifestiora quam Horatianae aut Lucretianae.

Hoc ut ostendam, ab eo loco initium faciam, de quo iam supra egimus, instr. I 16, 4: Inter utrumque uias mors inmatura uagatur. Huius uersus posteriorem partem Lucretii esse iam cognouimus: sed ne prior quidem pars ipsius Commodiani ingenio debetur; hic enim Vergilianum illud imitatus est: Inter utramque uiam leti discrimine paruo (Aen. III 685).

Alia Vergilianae imitationis exempla haec sunt: Instr. I 4, 7: uenit inops animi; cf. Verg. Aen. IV 300: saeuit inops animi. — Instr. I 13, 7: uertebatque boues; Aen. VIII 207 sq.: tauros auertit. — Instr. I 18, 6: uentum est ad summum; Aen. XII 803: uentum ad supremum est. — Instr. I 18, 11: erumpebat enim uoces; Aen. XI 377: rumpitque .. uoces. — Instr. I 19, 12: adflatum numine ligni; Aen. VI 50; adflata est numine quando. — Instr. II 4, 3: dat gemitum terra; Aen. IX 709: dat tellus gemitum. — Instr. II 11, 9: per spelaea ferarum; Verg. Ecl. 10, 52: inter spelaea ferarum. — Instr. II 23, 17: neci .. mittas; Aen. XII 513 sq.: neci .. mittit. — Instr. II 32, 14: mactandum ad aram; carm. apol. 515: mactatus ad aras; Aen. II 663: obtruncat ad aras. — Instr. II 35, 3: fundere preces; Aen. VI 55: funditque preces. — Instr. II 39, 9: Vertitur interea caelum; Aen. II 250: Vertitur interea caelum. — Carm. apol. 523: at ego non tota, sed summa fastigia carpo: Aen. I 342: longae ambages; sed summa sequar fastigia. — C. a. 587: insanumque forum; Aen. Georg. II 502: insanumque forum. — C. a. 631: uenturus conmixtus (conmixto M) sanguine nostro; Aen. VI 762: Italo conmixtus sanguine surget. — C. a. 861: tollit in auras; Aen. IV 176: attollit in auras. — C. a. 931: e caelo .. uox reddita; Aen. VII 95: ex alto uox reddita luco est. — C. a. 1030: saxa uolant; Aen. I 150: saxa uolant.

Haec ubi legerit Martinus Hertz, ingenue, opinor, fatebitur hominem simplicissimum inmerito a se in calliditatis malignae suspicionem esse adductum.

Ceterum Commodiani profanarum litterarum studia non eis, quos memorauimus, scriptoribus se continuerunt. Ciceronem quoque, Ouidium, Tibullum, alios interdum uidetur secutus esse; ego uero cum et temporis angustiis et uirium mediocritate impediar, aliis rem accuratius tractandam relinquo; qui si in Commodiani carminibus suum cuique reddere conabuntur, non multo angustior eis campus patebit quam in Ammiano Marcellino.

De codicibus instructionum.

Baluzio[13] si fides habenda est, Iacobus Sirmondus apographum, quo Rigaltius postea usus est, ex uetusto codice Andecauensi ipse descripserat. Hunc codicem non iam comparere Ernestus Ludwig, nouissimae editionis auctor, a Lemarchandio, bibliothecae Andecauensis praefecto, litteris certior factus est. Eo magis operae pretium est accurate colligere, si quid homines doctos inde exscripsisse aut certum aut uerisimile est, praesertim cum etiam apographum illud Sirmondianum ad hanc aetatem non uideatur peruenisse. Cod. Andecauensis deperditus.

Et primus ipse Sirmondus, ut supra memorauimus, in editione Ennodii, deinde Gilbertus Gaulminus in editione Eustathii particulas quasdam instructionum attulerunt, quae aut ex ipso illo codice uetusto aut ex apographo a Sirmondo scripto uidentur fluxisse. Rigaltius autem instructionum uetus exemplar nullum se uidisse, sed apographo tantum Sirmondiano in editione curanda usum esse in praefatione ipse fatetur.

At Baluzius lectiones ex ipso codice Andecauensi haustas conpluribus operum suorum locis non ita paucas adfert. Ea de re uberius egi in Blätter f. d. bayer. Gymn. XVI p. 341 sqq. [14].

Patauinus quoque Commodiani codex, quem Montfaucon in bibl. bibl. tom. I 487[a] sic designat: "ex Musaeo Laurentii Cod. Patauinus deperditus.

[13]) Not. in Lactant. de mort. persecut. c. 11; Cypr. ed. Paris. ann. 1726 p. 453.

[14]) Cf. Sitzungsberichte CVII p. 733 sqq.

Pignorii Patauini', non iam exstat. Cf. Ernest. Ludw. in praefat. ad instruct. p. XI.

Cod. Mediomontanus uel Cheltenhamensis C. In hac tanta fatorum iniquitate est, cur nobis gratulemur, quod codex Mediomontanus (Middlehillensis) aetatem tulit, qui in catalogo Haeneli (p. 861) in libris Meermannianis sic describitur: 'Commodiani Instructiones per litteras uersuum primas seu uersibus, qui dicuntur acrostichides, cum quibusdam aenigmatibus, saec. XI, membranaceus.'

Hunc cum uniuersa bibliotheca Mediomontana Cheltenhamum translatum Ernestus Ludwig, priusquam carmina Commodiani ederet, in usum suum conuertere conatus est; sed sumptibus, qui pro uenia librorum Cheltenhamensium inspiciendorum exigi solent, deterritus incepto destitit. Quo factum est, ut editio eius propter ceteras uirtutes admodum laudabilis certiore tamen textus conformandi fundamento careat.

Insignitus est codex ille hunc in modum: 'cod. Mediomontanus 1825 (Meermannianus 708)'. Prima uiginti quattuor folia continent Commodiani instructiones; a folio 25 sequuntur tetrasticha enchiridii Prudentiani, quorum primum inscribitur 'Adam et Eua.' Haec excipiuntur aenigmatis sexaginta duobus, quorum Haenelium in catalogo mentionem facere supra memorauimus [15]).

Accedunt deinde in eodem codice alia quaedam, quae commemorare longum est.

Hic codex in instructionibus Commodiani ut multas affert lectiones eis, quae in editiones receptae sunt, praestantiores [16]), ita plurimis et foedissimis scatet mendis. Nam praeterquam quod librariorum incuria uel inscitia factum est, ut saepissime uerba aut miris modis deformarentur aut omnino omitterentur, ne interpolationum quidem desunt exempla, quod deprauationis genus facillime cognoscitur, ubi uerborum abundantia iustum modum uersus excedit uelut II 14, 4; 21, 2; 32, 10.

Scripturam primam codicis aut eadem manus aut altera interdum correxit. Alterius autem manus emendationes et ad-

---

[15]) De eisdem egit Guil. Meyer l. c. p. 413.

[16]) Cf. Sitzungsberichte CVII p. 742 sqq.

modum rarae et eius modi sunt, ut coniecturam sapiant, non ex archetypo uel alio aliquo fonte haustae esse uideantur.

Praeter codicem Cheltenhamensem ex instructionum libris mss. soli restant Parisinus (bibl. nation. mss. lat. n. 8304) et Leidensis (Vossianus in octauo n. 49), uterque chartaceus, uterque saeculo septimo decimo exaratus, quorum uarias lectiones J. B. Pitra in spicilegii Solesmensis uolumine IV p. 224—230 primus prelo mandauit et multum facere ad emendandas instructiones docuit. Idem cod. Parisinum littera B, Leidensem littera A insigniuit. Hos denuo atque accuratius inspexit et exscripsit Ernestus Ludwig, qui in editione sua Parisinum inprimis ducem secutus est. Et est ille codex haud parui momenti, qnamquam auctoritate minus ualet quam Cheltenhamensis. Hunc eum propinquitate contingere cum ex aliis rebus tum inde apparet, quod permultae lectiones in utroque inueniuntur, quae corruptelam prae se ferant. Idem quia cum editione Rigaltiana crebro conspirat, et Pitra et Ludwig censuerunt esse eum apographum illud Sirmondianum, quo Rigaltius in editione sua conformanda se usum esse ipse fatetur. Ea opinio cum iam prius mihi minus probaretur [17]), postea argumentis satis magnis ostendisse mihi uideor codicem Parisinum non esse ipsum apographum Sirmondi [18]). Quorum argumentorum nescio an grauissimum sit, quod acrostichon I 18 in Parisino codice initio omissum extrema eius parte Rigaltii ipsius manu additum est. Qui si, ut ipse in praefatione dicit, uetus instructionum exemplar non uidit, unde potuit illud acrostichon supplere, nisi ex uero apographo Sirmondiano?

Codd. Parisinus et Leidensis.

Cod. Parisinus B.

Itaque, nisi fallor, sic se res habuit: Rigaltius Sirmondianum exemplar acceptum nescio cui describendum dedit. Hic nouus liber ex Sirmondiano descriptus B noster est. Quem dum perlustrat Rigaltius et cum apographo Sirmondiano comparat, cum alios librarii errores correxit tum acrostichon XVIII illius incuria omissum ipse suppleuit.

[17]) Sitzungsberichte XCVI p. 452 sq.; Blätter f. d. bayer. Gymn. XVI p. 345.

[18]) Sitzungsberichte CVII p. 737 sq.

Nouas quasdam res addo, unde appareat non utique solum codicem B Rigaltio ad manus fuisse, cum instructiones edendas curaret.

In relationum Academiae Caesar. Vindob. uolumine CVII p. 738 sq. multos attuli locos, quibus editio princeps cum cod. Cheltenhamensi conuenit, a cod. Parisino differt. Quae exempla quamquam sufficiunt, unum tamen, quod illic omisisse me paenitet, hic addam.

I 23, 14 in editione principe haec leguntur:

In supplicem prodis dei, sub aspectu tyranni.

Illud *dei* neque in B neque in A inuenitur ideoque ab Ernesto Ludwig omittitur, quamquam ea re uersus claudicat. At Cheltenhamensis editioni principi hoc quoque loco suffragatur. Itaque cum ne sagacissimus quidem homo coniecturâ supplere uocem *dei* potuerit, dubium non est, quin Rigaltio praeter Parisinum alius quoque codex adfuerit, quem consuleret.

Acrostichi I 13 uersum 5 Rigaltius sic scripsit:

Cum si deus esset unquam non furto uiuebat.

Idem in commentario adnotat: 'Est qui malit: *cum si deus esset, utiq.* (sic!) *non furto uiuebat.* Sed haec particula *utique* rursus occurret uersu proxime sequ.' — Quis est ille, qui *utique* malle dicitur quam *unquam?* In Parisino quidem sola lectio *unquam* inuenitur; non magis in Leidensem codicem cadunt, quae Rigaltius dicit; ibi enim in textu *nunquam*, in margine *unquam* scriptum est neque quidquam praeterea additum. Apparet igitur Rigaltium lectionem *utique* ex alio fonte petiuisse, quem genuinum fuisse documento est, quod Cheltenhamensis quoque *utiq* (sic!) praebet.

Insequentem eiusdem carminis uersum editio Rigaltiana hunc in modum tradidit:

Terrenus utique fuit et monstriuora natura.

Ibidem in commentario additur: 'Placet emendatio: *Monstruosa.*' Quae emendatio utrum ipsius sit an alius alicuius Rigaltius non dicit. At, nisi fallor, haec ne est quidem emendatio, ut Rig. falso opinabatur, sed antiqua et uera lec-

tio. Eadem certe in codice Cheltenhamensi inuenitur, cum codd. **BA** solam lectionem *monstriuora* habeant.

Ad haec duo exempla inter se similia tertium accedit. In alterum eiusdem acrostichi uersum Rigaltius adnotat, pro *Nunc ergo retro*, quod ipse in textum recepit, 'a quibusdam' confici scripturam '*Nunc ergo reticeo.*' Atqui hanc lectionem altera manus codicis Cheltenhamensis praebet, quae primae manus scripturam *retiuo* ita correxit ut sit *reticeo*, cum in codd. **BA** una eademque lectio *retĩuo* inueniatur, unde satis apparet illud 'a quibusdam' non ad horum codicum alterum utrum, sed ad alium aliquem fontem pertinere.

Ter igitur in uno eodemque carmine perexiguo uestigia nobis occurrunt, quibus monemur Rigaltio, cum instructiones ederet, ad fontem quendam patuisse aditum, qui non fuit **B** (uel **A**) et similis fuit codici Cheltenhamensi.

Hunc autem fontem quem alium fuisse dicamus nisi apographum Sirmondianum? Hoc Rigaltius, quamquam plerumque Parisino nostro (**B**) utebatur, interdum tamen, ubi in locis difficilioribus haerebat, uidetur consuluisse ibique in textu aut inter lineas aut in margine [19]) lectiones repperisse, quae in cod. **B** deerant. Hunc enim codicem fontis antiquioris, quicumque fuit, non accurate repraesentasse imaginem iam inde perspicitur, quod in ipso codice **B** et totum acrostichon I 18, ut supra (p. VIIII) demonstrauimus, et capitulationis pars [20]) omissa erant. Quae res si ita se habuit, non iam est quod miremur tam multas lectiones, quae desunt in codd. **BA**, editioni principi cum codice Cheltenhamensi communes esse [21]). Has

[19]) In apographo Sirmondi praeter primam etiam alteram manum interdum fuisse conspicuam inde apparet, quod Rigaltius in uersum 15 acrostichi 53 (II 12) haec adnotat: 'In apographo scriptum fuerat: *Tu tibi praeterea in delictis parcere noli.* Quae scriptura ferri et explicari posset, nisi nos admoneret is, qui apographum recensuit, ueterem manum fuisse *in Belian.*' — Hoc igitur certe loco primâ manu *in delictis*, alterâ *in Belian* scriptum fuit: at in **B**

in de[illegible]

itemque in **A** haec inueniuntur: *in dictis* eaque omnia una eademque manu exarata.

[20]) Sitzungsberichte CVII p. 719.

[21]) Ibid. p. 738 sq.

enim quoque suspicio est Rigaltium ex ipso apographo Sirmondiano petiuisse.

Restat, ut pauca dicamus de uariis lectionibus, quae in cod. B praeter textum adiunctae sunt. Earum magnam partem prima manus supra lineas scripsit; quaedam autem altera illa manu adiecta sunt, quae acrostichon I 18 primo omissum suppleuit. Hanc alteram codicis B manum ipsius Rigaltii esse cognoui, ubi mihi contigit, ut codicem B cum notis et commentatiunculis compararem, quas Rigaltius Berolinensi editionis principis exemplari sua manu subiunxit; de qua re uide Sitzungsberichte CVII p. 714 sq.

Cod. Leidensis A.

Codici Parisino Leidensis simillimus est. Iidem cum non paucis locis inter se differant, Ernestus Ludwig putauit non alterum ex altero descriptum esse, sed utrumque ex uno eodemque antiquiore archetypo fluxisse. Ego uero et singulos accurate excutiendo et ambos inter se comparando dubium non esse intellexi, quin Leidensis ex Parisino ita sit descriptus, ut librarius codicis Leidensis, homo doctus aliquis, non pauca mutauerit et addiderit; qui utrum omnibus locis, quibus ab exemplo suo abscessit, suo tantum ingenio usus sit an interdum praeter codicem B etiam alium inspexerit librum, equidem non ausim decernere. Cf. Sitzungsberichte CVII p. 720 sqq.

Apographum Sirmondi.

Apographi Sirmondiani saepius iam mentionem fecimus. Descriptum illud a Sirmondo ex codice Andecauensi fuisse, ut supra (p. VII) memorauimus, Baluzius testatur. Idem antiquissimum fuisse fundamentum cognouimus, quo editio Rigaltiana nitebatur. Inde codicem B descendisse arbitramur (cf. p. VIIII); ipsum autem apographum Sirmondianum non iam uidetur comparere. Quamquam, id quod paulo post ostendetur, non paucae eius lectiones editione principe nobis seruatae sunt.

De editionibus instructionum.

Editio princeps (1649).

Editio princeps a Nicolao Rigaltio curata sic est inscripta: 'Commodiani Instructiones per litteras uersuum primas. Tempore Siluestri P. R. sub Constantino Caes. compositae. Nunc

primum typis mandatae. Tulli Leucorum. Apud Sim. Belgrand & Io. Laurentium, Typographos Regios. M.DC.XLIX. Cum priuilegio Regis.'

Ea editio qua ratione sit instituta, quoniam alias iam exposui [22]), illic quae dixi nolo repetere. Illud tantum monuerim, in editione principe praeter textum instructionum eam inprimis appendicis partem alicuius esse momenti, qua uariae lectiones ex apographo Sirmondi proferuntur.

Anno post publicatam principem altera prodiit editio eodem homine docto curante, cuius haec est inscriptio: Editio altera (1650).

'Commodiani Instructiones aduersus Gentium Deos. Pro christiana disciplina. Tempore Siluestri P. R. sub Constantino Caes. compositae. Nunc primum typis mandatae. Tulli Leucorum. Apud S. Belgrand et I. Laurentium, Typographos Regios. M.DC.L. Cum priuilegio Regis.'

Textus alterius editionis a principe non paucis locis diuergit neque tamen ideo melior factus est. Nam Rigaltius in altera editione, ut aliquot manifesta editionis principis menda correxit, ita crebro aut ipsam lectionem genuinam aut genuinae indicia praepostere aboleuit. Cf. Sitzungsberichte XCVI p. 455 sqq.

Editio altera commentarium quoque continet, quo ed. princeps caret. In eo commentario praeter rerum et uerborum explicationes haud raro uariae lectiones ex apographo Sirmondi commemorantur, quae in appendice editionis principis desunt. De ceteris, quae in ed. altera notabilia uidentur, cf. Sitzungsberichte XCVI p. 460 sqq.

Harum duarum editionum exemplaria, quae iam saeculo septimo decimo exeunte admodum rara fuisse Gisbertus Cuper in Lactantiani libri de mort. persecut. c. 2 adnotat, paucissima nunc supersunt, quo factum est, ut de editione principe diu peruersa fuerit hominum doctorum opinio [23]).

Ac principis quidem editionis Parisiis duo, Berolini unum; alterius editionis singula Parisiis et Berolini in bibliothecis publicis exemplaria seruantur. Berolinensia exemplaria,

[22]) Sitzungsberichte XCVI p. 447 sqq.
[23]) Ibid. p. 448.

quae ipse identidem meis oculis lustraui, uno uolumine continentur hunc in modum insignito: 'Libr. inpr. c. not. mss. Quart. 49.' In hoc uolumine, quod olim fuit in numero librorum Ezechielis Spanheim, editionis principis titulus et praefatio et index, quo capitula instructionum enumerantur, desunt; cetera ita sunt conposita: Praemittuntur editionis alterius titulus et praefatio; subsequitur editionis principis textus cum appendice; claudunt agmen reliquae editionis alterius partes. Accedunt autem ad ea, quae typis sunt inpressa, commentationes et adnotationes quaedam in conpluribus foliis albis adglutinatis ipsius Rigaltii manu eleganter conscriptae. Praemittitur inscriptio: '*Curae ad Commodianum secundae*': deinde haec sequuntur:

'*Obseruatio ad Instr. VI.*

cur annis ducentis

Fuistis infantes?

Huic poematio Commodianus impressit uestigia' etc.

Sunt haec eadem, quae Henricus Leonh. Schurzfleisch anno 1709 in supplementis suis prelo mandauit. Cf. Sitzungsberichte XCVI p. 466 sqq.

In bibliotheca nationali Parisina, ut supra diximus, tria inueniuntur editionum Rigaltianarum exemplaria, duo principis, unum alterius editionis. Et alterum editionis principis exemplar, quod sic insignitur: 'Inuentaire C 1640 C 597 Réserue (in 4^{0})', praeter textum typis exscriptum commentarium continet, quem Rigaltius in foliis albis bibliopegi opera interiectis conscripsit, cum editionem alteram parabat. Iam Alfredus Schoene, qui de exemplaribus Parisinis, qua est eximia liberalitate, primus me docuit, ante hos octo annos perspexit scriptum illum commentarium cum eo, quem typis inpressum editio altera continet, fere congruere.

Idem confirmauit Antonius Kunz, qui, dum anno 1882 Parisiis uersatur, rogatu meo accuratius rem indagauit. Quae ille tum litteris mecum benigne communicauit et exemplis luculentis propositis demonstrauit, ea breuiter referam.

Notae Rigaltianae editioni principi in foliis uacuis interiectis conscriptae commentario editionis alterius typis in-

presso quamquam simillimae sunt, tamen ab eo interdum differunt, ut appareat hunc non ex ipsis illis notis fluxisse, sed aliud aliquod intercessisse scriptum exemplar, quod typothetae sequebantur. Aliis locis commentarius manu scriptus typis inpresso prolixior est, aliis breuior; nihilo tamen setius uerbis magis quam rebus inter se differunt.

In textu quoque exemplaris illius Rigaltius quaedam calamo mutauit. Earum mutationum maiorem partem Antonius Kunz in alterius editionis textum esse receptam docet; idem nonnullas notauit, quae in altera editione non leguntur; sunt autem hae: II 4, 5 *euitante*[24]) pro *euitate*; ibid. u. 11 mereunt (sic!); II 16, 1 *Sunt* pro *Si;* ibid. u. 24 *Et* pro *Eum;* II 21, 10 *Vincimus* .. *qui* pro *Vicimus* .. *quo;* II 22, 3 *illa* pro *illo*; ibid. u. 5 *illud* pro *illum;* u. 7 *refuriam* (in margine) pro *furorem.* — Haec in commentario critico non debui omittere.

Vt in exemplari Berolinensi editioni alteri, ita in Parisino editioni principi aliquot folia uacua subiuncta sunt, in quibus Rigaltius ampliores quasdam adnotationes in conplures instructionum locos conscripsit. Ibi crebrae correctiones ipsius Rigaltii manu factae testimonio sunt illum, quae secum commentabatur, primum tunc uerbis concepisse. Earum adnotationum initia haec sunt:

'*Obser. ad Instr. VI.*

CVR ANNIS DVCENTIS INFANTES FVISTIS] Huic poematio Commodianus impressit uestigia' etc. — Finiuntur autem illae hunc in modum: '*Suprema lex Gazeo nostro fuit, Nullis carminum legibus obligari. Ceterum.*'

Haec prope ad uerbum consentiunt cum eis, quae in fine exemplaris Berolinensis, ut supra (p. XIIII) diximus, eleganti scripturae forma ab eodem Rigaltio exarata sunt.

Extrema exemplaris Parisini parte insuper adiuncta est epistula Rigaltii Francogallico sermone ad Sirmondum scripta, quem Vollmoeller, uir et humanitate et doctrina insignis, mihi descripsit. Cf. Sitzungsberichte XCVI p. 471 sqq.

Tertium editae instructiones sunt anno Domini 1666. Tunc enim Parisiis sumptibus Ioannis Du Puis Cypriani opera post Editio tertia (1666).

[24]) Idem Rigaltius repetit in supplementis (cf. indic. siglorum).

Nicolai Rigaltii mortem Ph. Priorius denuo ita typis inprimenda curauit, ut aliorum quoque scriptorum ecclesiasticorum libros adderet, quorum ultimum locum Commodiani instructiones obtinent sic inscriptae:

'Commodiani instructiones aduersus gentium deos. Pro christiana disciplina. Tempore Siluestri P. R. sub Constantino Caes. compositae. Nunc primum typis mandatae, Cura et studio Nicolai Rigaltii cum eiusdem Notis.'

Haec si quis parum caute legerit, non potest non opinari illic aut ipsam editionem principem Rigaltii aut certe simillimum eius exemplar oculis suis offerri; quorum neutrum uerum est. Nam Rigaltius tum iam duodecim annis ante uita decesserat et Priorii editio non primam, sed alteram Rigaltianam ita repraesentat, ut, ubi ab illa diuergit, plerumque noui editoris incuria causam sustineat. Cf. Sitzungsberichte XCVI p. 463.

Et tamen huic tertiae potissimum editioni ludibrio quodam fortunae contigit, ut subolem satis amplam propagaret. Ac prima quidem illinc deriuatur editio instructionum, quae in uolumine XXVII Maximae bibliothecae patrum Lugduni anno 1672 typis inpressa est; deinde Schurzfleischiana, Dauisiana, Gallandiana, de quibus disputauimus in Sitzungsberichte XCVI p. 463 sq. Eandem uiam sequuntur editiones Pisaurensis (in collectionis Pisaurensis tom. V anno 1766 ed.) et Augustana (in P. Dominici Schram analysis operum s. s. patrum tom. VI anno 1784 ed.). Non magis editio Migneana (Migne, patrol. ser. lat. tom. V) anno 1844 Parisiis uulgata antiquiorem fontem repraesentat; nam religiose Dauisii et Gallandii errores seruat atque repetit, qui ipsius Rigaltii editionibus inspectis facile potuerunt emendari.

Paulo meliorem est ingressus uiam Franciscus Oehler, qui Commodiani instructiones in bibliothecae patrum ecclesiasticorum Gersdorfianae uolumine XIII anno 1847 edendas curauit. Is in commentario ex priorum editionum farragine, quae utilia uidebantur, satis prudenter excerptis nonnulla ex sua doctrina addidit. Idem Berolinense editionum Rigaltia-

narum exemplar ipse uidetur inspexisse, quibus cur non saepius et constantius usus sit, ualde mirandum est.

Ceterum ne hoc quidem sufficiebat. Omnium primum ipsi codices mss. tandem aliquando adeundi erant. Hoc primus post Baluzium J. B. Pitra fecit, qui in spicilegii Solesm. uolumine IV p. 224 sqq. uarias lectiones codicum **BA** exscripsit. Quo in opere cum uideret quanta licentia et neglegentia Rigaltius in editione egisset, non iniuria proditionem potius illam Commodiani quam editionem esse dixit.

Haec Pitra anno 1858 scripserat. Sed uicesimo demum anno post prodito Commodiano ab Ernesto Ludwig subuentum est, qui, cum nouam editionem [25]) pararet, ut supra iam diximus, codd. **BA** denuo perlustrauit et Parisinum inprimis secutus permultis locis ueram lectionem feliciter restituit. Idem in praefatione apparatum criticum et in fine libelli indices accurate conpositos addidit. Cui si Cheltenhamensis quoque codicis copia esset facta, totam uidetur rem absoluturus fuisse.

De codice ms. carminis apologetici.

Carmen apologeticum uno codice ms. continetur, qui et ipse in celeberrima illa bibliotheca Mediomontana uel Cheltenhamensi seruatur. Hunc codicem paulo ante, quam typis exscriberetur, ex Italia 'quasi e uetere libraria Bobiensi' allatum esse Pitra in prolegomenis p. XVII testatur. Est ille membranaceus, signatus numero 12261, saeculo VIII fere scriptus. In eo carmen apologeticum a folio 182^{v} usque ad folium 197^{v} patet. Extrema pagina situ et tineis tam male habita est, ut scripturae interdum aut perpauca aut nulla supersint uestigia. Antecedunt quaedam Augustini et Hieronymi opuscula. Folio 182^{r}, ut ait Pitra, haec est inscriptio: 'Incipit argumentum Augustini episcopi ad Alypium episcopum'; reliqua pars paginae uacua est; in altero autem folii latere (182^{v}) nullo uel auctoris nomine uel carminis titulo scripto ipsius carminis initium inuenitur:

Cod. Mediomontanus = **M**.

Quis poterit unum proprie Deum nosse caelorum etc.

[25]) Lipsiae in aedibus B. G. Teubneri. MDCCCLXXVIII.

Litterarum ferme minuscula est forma, nisi quod singuli uersus a singulis uncialibus litteris initium capiunt, ante quas punctum supra lineam poni solet ad uersus distinguendos, qui praeterea uno tenore scripti sunt. Raro librarius per totos uersus unciali scriptura utebatur, uelut u. 138—140. Praeter primam librarii manum altera quoque occurrit, quae siue ex ipso codicis **M** archetypo siue ex alio antiquiore libro, quae aut perperam scripta aut omissa fuerunt, diligenter corrigebat.

De editionibus carminis apologetici et commentationibus quibusdam.

Primus, ut iam diximus, J. B. Pitra carmen apologeticum ex codice, quem Thomas Phillipps, bibliothecae Mediomontanae conditor, illi peruestigandum tradiderat, in spicilegii Solesmensis uolumine I anno 1852 edidit. Textus carminis illic a pagina 20 usque ad p. 49 pertinet. Praemittitur in prolegomenis p. XVI—XXV commentatio editoris. Praeterea nouae eiusdem curae accesserunt in eodem uolumine p. 537—543 et in uolumine IV anno 1858 edito p. 222—224, ubi extrema pars carminis ex recentiore Thomae Phillipps collatione iterum recensebatur.

Anno post primum spicilegii Solesmensis uolumen editum J. L. Jacobi commentationem scripsit, qua quaeritur, quae fuerit Commodiani de trinitate opinio [26]).

Satis longo interiecto temporis spatio noua lux Commodiano adfulsit, cum anno 1870 ea, quae Adolfus Ebert in Saxonica litterarum societate inprimis de ratione, origine, aetate carminis docte et ingeniose disputaverat, typis mandarentur [27]). Inde coeperunt et philologi et theologi Commodiano diu neglecto certatim operam nauare.

Adolfi Ebert uestigia pressit Carolus Leimbach, qui in programmate paschali scholae ciuilis superioris Schmalcaldensis anno 1871 edito, quae ad id locorum de carmine apo-

---

[26]) Commodianus und die altkirchliche Trinitätslehre. Deutsche Zeitschrift f. christl. Wissensch. u. christl. Leben. 1853 p. 203—209.

[27]) Abhandl. der philol.-histor. Classe der königl. sächs. Gesellsch. d. Wissensch. V (1870) p. 387—420.

logetico disputata erant, et diligenter congessit et recensuit prudenter et suis doctis commentationibus auxit.

Deinde nouam carminis editionem Hermannus Roensch adgressus est in 'Zeitschrift für die historische Theologie' ann. 1872 p. 163 sqq. Editionis Roenschianae tres sunt partes, quarum unâ praefatio continetur, alterâ noua carminis recensio cum commentario critico, tertiâ commentarius, quo et res et uerba accurate explicantur. In hac tertia inprimis parte mira uiri doctrinae ubertas enitet, cum ibi eae agantur res, in quibus ille iam diu regnat, uulgaris dico latinitatis rationem et antiquitates Christianas et bibliorum latinorum lectiones uetustas.

Anno 1877 tertia carminis apologetici editio Ernesto Ludwig curante in bibliotheca Teubneriana prodiit. Neque ille ea re actum egit; nam cum ipse quoque uulgarem Romanorum sermonem penitus cognitum haberet et uia ac ratione progrederetur, satis prospere ei res cessit, quoad eius sine noua codicis Mediomontani collatione fieri potuit.

De noua collatione codicum Mediomontanorum.

Quas modo memorauimus carminis apologetici editiones et commentationes, eae omnes sola Pitrae collatione nitebantur, quamquam hic ipse fatebatur 'raptim se ignotum carmen' ex codice descripsisse [28]). Itaque uiris amplissimis, qui corpori scriptorum ecclesiasticorum latinorum iussu et sumptibus Academiae Caesareae Vindobonensis edendo praesunt, operae pretium esse uisum est, nouam codicis Mediomontani instituere collationem.

Et primo Henricus Stephanus Sedlmayer anno 1879, dum aliorum negotiorum causa Cheltenhami uersatur, illorum uirorum monitu non solum codicem 1825, quo instructiones continentur, sed etiam codicem 12261, unde Pitra carmen apologeticum edidit, inspexit et utriusque conferendi periculum fecit. Extremam autem carminis apologetici paginam totam accurate depinxit et uestigia scripturae, quae magna ex parte euanuerat, studiose indagauit. Quas ille ex utroque libro

---

[28]) Spicil. Solesm. IV p. 222.

nouas et egregias notauit lectiones, eae nemini non potuerunt cupidinem inicere cetera quoque cognoscendi.

Itaque anno insequenti Pio Knoell, cum in Angliam proficisceretur, mandatum est, ut inchoatum a Sedlmayero opus absolueret, qui rem tanta et diligentia et rerum peritia peregit, ut, si quid in nostra editione laude dignum uidebitur, magna ex parte illi acceptum referamus.

In collatione Pii Knoell non inueni capitulationes instructionum [29]. Has postea Henricus Beckh, amicus meus, dum studiorum causa in Anglia uersatur, rogatu meo ex codice C benigne descripsit.

De nouissimis commentationibus ad Commodiani carmina pertinentibus.

Nouis lectionibus Mediomontanis primus usus est Fridericus Hanssen, qui in commentatione egregia, quam de arte metrica Commodiani edidit (Argentorati apud Carolum J. Truebner. MDCCCLXXXI), postquam collationis nouae ei ex parte copia facta est, permultos locos sanauit. Idem illa commentatione ostendens Commodiani uersus, qui et aliis multis et mihi ipsi prope nullo certo ordine fluere uidebantur, tamen legibus quibusdam teneri ceteris quoque probabilem rationis metricae normam proposuit, ad quam recensendi operam dirigerent.

Nuperrime de Commodiano Guilelmus Meyer bene meritus est. Is in commentatione, quae inscribitur 'Anfang und Ursprung der lateinischen und griechischen rythmischen Dichtung' [30], ipse quoque de uersuum Commodiani structura egit, carminis apologetici potissimum ratione habita, quia illud minus quam instructiones mendis deformatur.

Illic cum alia multa acute disputauit, tum legem ab ipso primo perspectam protulit, quam secutus Commodianus toto fere carmine binis uersibus singulas sententias concludebat. Hoc Columbi quoddam ouum erat: nam quod unus inuenit, id, postquam inuentum est, tam facile intellectu uidetur, ut

[29] Cf. editionis nostrae p. 3 sq., 56 sq.

[30] Abhandl. d. k. bayer. Akad. d. Wiss. XVII. (1885) p. 288—307.

se quisque idem inuenire potuisse crediderit. Eius legis auxilio multis carminis locis uerborum distinctio melius quam antea institui potuit.

Ceterum uno loco, u. 565 (561) sqq., ipse Guilelmus Meyer Commodianum legem illam neglexisse concedit; sed aliis quoque locis idem uidetur euenisse, uelut u. 15 sqq. 143 sqq. 341 sqq. 621 sqq. 657 sqq. 913 sqq. 930 sqq.

Idem uir doctissimus, postquam lectiones Mediomontanas cum eo communicaui, cumulatam mihi rettulit gratiam, cum praeter eas, quas in commentatione illa proposuit, emendationes alias quoque non paucas per litteras mihi suppeditauit.

Pauca de nostra qualicumque opera addenda sunt. Inuitus rem difficillimam adgressus sum, cunctanter cedens benignae amicorum adhortationi, qui iusto melius de uiribus meis iudicabant. In ipso autem opere identidem inopinatis interpellatus impedimentis sum, et cum tandem typis exscribi libellus iam coeptus esset, nouo atque laborioso repente munere publico mihi iniuncto negotiis insuetis adeo distinebar, ut in Commodianum non tantum quantum requirebat curae inpendere possem et postremo differre editionem cogerer. Nunc uero mensibus aliquot interiectis ipse de nonnullis alia atque antea sentire coepi et retractanda quaedam censeo.

I 6, 4. Scripsi: *Versari maturum ⟨in⟩ infantia non capit aeuum.* Praepositio *in* quamquam post *maturam* et ante *infantia* facillime potuit excidere, tamen, quoniam ablatiui sine praepositione usus apud Commodianum late patet [31]), ne hoc quidem loco fuit interponenda.

I 26, 17. Claudicare sententiam iam diu intellexeram (cf. Sitzungsberichte CVII p. 756); nunc paenitet me non recepisse, quod olim in mentem uenerat, *unda* pro *uita*. Conparatur enim incerta uitae humanae condicio cum nauigatione periculorum plena. De adiectiuo *uitrea* cum *unda* coniuncto cf. Verg. Aen. VII 759.

[31]) Cf. indic. uerborum et locutionum.

I 39, 6. Hic uersus in cod. C ita scriptus est: *Vnde simulatis aliene christo cre̅datis.* Ego post multam haesitationem haec recepi: *Vnde similantis alieni Christo credatis.* Sed et codicis scripturae et sententiae uniuersae magis congruit, quod sero intellexi: *Vnde simulatis alia, ne Christo credatis,* — i. e. 'Vos, Iudaei, quod Rebeccae de caelo nuntiatum est, aliter, atque oportet, interpretamini, ne uidelicet uera interpretatione Christo credere cogamini.' — *Vnde* idem ualet quod 'de qua re.'

II 12, 16. Et sententiae et uersui succurres, si scripseris: *ut reddat⟨ur⟩ fama pro morte.*

II 14, 7. Pro antiquissima lectione *quã* cum ceteris scripsi *nam;* sed nescio an *quando* potius fuerit recipiendum, quae uox alias quoque apud Commodianum idem ualet quod *cum* aduuersatiuum; cf. II 23, 2. 35, 10.

II 15, 12. *Rectos, corde bonos, deuotos legi diuinae]* Comma post *corde*, non post *rectos* ponendum erat, cum locutio *rectus corde* in interpretationibus latinis scripturae sacrae saepe occurrat, uelut Psal. 7, 11. 10, 3. 31, 11. 36, 14.

II 18, 18. Pro *momeriũ*, quod in cod. C inuenitur, *momentum* scripsi. Satius fuit eius loco *materiam* ponere; cf. II 26, 2: *Et dare m a t e r i a m ceteris exemplo uiuendi*, ubi *materia* eadem notione uidetur usurpari, qua *norma* uel *praeceptum.*

II 33, 8. Scripsi: *Faustum felicem[que] diem in exitu uultis habere;* sed debui syllabarum abundantiam *in* potius quam *que* deleto coercere.

II 35, 15. *fundenda* magis quam *fienda* arridet; cf. u. 3: *quo uenisti fundere preces.*

A. 189. *esse*, quod ms. habet, pro *ex se* restituendum est. Cf. 537: *Ille duos populos praedixerat esse futuros.*

A. 543. *setis ⟨e⟩rectis]* Conuenientius erat codicis lectionem *rectis* retinere; cf. Cypr. p. 253, 18: *alta et r e c t a ceruix, .. tumens animus et superbus.*

Praeterea haec corrigenda uel addenda sunt:

A) in textu:

I 18, 10 lege *retacuit* pro *reticuit*;

I 22, 2 l. *sortis* pro *sortes*;

I 30, 18 post *sterilis* semicolon pro exclamationis signo ponendum;

I 36, 8 l. *numquam* pro *nunquam*;

II 12, 3 l. *quoniam* pro *quonium*;

II 12, 6. 16, 1 l. *expecta, expectant* pro *exspecta, exspectant*;

II 19, 21 l. *Xancta* pro *Xanta*; cf. I 35, 21;

II 23, 2. 36, 8 l. *extinguis* pro *exstinguis*;

II 27, 1 l. *zacones* pro *Zacones*;

II 35, 19 l. *subridis* pro *subrides*;

A. 152 l. *Diabuli* pro *diabuli*;

A. 303 comma post *est* delendum;

A. 659 l. *ydrias* pro *hydrias*;

A. 834 l. *ebdomadis* pro *hebdomadis*.

B) in commentario critico:

I 26, 31 addendum: *Tertull. adu. Iud. 5*: '*uox sanguinis fratris tui p r o c l a m a t* (cod. Fuld.) *ad me de terra*;'

I 34, 11 *Caesares* pro *Caesar* scribendum;

II 13, 3 add. praeter *Genes. 9, 25* etiam: *Dan. 13, 56*: '*semen Chanaan*' *et Ezech. 16, 3*: '*radix tua .. de terra Chanaan*';

II 15, 5 locis Tertullianeis add.: *Lucif. Calar. p. 271, 7 H.*;

II 19, 17 add.: *cf. A. 202*: *Praetermisso Deo luxurias saeculi mauult*;

II 24, 8 in Hansenii lectione *te* pro *de* scribendum;

II 27, 6 in codicum Cheltenhamensis et Andecauensis lectione ante *ministeria* excidit *sacra*;

II 31, 2 add.: *in Cypriani testim. p. 109, 15 H., quem locum Commodianus uidetur imitatus esse, codicis* **A** *manus 1. et ipsa* '*c o m m u n i a*' *scripsit*;

A. 231 *caro nata]* add.: *cf. incert. auct. adu. Marcion. V 139*: '*Christus c a r o n a s c i uenit in orbem*';

A. 703 in lectione codicis **M** *dñm* pro *ñm* scribendum;

A. 780 add.: *cf. u. 712*: '*modo credere fas est.*'

C) inter textum et commentarium:

I 28, 1 add.: *Gal.* 5, 22;

II 1, 13 add.: *Act.* 9, 5; *cf. Lucif. Calar. p.* 270, 26 *H.*: 'calcem mittere contra stimulum';

II 2, 12 add.: *Iudith* 16, 18;

II 3, 14 scrib.: *Apoc.* 21, 23 pro 20, 23;

II 4, 7 add.: *Psal.* 96, 5; *Iudith* 16, 18;

II 16, 19 add.: *Gal.* 2, 14;

II 22, 12 add.: *Esai.* 58, 7 (*Cypr. p.* 108, 20 *H.*);

II 26, 9 add.: *Incert. auct. carm. adu. Marcion.* III 227;

II 31, 2 add.: *Tob.* 4, 9 (*Cypr. p.* 109, 15 *H.*);

II 38, 4 add.: *Matth.* 21, 22; *I Ioh.* 3, 22;

A. 268 add.: *Dan.* 9, 26 (*LXX*);

A. 580 add.: *Luc.* 8, 15;

A. 972 add.: *Mich.* 5, 8;

A. 1000 add.: *Malach.* 4, 1 (*Cypr. p.* 94, 22 *H.*).

Iam denuo prodeat Commodianus non ille quidem tersus atque limatus, at sui ipsius, spero, paulo similior. Multa etiam nunc restant melius conformanda, multa explicanda accuratius, quibus doctiores et acutiores quam nos sumus prospere operam inpendant.

Superest, ut Guilelmo Hartel et Marco Zucker, qui in plagulis corrigendis opera et consilio benigne et enixe me adiuuabant, maximas pro meritis agam gratias.

Scribebam Onoldi mense Martio anni 1887.

Bernhardus Dombart.

COMMODIANI INSTRVCTIONES
PER LITTERAS VERSVVM PRIMAS.

Index siglorum.

S. = Sitzungsberichte der phil.-hist. Classe der kais. Akademie der Wissenschaften.

b. Gbl. = Blätter für das bayer. Gymnasialschulwesen.

C = cod. Cheltenhamensis, membran., n. 1825 (saec. XI).

B = cod. Parisinus, chartac., lat. n. 8304 (saec. XVII).

A = cod. Leidensis, chartac., Vossianus lat. in octauo n. 49 (saec. XVII).

O = ***CBA***

t, m, s litterae codicum siglis additae indicant lectiones in textu, in margine, supra lineam scriptas.

And. = cod. Andecauensis deperditus (cf. b. Gbl. 16 p. 341 sqq.; S. 107 p. 733 sqq.)

Σ^1 = uariae lectiones apographi Sirmondiani in appendice editionis I exscriptae (cf. S. 96 p. 450 sq.; 107 p. 737 sq.).

Σ^2 = eiusdem apographi lectiones in commentario editionis II citatae.

Σ = Σ^1 et Σ^2.

r^1 = ed. I anni 1649 } ab ipso Rigaltio curatae et Tulli Leucorum
r^2 = ed. II anni 1650 } publicatae (cf. S. 96 p. 448 sqq.).

r = r^1 et r^2.

r^3 = ed. III, quae anno 1666 post mortem Rigaltii Phil. Priorio curante sub Rigaltii nomine Parisiis prodiit (cf. S. 96 p. 462 sq.).

E^1, E^2, E^3 = tres indices emendationum editioni I subiuncti (cf. S. 96 p. 449 sq.; 451 sq.).

Rig. suppl. = supplementa typis impressa, quae editioni II Rigaltianae addita sunt (cf. S. 96 p. 462).

Rig. ms. = adnotationes in locos quosdam Instructionum in exemplari Berolinensi (libr. impr. c. not. mss. quart. 49) editioni I et II manu Rigaltii conscriptae (cf. S. 96 p. 466; 107 p. 714).

Schurzfl. = ed. Schurzfleischiana anni 1705 (S. 96 p. 464 sqq.).

Schurzfl. suppl. = Schurzfleischi supplementa ad Commodianum anno 1709 edita (cf. S. 96 p. 466 sqq.).

Dau. = Iohannes Dauisius (Dauies) in editione Instructionum anno 1712 Cantabrigiae publicata (cf. S. 96 p. 468).

Oehl. = Franciscus Oehler in editione Instructionum anno 1847 Lipsiae in bibliotheca patrum eccles. lat. Gersdorfiana sumptibus Tauchnitzii publicata.

Ld = Ernestus Ludwig in editione Teubneriana anni 1878.

v = *Oehl.* et *Ld.*

C. A. = Carmen Apologeticum.

s. u. = sub uoce.

s. l. = supra lineam.

COMMODIANI INSTRVCTIONES
PER LITTERAS VERSVVM PRIMAS.

LIBER PRIMVS.

In codd. ***CBA*** *haec capitula primo libro praemissa binis exarata sunt columnis; in* ***B***[1] *et* ***A*** *desunt numeri, quos in* ***B*** *Rigaltius, ut uidetur, addidit; et is quidem in numeris scribendis arabica, librarius codicis* ***C*** *romana utebatur forma. Editiones Rigaltianae octoginta utriusque libri capitula uno tenore scripta praebent: Oehler capitula omnino omittit. Inscriptio* Liber primus *deest in* ***O****: in* ***C*** *autem ante capitula haec leguntur:* Incip̄ commodiani instructiones per litteras uersuum primas; *cf. p. 5*   **V** Iupiter ***Cr***   **VI** audite *om.* ***Or***[1]*; in* ***r***[2] *hoc uerbum uncino seclusum*   **XII** bachus ***C***   **XIIII** Syluanus ***BA***

XVI diis ***Or***; *cf. ipsius carminis inscriptionem*   **XVIII** deo] dō ***C***: *in A et B*[1] *lacuna unius uersus est, quam Rigaltius in B recte expleuit*   **XXII** seculi ***O***; *cf. acrostichi initia*   **XXV** credent *scripsi (cf. acrostichi inscriptionem et initium u. 20)*; credunt *BAr*; *in* ***C*** *extremae litterae parum dilucide scriptae*   **XXVI** aduersus legem Christi (Christi *om.* ***r***[1]) ***C****r*; aduersus leg. *(sic, omisso* Christi) *BA*   dei uiui *r*[1]; *om.* ***O****r*[2]; *cf. p. 33*   **XXX** aestote ***C***   **XXXVI** crucistultitia *scripsi*; crucis stultitia ***O****r*; *sed uide, quae ad acrostichi inscriptionem notauimus*   **XXXVII** Qui iudaeidiant (iudeidiant ***C***) fanatici (fantatici ***C***) ***CB***[2] (= *Rig.*) *r*; Qui Iud. *(ceteris omissis) B*[1]*A*   **XXXVIIII** iudeis ***C***   **XLI** Antechristi *scripsi*; *cf. acrostichi inscriptionem et initium u. 6*; Antichristi ***O****r*

I.

PRAEFATIO.

Praefatio nostra uiam erranti demonstrat
Respectumque bonum, cum uenerit saeculi meta,
Aeternum fieri, quod discredunt inscia corda.
Ego similiter erraui tempore multo
Fana prosequendo parentibus insciis ipsis;
Abstuli me tandem inde legendo de lege.
Testifico Dominum: doleo pro ciuica turba,
Inscia quod pergit periens deos quaerere uanos:
Ob ea perdoctus ignaros instruo uerum.

1, 2 sq. Tit. 1, 2; 2, 13; 3, 7 **7** 2 Cor. 1, 23; Matth. 15, 32

In codd. BA ante primum acrostichon legitur inscriptio: Commodiani instructiones per litteras (literas *A*) uersuum primas, *quae inscriptio hic deest in* **C** *(cf. p. 3)* **I, inscript.** *et* **1** I. Praefatio. | Praefatio *rOehl. (cf. S. 96 p. 461; Frid. Hanssen in dissert. de arte metrica Commodiani p. 40);* Praefatio. | Prima praefatio **C***B*^{1}*A*; *ante* Prima *B*^{2} *add.* 1; I. | Praefatio. | Prima praefatio *Ld* **2** seculi ***Or*** **3** quod] quoniam ***Pitra Spicil. I p. 543*** **4** Ego ***CA***^{m}***rv***; ergo ***BA***^{t} **5** ***sq.*** prosequendo. Parentibus . . ipsis. | Abstuli *La Croze (Schurzfl. supplem.)* **6** Abstuli ***rv***; Abstulit ***O*** **7** Testifico **C** ***(cf. Neue***^{2} ***II*** *p. 323);* Testificor *BArv* **8** pergit periens ***C****Ld (coniectura);* perdit periens *BA*^{t}; perdit pergens *A*^{m} *Oehl.*; perdit. pergens *r*; perit pergens ***Dauies*** querere **C** uanos ***CB***^{2} ***(= Rig.) Arv***; uarios ***B***^{1} ***(cf. S. 107*** *p. 731)* **6** *sqq. interpunctio in edd. uariat:* de Lege. | Testificor Dominum; doleo. pro ciuica turba! | Inscia . . uanos. *r*; de Lege. | Testificor Dominum. Doleo pro ciuica turba | Inscia . . uanos! *Oehl.*; legendo (de lege | Testificor Dominum): „Doleo pro ciuica turba." *Roensch (Zeitschr. f. d. hist. Theol. ann. 1873 p. 218)*; de Lege | (Testificor Dominum): Doleo pro ciuica turba! | Inscia . . uanos! *Ld* **9** perdoctus *B*^{2}*Arv*; perdoctos ***CB***^{1}***A***^{m}

II.

INDIGNATIO DEI.

In lege praecepit dominus caeli, terrae marisque:
Nolite, inquit, adorare deos inanes
De manibus uestris factos ex ligno uel auro,
Indignatio mea ne uos disperdat ob ista.
Gens ante, Moysi rudis, sine lege morata
Nesciensque Deum, defunctos reges orabant,
Ad quorum effigies faciebant idola uana.
Translatis Iudaeis Dominus de terra Aegypti
Inposuit legem postmodum et ista praecepit.
Omnipotenti sibi soli deseruire, non illis.

De resurrectione quoque docetur in ipsa
Et spe fortunata rursum in aeuo uiuendi,
Idola si uana relinquantur neque colantur.

2, 1 Psal. 145, 6; Act. 4, 24 **2** sqq. Exod. 20, 3—5; Deuter. 6, 13—15 **10** Deuter. 6, 13 **12** cf. 1, 2

II inscr. II Indignatio dei *C*; *similiter in C plerumque numeri acrostichorum inscriptionibus praeponuntur, interdum tamen postponuntur uelut I 24:* Inter utrumque uiuentibus XXIIII **1** precepit *C* Deus *Pitra Spicil. I p. 543* terrae *OE*[1]*r*[2]*v*; terraeq. (*sic!*) *r*[1] **2** inquid *C* **3** De *m. 1 in ras.* **5** genr *C* moysi *C* (rudis Moysi = *ignara mandatorum diuinorum*); Moysem *BALd*; Mosen *r Oehl.*; Gens rudis ante Moysen ⟨iam⟩ *Pitra l. c.*; *post* ante *comma interposui* **6** Nestiensque *C* defunctoſ reges *C* (ſ *m. 1 superscripsit; S. 107 p. 716; b. Gbl. 16 p. 350*); defunctos deos *And. v*; morientes (moriētes *A*) deos *BAr* **7** fatiebant *C* **8** egypti *C* **9** Inposuit *C* p̃modũ *C*; *cf. 11, 3* irta precepit *C* **10** Omnipotenti *OLd*; Omnipotens *r Oehl.* **11** resurectione .. decetur *C* **12** spe fortunata *Ld*; spẽ fortunatã *C*; spem fortunatam (fortunatum *r*[1]) *BAr*[1]; spe, fortunatum *E*[3]*r*[2] *Oehl. coll. 12, 15* simile uiuentes; *34, 19* immortale uiuere euo uiuend *C* **13** relinquant̃ neque conlantur *C*

III.

CVLTVRA DAEMONVM.

Cum Deus omnipotens exornasset mundi naturam,
Visitari uoluit terram ab angelis istam;
Legitima cuius spreuerunt illi dimissi;
Tanta fuit forma feminarum, quae flecteret illos.
Vt coinquinati non possunt caelo redire,
Rebelles ex illo contra Deum uerba misere.
Altissimus inde sententiam misit in illis;

De semine quorum Gigantes nati feruntur.
Ab ipsis in terra artis prolatae fuere,
Et tingere lanas docuerunt et quaeque geruntur,
Mortales et illi mortuos simulacro ponebant.
Omnipotens autem, quod essent de semine prauo,
Non censuit illos recipi defunctos e morte.
Vnde modo uagi subuertunt corpora multa;
Maxime quos hodie colitis et deos oratis.

3, 2 sqq. Gen. 6, 2 sqq.

8 pęne fui | Factus erbas ***M*** **7** *sq.* mersus, | Paene .. malignus ***R*** **9** domino ***M***; Deo ***P***[1]; *idem* (***P***[3]) *conicit* Domino, *quod in ipso codice reperire potuit* suffic̃ ***M*** **10** reddere | Qui ***M*** uaccillanti ***M*** **11** tradito .. legis *scripsi* (*locum obiecti ex uerbo* adgressus fui *pendentis tenet enuntiatum interrogatiuum* quid ibi rescirem; *cf. u. 89*); traditor .. legis ***M P***[1] ***P***[3]; traditorum .. legis *Duebner*; traditorem .. legis ***Lb***; traditores .. legis ***R***; tradito .. leges *Hilgenfeld* (*Zeitschr. f. w. Th. XV p. 604*); tradita .. legis (*uel* traditas .. leges) ***Ld***; traditos .. legis *Huemer; fort.* traditûs (= *traditiones*) .. legis; *cf. u. 15* **13** uero agnoui deum ***M*** (*cf. u. 636*); uero Dominum agnoui *Wilh. Meyer*; uere cognoui ***P***[1] (*s. u. l.*) ***Ld***: uere Dominum cognoui ***R***; ***P***[3] *perplexe indicat nescio quem* (*Duebnerum ?*) *legere* agnoui, *quod est in codice; idem ibi* caelis *ante* Deum *inserendum censet*; unum, *quod recepimus add.* ***Ld*** **15** melior ***M***[2] ***P***[1]***v***; melius ***M***[1] uulneris aestus *scripsi* (*cf. Sil. Ital. 6, 98* uulneris aestus | Expertis medicare modis; *b. Gbl. 17 p. 451*; *in cod.* ***M*** *syllabas* or *et* us *haud raro confundi Pitra* (***P***[3]) *in uersum 164* (*163*) *recte adnotauit*); uulneris auctor ***M P***[1]; uulneris ictus *Duebner, Pitra in praefat. p. XVIII*, ***R***; uulnera uictor ***Ld*** **17** Nil sibi proponunt ***P***[1] (*s. u. l.*) ***v***; Nihil sibi p̃ponunt ***M*** **18** Querunt ***M*** sanguine uiuant ***P***[2] (*coniecturâ*) *Wilh. Meyer, Abh. p. 291* (*cf. u. 176* Viuere rapinis in gaudio sanguine fuso); sanguine bibant ***M***; sanguinem bibant ***P***[1]***v*** (*cf. Cic. Philipp. XI 5, 10* cuius sanguinem non bibere censetis? *Saluian. gubern. 7, 39 p. 164, 22 Paul.*) **19** letentur ***M***; tur *m. 2. in ras.* (?) saginati uiuere ***P***[1]***v*** (*cf. Propert. IV 1, 23* Parua saginati lustrabant compita porci); sanguinati bibere (*sic!*) ***M***

Ingerunt ut tumulum ferculum, dum diuitiis plaudent.
† Mutabuntur paupera ueste fastidiis.
Sufficeret illis utique, quod promptius edunt.
Si pinguis est opibus, sibi sit; si Caesari dignus,
Quid sua praeponit fragilis nec respicit ullum?
Communicet immo talis bonitatem in omnes,
Cui Summus diuitias, honores addidit altos.
Nec enim uitupero diuitias datas a Summo,
Sed culpandus erit, qui superextollitur illis.
Suadeo nunc ergo altos sic et humiles omnes,
Vt legant assidue uel ista uel cetera legis.

20 Ingerunt ut tumulum ferculum, dum diuitiis plaudent *scripsi* (plaudent = *gloriantur? cf. u. 480*; *de rebus cf. Plaut. Menaechm. 101 sqq.*; *Petron. 35 sq.*; *ceterum totus locus desperatissimus est*); Ingerunt ut tumulum sepulchrum dū plaudent diuitiꝛ ***M*** (*P^2 falso*: dum plaudens diuiti); Ingerunt ut tumulum se pulchros: dum diuiti plaudent, *P^1*; Inferuntur tumulo sepulchri, dum gaudent diuitiis: *R*; Ingerunt ad tumulum sepulchri, tum diuiti plaudent *Ld* **21** Mutabunt̃ paupera ueste fastidiis ***M*** (*P^2 falso*: paupere ueste et fastidiis); Mutabuntur fastidiis et paupere ueste *P^1*; Mutabuntur et fastidiis et paupere ueste *R*; Mutabuntque pauperes uestes et fastidientur *Ld haec addens: 'Commodianus inuehitur in parasitos, qui exsequias funeris alicuius prosecuti post ad uestitum suum redeunt'* **23** Si pinguis est opibus, sibi sit (= *sibi habeat diuitias*); si Caesari dignus ***M*** (*post* opibus *et* sit *ego interpunxi*; *de adiectiuo* dignus *cum datiuo coniuncto cf. Georg. H W^7 p. 2019 s. u.* dignus *II, γ*; *Woelfflin. in Rhein. Mus. XXXVII p. 115; quamquam locutio* Caesare dignus *inuenitur in anthol. Lat. 780, 29 R.*); Si pinguis est opibus, cibus sit si Caesari dignus. *P^1*; *idem tamen postea* (*P^3*) *ueram codicis lectionem* Caesari *'typorum sphalma'(!) et* Caesare *scribendum esse putat;* Si pinguis est opibus, siue sit is Caesare dignus, *Lb*; Si pinguis est opibus, cibus si Caesare dignus, *R*; Siquis est opibus sibi uisus Caesare dignus *Ld; idem in Instructionum editionis praefatione p. IX Huemerum secutus haec proponit*: Si pinguis opibus sibi sit, si Caesare dignus **24** praeponit *P^1 v*; preponunt ***M*** fragili (= *inopi*) *P^3 Lb* nec *in **M** primo omiss. m. 1. s. l. scripsit* ullum ***M** P^1 Ld*; illum *Lb* (*idem sic quoque legi posse arbitrabatur*: praeponunt, fragilis nec respicit ullum); urnam *R* **26** Summus *P^1 v*; summa ***M***; summam *Lb* diuitias ***M** P^1 v*; dedit iam *Lb* Altus *Lb* **29** ergo altos sic ***M***; ego altos sic *P^1* (*s. u. l.*) *v*; ego sic altos *Lb*

Aspic⟨it⟩e, quoniam breuis est nobis credita uita;
Discite, quapropter moriamur nati, prudentes!
Quid hebetes morimur, quid profuit lucem uidisse?
Si nihil inquiras, hoc est beluarum adesse.
Certe Deus summus hominem praeposuit aruis,
Non feram nec pecudem. Cur nos similemus ad illas?
Omnipotens uoluit hominem sibi praebere laudes;
Idcirco futura docuit nos ipse diuinos.
Quae ut crederemus, non tantum uerbo sonauit,
Sed et demonstrauit fortia Pharaone decepto.
Non solum hoc fecit: et Noe sub tempora quoque
Ostendit, quae poterat, quoniam Deum nemo quaerebat.
Mitior exinde paulatim coepit adesse
Diluuio facto, quo posset terra repleri.
Iam paene medietas annorum sex milibus ibat,
Et nemo scibat Dominum, passimque uiuentes.
Sed Deus, ut uidit hominum nimis [ut] pectora clausa,

33 Iob. 3, 16 **40** Exod. 9, 16; Rom. 9, 17 **42** Gen. 6, 12 sqq.; Psal. 13, 2; 52, 3 **43** Gen. 8, 21 sq. **44** Gen. 9, 1

31 Aspicite P^1v; Aspice ***M*** qm (*sic!*) ***M*** **32** sq. *uulgatam uerborum distinctionem* moriamur. Nati prudentes, Qui *mutaui; cf. Ienaer Literaturzeit. 1877 p. 797* **33** Quid hebetes *scripsi*; Qui debetes ***M***; Qui hebetes P^1 (*s. u. l.*) *v* **34** beluarum (belluarum P^1v) adesse ***M*** P^1v; belluarum instar adesse P^2 **35** preposuit ***M*** aruis *scripsi* (*S. 107 p. 797*); arbis ***M***; orbi P^1 (*s. u. l.*) *v* **36** nos ***M***; *om.* P^1 (*s. u. l.*); *add. coniecturâ* P^3 illas *Lb v*; illos ***M***P^1 **37** prebere ***M*** **38** diuinos ***M*** *v*; diuinus P^1 **39** Quae *scripsi*; Quem ***M***P^1v uerbo sonauit *scripsi* (*cf. u. 449* p e r s o n a n s ait); uerbo sanauit ***M***P^1; uerba sonauit *R*; uerba tonauit *Ld* (*coll. u. 598* tonant ore) **40** monstrauit P^3 faraone ***M***; Pharaoni *R* **41** fecit et noe *in cod. primo omissum altera manus add.* et] sed P^3 **42** que ***M*** qm̃ ***M*** buerebat ***M*** **43** cepit ***M*** **44** replere ***M*** **45** poene ***M***; bene *Lb* annûm P^3Lb **46** scibat ***M*** (*cf. Wilh. Meyer, Abh. p. 292*); sciebat P^1 (*s. u. l.*) *v* uiuentes ***M***P^1 (*cf. u. 676*); uiuebant *Lb v* **47** ut uidit hominum nimis ut pectora ***M*** (*non:* Vt pectora uidit hominum, *quod* P^2 *adnotat*); ut uidit hominum nimis pectora P^1R; ut pectora uidit hominum nimis *Ld*

Adloquitur Abraham, quem Moyses enuntiat ipsum.
Ipse dedit legem populo Pharaone necato,
Et quis esset, Dominus ipse se praedixit ab illo.
Nec una contentus prophetica uoce se promit,
Sed multos adhibuit testes, qui de illo clamant.
Hunc ergo, cum legitis multorum praeconia ⟨uatum⟩,
Inuenietis eum carnem inuenisse pro nobis.
Vnde nunc erratur, ordinasse talia Summum,
Et quasi subsannant, nec sciunt, quod ab ipso ridentur!
Interdum subicio, qualiter praelegi prophetas,
Et rudes edoceo, ubi sit spes uitae ponenda.
Quid Deus in primis uel qualiter singula fecit,
Iam Moyses edocuit; nos autem de Christo docemus.
Non sum ego uates nec doctor iussus ut essem,
Sed pando praedicta uatum oberrantibus austris.
Ergo mei similes, quos raptim aura deportat,

48 Exod. 3, 14 **56** Psal. 2, 4

48 sq. Abraham. Quem . . ipsum, Ipse *v* Moses P^3*Lb* **49** faraone ***M*** necato P^3*v*; negato ***M***P^1*Lb*(?) **50** se *om.* ***R*** predixit ***M*** **51** se promit P^1*R*; se promittit ***M***; promittit *L* **52** de illo clamant ***M***P^1 *cf. u. 66*; de illo clam⟨ab⟩ant *Hanssen*; de illo ⟨pro⟩clamant *R;* illud declamant *Ld* **53** Hunc ergo cum legitis multorum (multûm P^3*R*) praeconia ⟨uatum⟩ P^3*v*; Hunc ergo cum legitis multorum praeconia ***M***; Haec e. quum legeritis praeconia multa P^1 **54** carnem inuenisse ***M***$P^1$$P^3$ (inuenire *eodem sensu quo* sibi parare, adipisci *Plauto et Terentio usitatum*; *de annominatione* Inuenietis .. inuenisse *cf. indicis exempla et Hilgenfeldi notam XV p. 604 sq.*); càrnem adsumpsisse P^2; carnem induisse *R*; in carnem uenisse *Ld* **55** erratur] probatur *R* **56** Et quasi ***M*** (*S. 107 p. 797*); Et quare P^1; Id quare ***R***; Quare *Ld* (*eo deceptus, quod* P^2 *falso adnotat:* 'Quare subsannant nerunt' *mendosus cod.*) nec sciunt ***M***^{1} *corr.*; nesciunt ***M***^{1} *ab initio*; meminerint P^1; nec erunt P^2; norunt P^3; norint *R*; merent *Lb*; merunt *Ld* **57** prelegi ***M*** **60** moyses ***M***P^1*v*; Moses (Mose) P^3; Mose *Lb* edocuit ***M***P^1*Lb*; docuit *v* docemur P^3*Lb* **62** pando P^1*R* (*cf. Georg. HW*^{7} *p. 1294*); quando ***M***; canto *Ld* predicta ***M*** oberrantibus nautis *uel* oblatrantibus (obloquentibus, obstrepentibus, obturbantibus) austris *R in comment.* '*Hic deesse nonnulla uidebantur*' P^3

Quaerite iam portum, ubi sunt pericula nulla.
Agricola doctus tempestiva longe dinoscit
Et, priusquam ueniant, recolligit se sub antra.
Estote prudentes, quod imminet ante uidete
Et, priusquam ueniant clades, prouidete saluti.
Ignauia pueris opus est, non certe robustis:
Si decet hoc rudibus, non conuenit aeuo maturis.
Quae quidem pars hominum non sit moderata, uetusta
Sic erit ut perna minime salfacta: putrescat.
Nemo petram subicit, nisi solus ignis ad escam:
Saxei sic homines mollescunt sero gehenna.
Clamamus in uacuum surdis referenda procellis
Et lumen offerimus caecis sine causa praebentes.
Stat miles ad missam: unus audit, et excutit alter

73 Matth. 7, 9? **74** Ezech. 11, 19?

64 querite ***M*** sunt] ſt̃ ***M*** **65** *ante* doctus *duae litterae* (in?) *erasae* tempestates *R* **66** se ***M***P^1 (*de clausula* ′- ⏓ ′– ⏓ *cf. u. 52; 193; 423; 567; 890; Instr. I 8, 3*); sese P^3*v* antra ***M***; antro *Wilh. Meyer* (*cf. Instr. I 33, 7*); antrum P^1 (*s. u. l.*) *v* **68** clades] *post* a *una littera* (n?) *erasa* **69** Ignauia] Ignosci *Lb* pueri .. robusti *R; cf. Ienaer Literaturzeit. 1877 p. 796 extr.* **70** decet ***M*** (*post* t *rasura unius litterae* — ſ? —) P^1 (*cf. Roensch. It. et Vulg. p. 439 sq.*); licet *v* euo ***M*** **71** Quae (Quum P^1 *Lb*) quidem pars hominum non sit moderata, uetusta P^1 *Lb Ld*; Quā quidem pars hominum non sit moderata uetustas ***M***; Quam quidem partem h. n. s. moderata (moderat *R*, *errore typogr.*, *ut uidetur*) uetustas P^3 (*Duebner?*) *R*; Quam quidem partem hominum non si moderat uetustas, *Hilgenfeld* **72** Sic erit ut perna minimę salfacta putrescat ***M*** (*non* puerascit, *ut* P^2 *falso adnotat*); Sic erit ut perna minime salfacta (sal facta P^1): putrescet (putrescit *Lb*) P^1 P^3 *Lb R*; Sic erit ut perna nimis salfacta; petrascit *Ld* **73** Nemo petram subicit nisi solus ignis ad escam (adescat *Ld*) ***M***P^1 *Ld*; N. p. s., nisi solius ignis, ad escam *Lb R*; N. pernam s. n. solidus ignis ad escam *Hilgenf.* **74** saxeis ***M*** gehennę ***M*** **75** processis *Hilgenf.* **76** prebentes ***M*** **77** missam *v*; missa ***M***P^1; iussa P^3 *Lb* (iussa) unus, audit *Lb*

Nec accipit corde monita, sed perditus errat.
Quis modo delinquit (iudices estote de istis!),
Qui monet aut ille, qui non uult dicto parere?
Spero, reus non est, qui Caesaris dictus obaudit,
Contrarius autem perdit suam uitam superbus.
Interdum quod meum est, qui prius erraui, demonstro
Rectum iter uobis, qui adhuc erratis inanes.
Vos tamen eligite, arbitrio uestro placentes,
Quis uelit uenenum aut suauia pocula uitae!
Bonum et malum est in ista natura creatum,
Vt homo post fata probetur quis Deo dignus.

Adgredere iam nunc, quisquis es, perennia nosse:
Disce, Deus qui sit uel cuius nomine adsit!
Est Deus omnipotens, unus, a semetipso creatus,
Quem infra reperies magnum et humilem ipsum.
Is erat in uerbo positus, sibi solo notatus,

78 accipit *MR* (*coniecturâ*); accepit $P^1 P^2$ (*cod.!*) *Lb Ld* corde monita *scripsi* (*cf. u. 16* corde sopiti; *Instr. I 19, 15* si corde uiges; *27, 13* si corde retractes; *Ouid. Met. 3, 689* Excute .. corde metum); eosde (*tres priores litteras etiam* cor *legi posse testatur Knoell; cf. u. 584*) munita *M*; eosdem monitus *R*; easdem monitas *Ld*; eos monitus P^2; eadem monita P^1 *Hanssen*; eadem minus *Lb* **79** modum P^1 delinquit *R*; relinquid *M*; relinquet P^1 (*s. u. l.*); delinquet *Lb Ld*; deliquit P^3 **80** monet MP^1; monetur *Ld*; paret *Lb*; mouet *R* dictus $P^2 R$ (*cf. u. 15*); dictos *M Ld*; dicto subaudit *Lb*; dictis ob. *Guil. Hartel* **82** contrarius $MP^1 R$ (= *contumax*; *cf. u. 721*); contrarios P^3 *Ld* suam uitam *Lb R* (*cf. u. 784*; *Matth. 10, 39*; *interpr. palat. past. Herm. sim. IX 26, 3* sibi soli uiuentes uitam suam perdunt); sua uita MP^1 *Ld* superbos P^3 *Ld* **83** erraui *M* (P^1 *falso*: es sciui; *cf. S. 107 p. 798*); et sciui $P^1 R$; resciui *Lb Ld* **86** qui *R* **88** post fata *scripsi* (*cf. S. l. c.*); post facta *M* (P^2 *falso*: facit); prout facit P^1; post factum $P^3 v$ probetur *M* (post facta probetur *iam Lb et Huemer suspicati erant*); approbetur P^1 (*s. u. l.*) *v* **89** *post* es *littera* t *erasa* **90** qui *M* (*cf. u. 117; 381; Kuehner ausf. Gramm. p. 481 sq.*); quis $P^1 v$ nomine *Mv*; nominis P^1 **92** repperies *M* **93** his *M* solo *Mv*; soli P^1

Qui pater et filius dicitur et spiritus sanctus.
Sed ex quo decreuit mundum conponere signis,
Ignem interposuit metuendum angelis ipsis.
Quos tamen distribuit minoris potentiae factos,
Vt regerent caelos et terram et subdita terrae.
Hunc ergo nec ipsi nuntii dinoscere possunt,
Qualis sit aut quantus, nisi quod praecepta sequuntur.
Est honor absconsus nobis et angelis ipsis,
Quod Dei maiestas, quid sit, sibi conscia sola est.
Relucet inmensa super caelos et sine fine;
Aureum est totum, quod est quasi flammea uirtus.
Illic Dei uas est, tantum sine cognita forma,
Illa sunt secreta solo Deo nota caelorum.
Haec gloria Dei est unica super angelos omnes,
Hoc Deus est lucis aeternae, hoc spiritus aeui.
In primitiua sua qualis sit, a nullo uidetur,

94 ſpĩtͥ *M* **95** conponere *M* **95** sq. componere signis, | Ignem P^1; componere, signis | Ignem *RLd*; componere, dignis | Ignem *Hilgenfeld* (P^2: *'Excidisse uidetur unus uersiculus ex Apostolo, ni fallor, excipiendus, I Timoth. VI, 6:* Qui solus habet immortalitatem et lucem inhabitat inaccessibilem, *ignem nempe interpositum, metuendum angelis ipsis'*) **96** interposuit P^2*v*; interpositum *M*P^1 **97** minoris potentiae factos *Hanssen*; minori potentię factus *M* (P^2 *falso*: minoris potentiae, *omisso* factus; *itemque* P^1); minoribus ⟨esse⟩ potentes P^3 (*Duebner?*); minoris potentiae deos *Lb*; minoris potentiae (minores potentias *in commentario*) a se *R*; minoris potentiae ipso *Ld* **98** celos *M* **100** precepta *M* **102** quid] d *primo omissum m. 1. s. l. scripsit* conscia sola (solo *R*) *Duebner v*; sola conscia *M*P^1 **103** inmensa *M* celos *M* **104** Aureũ ẽ (P^2 *falso:* aureue) totum *M*; Aut aeuo. Totum P^1; Aut requie totum *Duebner Lb R*; Aureaque totum *Ld* (*omnes interpunctionem post* fine *omittunt*) quod est quusi *M* P^1 *Ld*; torquet quasi *Duebner Lb R* **105** Illis *Lb* uas *scripsi* (*cf. Sirac. 43, 2* Sol .. uas admirabile opus Excelsi; *50, 7*; *10* quasi sol refulgens .. quasi uas auri solidum); uɒ7 (*sic!*) *M*; uita P^1 *v*; uia *Lb*; 'uia *forsan in codice caractere euanido*' P^2 **106** Illa sed *Duebner R* solo *Lb v* (*cf. u. 93*); sola *M*; soli P^1 **107** Hec *M* unici? *Wilh. Meyer, Abh. p. 299* **108** Hoc .. hoc *M*P^1; Hinc .. hinc *R*; Hic .. hic *Ld* eterne *M*

Detransfiguratur, sicut uult ostendere sese.
Praebet se uisibilem angelis iuxta formam eorum
Et homini fit homo, ceterum Deus uerbo probatur.
Idcirco nec poterit tanti Dei forma dinosci;
Quidquid est, unum est, inmenso lumine solus;
Vbi facies, oculi aut os aut membra notantur,
Inde pugillo suo concludere circulum orbis.
At tamen cum uoluit sciri de se ipso qui esset,
Numine de tanto fecit se uideri capacem.
Sunt quibus in ignem apparuit uoce locutus;
Sumptus est in carnem, quem regio nulla capebat.
Hic Deus omnipotens, Dominus suae conditionis,
Cum sit inuisibilis, facit se uideri quibusdam.
Qui formatur modo, ⟨modo⟩ se diffundit in auras,
Cuius nec initium nec finem quaerere fas est.
Hic sine initio semper est Deus et sine fine,

116 Esai. 40, 12 **119** Exod. 3, 2 sqq.

110 Detransfiguratur ***M*** (*P^1 falso:* detransfiguratus); Sed transfiguratur P^1; Sed transfiguratus P^3 *R*; Deus transfiguratus *Lb* uultustendere ***M*** **111** prebet ***M*** angelis ***M*** *Duebner v*; angelus P^1 **112** probatur P^1 *v*; probat ***M*** **114** unum ***M*** P^1 *Lb*; unus *v* inmenso lumine solus ***M*** P^1; in immenso lumine (numine?) solus P^3; in immenso lumine solus *R*; in imm. l. potens *Lb*; in immenso lumine; solet (Inde pugillo *etc.*) *Ld* (*ceterae editiones ante* solus *nullam, post* solus *maiorem interpunctionem habent*) **115** Vbi ***M*** P^1 *R; om. Ld*; P^3 *ab* Vbi, *cuius loco* Cui *substituere conatur, interrogationem orditur* oculi P^3 *Lb R* aut oculi ***M*** *Ld* **117** ad tamen ***M*** qui ***M*** (*cf. u. 90*); quid P^1 (*s. u. l.*) *v* **118** Numine P^3 *v*; Nomine ***M*** P^1 *uersus* **115** *sqq. Ludwig ita scribit, ut* **115** *post* **118** (*uel* **120**; *cf. praefat. eius p. XV*) *inseratur, quam inuersionem improbat Wilh. Meyer, Abh. p. 305* **120** capjebat *Huemer* **121** Hic ***M*** P^1 *R* (*cf. u. 289*); Sic *Ld* **122** facit *scripsi*; fecit *Lb v*; faciet ***M*** P^1 **123** formatur ***M***; formatus P^1 (*s. u. l.*) *Lb Ld*; formam induerat *R* modo ⟨modo⟩ *Lb Hanssen*; modo ***M*** *v* se ***M*** P^1 *R*; sese P^3 *Lb Ld* diffundit ***M***; diffudit P^1 (*s. u. l.*) *v* **124** finem quaerere P^1 *v*; quirere finem ***M*** **124** *sq.* est. Hic P^1; est, Hic *Lb v*

Qui, prius quam faceret caelum, ferebatur in aeuum;
Quicquid tenet caelum, prospicit ubique de caelo
Et penetrat totum oculis et auribus audit.
Huic ergo placuit carnalem mundi tenorem,
Vt exaltaretur sola sempiterna maiestas.
Nam, quod erat ante, referre nunc ardua res est;
Sit licet descriptum, non sit nobis cura de illis.
Cum haec, quae uidemus, non possumus tangere tota,
Quis poterit scire, quid sit trans Oceani finem?
Et caelum uidemus, sed illic quid intus agatur,
Nullo datur scire, donec fiat exitus aeui.
Sufficiat tantum de futuro nosse promissa;
Ad illa tendamus cupidi, tota mente deuoti.
Sicut auis Phoenix meditatur a morte renasci,
Dat nobis exemplum, post funera surgere posse;
Hoc Deus omnipotens uel maxime credere suadet,
Quod ueniet tempus defunctorum uiuere rursum;
Sit licet nunc puluis, iaceant licet ossa nudata,
Integratur homo, [ut] fuerat qui mortuus, olim,
Et gratia maior tunc erit ⟨quam⟩ istius aeui,

127 Psal. 13, 2; 52, 3 al. **145** I Cor. 15, 43; Phil. 3, 21

126 celum ***M*** **127** Quicquid P^1; Quitquid ***M***; Quique *v* celum ***M*** **129** mundi tenorẽ ***M*** (= *carnalem esse mundi tenorem*; *de omissa copula esse uide u. 792 et indicem, quem Petschenig editioni Victoris Vit. adiunxit, p. 156*; *cf. deinde Instr. II 39, 9* tenore mutato; *Verg. Georg. 2, 336 sq.*); mundo teneri P^1*v* **131** Nam ***M*** P^1*R*; Iam *Ld sine nota* **132** describtum ***M*** **132** *sq.* de illis. Cum *Ld*; de illis, Cum P^1*R* **133** que ***M*** **133** *sq.* tota, Quis *Ld*; tota. Quis P^1*R* **134** fine ***M*** **135** celum ***M*** **136** nullo ***M*** (*cf. u. 93; 106; Instr. II 22, 13*); nulli P^1 (*s. u. l.*) *v* *uersus* **138—140** *in* ***M*** *uncialibus litteris scripti* **139** APIS FENIX ***M*** **142** defunctorum ***M*** P^1 *Ld*; defunctûm *Lb*; defuncto (defunctos) P^3; defuncto *R* **143** Sit licet ***M****Lb* (*coniecturâ*) *R*; Scilicet P^1 (*s. u. l.*); Sint licet *Ld* **143** *sq.* nudata. Integratur *Ld* **144** ut fuerat ***M***P^1*R*; ut *del. Ld*; ut erat *Lb* **145** tunc ***M***; hinc P^1 (*s. u. l.*) *R*; dehinc P^3; huic *Ld* erit ***M***P^1; gratia erit *R*; aderit *Ld* quam *addidi; om.* ***M*** *editt.* ıſɛ)ʒ ***M***; *cf. Wattenb. lat. Palaeogr. p. 50 sq.* **145** *sq.* aeui. Non *v*

Non dolor nec lacrimae tunc erunt in corpore nostro,
Non caro recipiet ferrum, non pustula surget.
Hoc Deus instituet, ut sit illi gloria maior.
Hic fecerat primum hominem, ut esset aeternus,
Sed ruit in mortem neglectis ille praeceptis.
Propter quae storias tantas Deus esse parauit,
Vt inuentiones diabuli detergeret omnes.
Rectorem in terra dederat Deus angelum istum:
Qui, dum inuidetur homini, perit ipse priorque.
Interea iustos per ipsos cernit ad actus,
Et facinerosum Cain in gehenna reservat.
In scelere coepit uersari gens omnis humana,
Nec respicientes, quis esset creator eorum.
Quod Deus excelsus indigne pertulit illud,

146 Apoc. 21, 4 **152** Eph. 6, 11; 16; I Ioh. 3, 8 **154** Sap. 2, 24 (Cypr. de zel. et liu. C. 4)

146 nec ***M***; aut ***P***¹ (*s. u. l.*) *v* lacrime ***M*** **147** postula ***M*** **148** instituet ***M Lb Ld***; instituit ***P***¹ ***R*** **150** necglectis ***M*** **151** propter quae storias *scripsi* (*cf. Woelfflin. Arch. III p. 146*); propter questorias ***M***; pr. quaestorias ***P***¹; pr. quae scorias *Duebner* (*coll. Verg. Cir. 249*); propterea scrupeas ***R***; propter quae curas (*postmodo* pr. grassationes) ***Lb*** (*ut* ***Ld*** *adnotat*); pr. quae quaestorias ***Ld*** (*ex recentiore Roenschii coniectura*) esse] sibi (*postea* ipse) ***Lb*** **152** inuentiones diabuli ***M***; inu. diaboli ***P***¹ (*s. u. l.*); adinuentiones zaboli ***R*** detegeret ***R*** om̃s ***M*** **153** Actorem ***R*** **154** inuidetur ***M Ld*** (*idem haec affert exempla:* 'huic inuisae (sunt) Parcae solemnem celebrare diem' *C. Inscr. Rh. Bramb. 1052 et Becker. Inscr. Mogunt. 247*); inuidet ***Lb***; insidiatur ***R***; *sed cf. u. 361* **155** ipsos ***M*** (***P*** *falso*: ipsas; *cernit per ipsos = secernit; cf. Instr. I 26, 33 sqq.; S. 107 p. 757; Alexandre, excurs. ad Sibyll. p. 522 sqq.*); ipsum ***P***¹*v* ad actus *scripsi* (= *ad iudicium extremum; cf. Instr. I 27, 1; II 21, 12; S. p. 784*); adactos ***M P***¹; abactos ***P***³*v* **155** *sq.* abactos. Et ***R*** **156** facinerosum ***P***³*v*; facinerosa ***M***; facinora ***P***¹ in *m. 1. s. l. scripsit* **157** cepit ***M***
x x
gens omnis ***Lb*** *v*; omnis gens ***M*** (*signis s. l. additis iustus uerborum ordo restituitur*); omnis gens ***P***¹ (*s. u. l.*) **159** pertulit illud. ***M***; pertulit illud; ***P***¹; pertulit; illam *v*

Delere proposuit uniuersa paene creata.
Dicitur et legitur Noe liberatus ab aqua,
Ceteri diluuio perierunt ira caelesti.
Hinc, sicut initio, paulatim terra repletur.
Cessit prius facinus, sed alter⟨a⟩ clades adhaesit.
Adgressi sunt stulti turrem fabricare sub astris,
Vt quasi per illam possent ascendere caelos.
Quod Deus ut uidit fieri sub una loquella,
Descendit et fecit, loquerentur lingua diuersa.
Quos inde disparsit per insulas terrae semotos,
Vt fierent gentes uario sermone loquentes.
Tunc genus indocile uitam feritatis agebat;
Nemo Deum sciebat, disputabat nemo de uita.
Inrepserat quoniam rudibus temerarius ille
Per latices animae, deprauauit mentes acerbas
Persuasitque dolo coitus infandos amare,
Viuere rapinis in gaudio sanguine fuso.
Hanc gloriam stulti prosequuntur tempore parvo;
Quo nulla uenia liberat, se dicendo seductos.
Si suadet adulter, culpa est tua prosequi talem;
Non ille te damnat, sed tu tua sponte te damnas.

163 Gen. 9, 1 **165** sqq. Gen. 11, 4 sqq.

160 Delere P^1; Dicere ***M***; Demere ***R***; Icere (= *tollere, perdere?*) *Ld*; perdere *Huemer* uniuersa pene creata ***M*** P^1; uniuersam paene creatam *v* **163** sic ***M*** **164** prius P^3*v* (*cf. quae adnotauimus in u. 15*); prior ***M*** P^1 altera P^1*Ld*; alter ***M*** (P^2 *falso:* aliter); aliter *Lb* ***R*** adhaesit P^1***R***; adhesit ***M***; accessit *Ld* **165** turrem ***M***; turrim P^1 (*s. u. l.*) *v* astris P^1*v*; austris ***M*** **166** possent ascendere caelos (coelos) P^1*v*; c. a. p, *Lb*; asc. celos poss. ***M*** **167** loquella ***M*** **169** disparsit ***M***; dispersit P^1 (*s. u. l.*) *v* semotas ***R*** **171** Tnc (= Tunc) ***M***; Tum P^1 (*s. u. l.*) *v* agebat ***M***; agebant P^1 (*s. u. l.*) *v* **172** scibat *Hanssen, Wilh. Meyer, Abh. p. 292 coll. u. 46* **173** Inrepserat ***M*** qm̃ ***M*** **174** deprauabit ***M*** **175** dolo coitus *scripsi* (*cf. b. Gbl. 17 p. 451 sqq.*); dolo citius ***M***; dolos citius P^1***R***; dolos illis *Ld* **176** gaudia P^3 **177** p̃sequuntur ***M***^{1}, *quod* (*prima manu?*) *correctum, ut sit* ꝑsequuntur **178** Quo ***M*** P^1 (= *itaque?*); Quos P^3*v*; Quod *Lb*

Errabant indocti ueteris fallacia hostis,
Obliti Dominum, opera maligna sequentes.
Quod diu ne fieret grassatio tanta latronis,
Tempore partito miseratus est tandem ablato.
Conplacuit illi conloqui cum uno de multis,
Vt faceret populum ad se transeundo dilectum.
Ex eo coeperunt unum Deum nosse profani
Et fieri populus secundum Dei decreta.
Duos enim populos distinxerat ex se Rebecca:
Hic prior est factus, alter ut succederet illi.
In Aegypto primum Israhel concrevit alumnus;
Inde Deus illos eiecit duce Moyse,
Per quem dedit illis legem in monte Sina,
Vt nostra posteritas Dominum cognosceret unum.
Deinde prophetas ex ipsis dicere iussit,
Quod Deus in hominem depretiatur ab illis.
Induxerat eos Dominus in terra promissa,
Vt ibi sub lege uiuerent, donec ipse ueniret.
Gens ingrata bonis noluit iugum ferre praeceptis,
Sed magis in scelere prisco reuoluta florebat;

181 indocti MP^1 (*cf. u. 458*); inducti *v*; ducti P^3 ueteris P^1 (*s. u. l.*) *v*; ueteres *M*, *quod ambigas an retinendum et cum* indocti *sit coniungendum*; *sed cf. u. 207* seductor antiquus; *317* ueteri latroni; *Cypr. ad Donat. 4* uetus .. hostis obrepat; *ad Fortun. c. 2* aduersarius uetus est et hostis antiquus **183** Quod, diu ne *Ld*; *sed cf. Kühner ausf. Gr. p. 872 sq.* **185** conplacuit *M* **187** ceperunt *M* Deum nosse profani P^2 (*coniecturâ*; *cf. u. 13*; *194*; *636*) *R*; Deum esse profani *M* (*non* in Deum e. p., *ut Pitra in adnotatione affirmat*); in Deum esse profani P^1 *Lb Ld*; *nobis in mentem uenit*: (unum) Deum esse profari **188** populus *M Lb* (*coniecturâ*) *Ld*; populum P^1 (*s. u. l.*); in populum *R* **189** distincxerat *M* ex se *v*; esse MP^1 (esse) Rebeccae (*uel* in Rebecca) *Lb* **191** egypto *M* primum Israel P^1 *v*; primum in ıſh̄l *M* alumnus *Mv*; alumnis P^1 **192** Moyse *Lb v*; Moysi MP^1 **193** Sina *scripsi* (*haec enim uetustior apud Latinos huius nominis forma*; *cf. Cypr. test. II, 25, p. 92, 10 H.*; *Tertull. Marc. V 4 med.*; *de clausula uersus cf. u. 66*); syna *M*; Sinai P^1 *v* **196** depretiatur *MLd*; depreciatur P^1; depreciaretur *Lb R* **199** preceptis *M* **200** furebat P^2, *quod postea ipsi* (P^3) *displicuit*

Nec umquam desinuit: hodie quoque talis habetur;
Praetermisso Deo luxurias saeculi mauult.
Quod maxime Dominus cogit euitare dilectos;
Abscisos in totum a saeculo praemonet esse.
Si filios dixit, in illius sancta moremur;
Quid foris egredimur adulteri pompa⟨m⟩ sequentes?
Seductor antiquus per talia decipit omnes:
Inmittit luxurias, per quas perdat filios Alti;
Agonia inmittit, spe⟨cta⟩culis ire cruentis
Aut nimis obscenis, inpudica nosse pudicis.
Si fuerat castus, incestus proficit inde
Et placent adrident, quae tunc mala gaudia temptant.
In istis luxuriis populus primitiuus agebat
Et a lege Dei semper recedebat inormis.
Ad quos emundandos saepe Deus misit alumnos,
Vt illos corrigerent deprauatos denuo Summo.

201 Nec umquam (unquam *v*) ***Mv***; Nunquam P^1 **202** luxurias P^1v; luxuria ***M*** seculi ***M*** **203** dilectos M^2P^1v; delectos M^1 **204** seculo premonet ***M*** **205** Si filios dix̄ ***M*** (*idem Roensch suspicatus erat*) *v*; Si filii, dixit, P^1 (*s. u. l.*) **206** Quidni foras egredimur P^3 *coll. Genes. 4, 8* Egrediamur foras; *sed cf. Instr. I 24, 13* Exis inde foris pompam P^1v; pompa ***M*** *Wilh. Meyer, Abh. p. 293* **208** Immittit *R* (*ingeniose, cum ueram libri ms. lectionem ignoraret*) *Ld*; Inmutit ***M***; Immutat P^1 (*s. u. l.*) quas .. filios P^1v; quos .. filius ***M*** deperdat P^3 **209** Agonia immittit *Ld* (= *certamina ? cf. Instr. II 12, 10*); *idem* Agoniam *praefert in adnotatione in Instr. II 12, 10*; Agoniā mit tis ***M***; Agoniam mittit *Hanssen, Wilh. Meyer, Abh. p. 292*; Agoniae immittit P^2; Agonia mittit *R* spectaculis P^1 (*s. u. l.*) *v*; speculis ***M*** cruentes ***M*** **210** mimis *R* inpudica ***M*** **211** incestus ***M*** (P^2 *falso:* incertus) P^1v **212** placent adrident *scripsi* (*cf. I. N. Ott in Jahrb. f. cl. Philol. 109 p. 840 extr.*); placens adridens ***M***; placens arridet P^1 (*s. u. l.*) *v* quae P^1v; quę̃ ***M*** tunc ***M***; hinc P^1 (*s. u. l.*) *v* temptant ***M*** **213** istis MP^3v; his P^1 primitibus ***M*** **214** inormis *scripsi* (= *enormis, erectus*; *cf. u. 221*; *Woelfflin. Arch. III p. 148*); inermis MP^1R; aeterni *Ld* **215** emendandos *R* **216** corrigerent P^1 (*s. u. l.*) *v*; corrigent ***M*** Summo ***M***; Summi P^1v **216** *sq.* deprauatos denuo Summo. Excipere *Wilh. Meyer, Abh. p. 305*; deprauatos. Denuo Summi Excipere P^1v

Excipere numquam uoluerunt dicta diuina,
Sed uoluntate sua saeuierunt semper inepti.
Mactabant iustos redarguentes illos inique,
Dum nollent accipere frenum disciplinae caelestis.
Esaiam serrant, lapidant Hieremiam erecti,
Iohannem decollant, iugulant Zachariam ad aras.
Et uenit et ipse, fuerat qui praedictus ab illis,
Et patitur, quomodo uoluit, sub imagine nostra.
Cuius in exitio omnis prophetia repleta est,
Dixerat hunc Daniel nouissimum esse prophetis.
Is erat, quem propter uates de tuba canebant,
In sua uenturum propria, quem sui negarent.
Inprouidi semper et dura ceruice recalces,
Dum respuunt formam, sacramenta legis amittunt.
Non illos iustitia humilis caro nata refregit,
Nec bonitas tanta aut aegrorum cura de uerbo.
O pia religio, o tam ueneranda maiestas,

219 sqq. Matth. 23, 34 sq.; Luc. 11, 49 sqq.; Matth. 14, 10; Marc. 6, 27 (cf. Tertull. Scorp. 8) **226** Dan. 9, 24? cf. 242 **228** Ioh. 1, 11 **229** cf. Instr. I 38, 1 **230** Phil. 2, 7? **231** Phil. 2, 8; Matth. 11, 29; Ioh. I, 14

217 numquam uoluerunt MP^3; nunquam noluerunt P^1 (*s. u. l.*) *v* **218** uoluntate sua MP^1Ld; uoluntati suae *R* saeuierunt *scripsi* (*cf. u. 838*); seruierr̃ *M*; seruierunt P^1v inepti MP^1R; ineptis *Ld* **219** inique̜ *M* **220** discipline *M* coelestis disciplinae accipere frenum P^1, *quod tamen idem in excursu retractat* **221** Hieremiam P^1; hieremiã *M*; Jeremiam *v* **223** Et uenit et P^1; Et uenit P^3; & ueniet et *M*; Aduenit en *R*; Atque uenit *Ld* **224** quomodo] quoniam *Hanssen* **226** prophetes *Lb* **227** Es *M* canebat M^1; n *eadem manus s. l. add.* **228** que̜m *M* **229** Improuidi P^3 (*cf. Instr. II 16, 24*); Inprouidis *M*; Improbi P^1 (*coll. Instr. I 38, 1*) **230** formam P^3v; forma MP^1; formas *Lb* **231** iustitia, humilis caro nata *R* (*cf. u. 367* humilis in carne; *interpunctionem ante* humilis *sustuli, quia* iustitia *ablatiuus mihi uidetur*); iustitia humiles non ca'o nata *M*; iustitia humiles, non caro nota P^1 (*idem in excursu* caro nata *praefert*); iustitia humiles, caro nata *LbLd* **233** relligio P^1R o tam] o *primo omissum m. 1. s. l. add.*

Cuius medicina taliter in terra profecit!
Non ullum de ferro secuit, non enplastro curauit,
Sed sine tormento statim suo dicto sanauit.
Talia uidentes turbabantur mente Iudaei,
Qui magis inuidia ducti sunt in zelo liuoris,
Non respicientes prophetarum dicta sepulti,
Quod ueniret homo talis, qui dispergeret illos.
Quousque ueniret Dominus, prophetae canebant:
Ex eo, quo uenit, tacuit prophetia Iudaeis.
Post quem in exilium deuenerunt corde durato
Nec modo dinoscunt, quapropter sint talia passi.
Praedictum fuerat illis ab Esaia propheta
Et ⟨a⟩ Danihelo similiter perdere terram;
Quae non ante tamen, nisi dux ciuitatis in ipsa
Penderet in ligno, fieret deserta deinde.
Desubito qualis obfulsit gloria genti,
Vt fieret populus, populus qui non erat ante!

240 sqq. Hierem. 15, 7? Matth. 3, 11 sq.; Luc. 3, 16 sq. (Iustin. Tryph. p. 268, C; 272, B) **245** Esai. 1, 7 sq. (Matth. 23, 38); Dan. 9, 26 **250** Hos. 2, 24

234 profecit *P*[1]*v*; proficit ***M*** **235** Non ullum *scripsi* (*cf. Instr. I 32, 6*); Non illũ ***M*** (*P*[2] *falso*: Non illius); Non ille *P*[1]*v* enplastro ***M*** **236** sanaũ ***M*** **237** turbabantur *P*[1]*v*; turbabuntur ***M*** **238** magis inuidia *Lb R*; magis inuidiae ***M****P*[1]; malis inuidiae *Ld* ducti sunt ***M****P*[1] *Ld*; sunt ducti *Lb R* liboris ***M*** **238** *sq.* ducti sunt (sunt ducti), in zelo liuoris Non *Lb v* **239** sepulti ***M****P*[1] (= *sopiti*; *cf. Verg. Aen. 6, 424* custode sepulto); sepulta *Lb R*; seducti *Ld* (*cf. Instr. I 11, 5*) **240** disperderet *R in commentario coll. Instr. I 2, 4* **241** canebat ***M*** **242** iudeis ***M*** **245** Predictum ***M*** ab Esaia propheta *P*[1]; ab Esaiam (esaiā ***M***) prophetam ***M*** *Lb Ld*; *sed uide quod sequitur*, Danielo **246** a *scripsi*; *om.* ***M****P*[1]*v* Danihelo ***M*** (*cf. Cypr. uit. c. 11 p. CII, 12 H.*: ut Heliae uel ut Danielo; *Pseudocypr. de pascha comput. p. 262, 1 H.*; *Lucif. Calar. 164, 24 H.*; *Sulp. Seuer. p. 58, 2; 63, 10; 21 Halm.*; *Prudent. Cathem. 4, 70* Danielus); Daniele *P*[1]; Danieli *R*; Danielem *Ld* similiter, perdere *P*[1] (*cf. u. 393*); similiter pendere ***M***; similiter, illos perdere *R*; simul iter, quo perderent *Ld* **247** quae *v*; quam ***M****P*[1] ligno; fieret *P*[1] **249** gła ***M***

Non fuit adtonitus Esau, dilectus a patre,
Iunior quod frater primitiua tolleret ille?
Sic nec synagoga potuit cognoscere tempus,
Quando et quo duce caderet de suo priuato;
Sicut erat scriptum, quod auis sua tempora norunt,
Nam populus iste non me intellexit adesse.
Ventum est, ut ipse dominator caeli ueniret:
Secundum scripturas non est conputatus ab ipsis.
Praescius hoc fuerat Dominus, quasi cuncta qui nouit;
Idcirco per ora prophetarum ista praedixit.
Gens ceruicosa nimis semperque rebellans
Dum sibi primatum uindicaret, causa resecta est.
In quorum stadia gentiles esse praefecit;
Dixerat hoc ante: Gentes sperabunt in ipsum.
Nam lapis inmissus ipse est in fundamina Sion,

251 Gen. 27, 34 **255** sq. Hierem. 8, 7 **258** Esai. 53, 3 **261** cf. 229 **264** Esai. 11, 10 (Cypr. p. 56, 6 H.) **265** Esai. 28, 16

251 adtonitus *M* **252** fr̄ *M* tollet *M* ille? *scripsi*; ille. *P*¹*Ld*; illi. *R* **253** sinagoga *M* **254** priuato *M*; primatu *P*¹*R*; priuata *Ld* (*coll. Instr. I 5, 2* patrem de regno priuauit) **255** Sicute////ra/////t (*ante* t *erasum* n) *M* scribtum *M* auis *M*; aues *P*¹*v* **256** me non *R* **257** Ventum *MP*¹*R* (*Instr. I 18, 6*); Inuentum *Ld* (*idem tamen in Instr. praefat. p. IX* uentum est *praefert*) **257** *sq.* ueniret, Secundum scripturas; non *P*¹ **258** Secunđ *M* scribturas *M* conputatus *M* **259** quasi *MP*¹*R*; quippe *Ld* (*'cum codicis lectio .. Dei summam potentiam impugnet'; sed cf. Petschenigi et Mommsenii indices editionibus Victoris Vitensis et Iordanis subiunctos s. u.* quasi; *Tertull. adu. Hermog. c. 19* utimur uocabulo principii quasi originis, non quasi ordinis nomine; *Ennod. p. 39, 18 H.* Abraham .. filium morti quasi pius pater .. laetus exhibuit; *Lucif. Calar. 76, 23 H.* quasi quis, inquam, tibi usurpasti hanc auctoritatem?); ipse *Huemer* **260** hora .. predixit *M* **260** *sq.* praedixit: Gens .. rebellans; Dum *P*¹; praedixit. Gens .. rebellans, Dum *R*; praedixit. Gens .. rebellans! Dum *Ld* **262** e casa reiecta est *R* **263** stadio *P*¹; *sed cf. Instr. I 27, 19* prefecit *M* **264** ante: Gentes *P*¹*v*; anlegentes *M* sperabunt gentes *Hanssen* **265** inmissus *M* fundamina *P*³*v*; fundamenta *MP*¹ (*Cypr. p. 82, 6 H.*: inmitto in fundamenta Sion) Sionis *P*¹

Crederet in quo qui, is haberet uitam aeternam.
Hunc sanctum sanctorum Daniel perungui designat
Et exterminari post illum chrisma regale.
Dauid illum dixit clauis configi silentem:
Effoderunt, inquit, manus meas et pedes ipsi.
Salomon quoque tam aperte de illo prophetat,
Occidamus iustum! dicturos esse Iudaeos.
Hieremias totidem crucem figurate demonstrat:
Venite, mittamus lignum in pane! dicentes.
Dux autem ipsorum Moyses praeconiat illis:
Ante tuos oculos pendebit uita necata.

Hic pater in filio uenit, Deus unus ubique:
Nec pater est dictus, nisi factus filius esset.
Nec enim relinquit caelum, ut in terra pareret,
Sed, sicut disposuit, uisa est in terra maiestas;

266 Ioh. 3, 15 **267** Dan. 9, 24 **269** Psal. 118, 120 (Cypr. p. 88, 7) **270** Psal. 21, 17 **271** sq. Sap. 2, 12; 20 **273** sq. Hierem. 11, 19 **275** sq. Deuter. 28, 66 (Cypr. p. 87, 19 H.)

266 Crederet in quo qui, is *Ld* (*Cypr. p. 88, 18 H.*: et qui crediderit in eum); Crederet in quo quis ***M*** P^1; In quo quisquis crederet ***R*** **267** sanctorum P^1*v*; sanctorꝝ ***M***; *del.* P^3; sanctûm *Lb* pungui ***M***; perungui *v*; perungi P^1 **269** illum *Wilh. Meyer*; illud ***M*** P^1*v* **270** inquid ***M*** **271** te *Ld* (*errore typogr.*) iudeos ***M*** **273** Hieremias P^1; hyeremias ***M***; Ieremias *v* demonstrat ***M***; demonstrans P^1 (*s. u. l.*) *v* *post uersum* **273** *in medio uerborum contextu positum est signum* bc; *eadem manu sub signo* bp *imo margine scriptus inuenitur uersus* **274** (Venite *etc*) **275** Dux autẽ ipsorꝝ moyses preconiat illis ***M***, *quae inde ab editione principe omittebantur: cf. S. 107 p. 794* **276** necata P^3*v*; negata ***M*** P^1 **278** est dictus ***M*** P^1 (*cf. Wilh. Meyer, Abh. p. 292*); esset dictus *v*; d. e. *Lb* **279** relinquit] n *initio omissum in* ***M*** *m. 1. add.* **280** *post* maiestas ***M*** *haec habet, quorum* *Pitra* *nullam fecit mentionem:* De uirtute sua carnasse licet facere fimbriam unam. *Inter nouissimam horum uerborum partem et locum quendam commentarii euangelici, qui Theophili nomine circumfertur* (*Theod. Zahn, Forschungen zur Gesch. d. neutest. Kanons, 1883, tom. II p. 51, 5 sqq.*) *necessitudinem quandam intercedere alio*

De uirtute sua carna⟨liter na⟩sci ⟨se fecit⟩
*   *   *   *   *   *
*   *   licet facere fimbriam unam.
Iam caro Deus erat, in qua Dei uirtus agebat.
Quid, quod prophetae canunt, inuisibilem esse uidendum,
Vt claritas tanta fieret homo quoque pro nobis.

285 Esai. 25, 9; 40, 9; 52, 10; 53, 1 sqq. (?) **286** Esai. 40, 5 (Cypr. p. 69, 4 H.); cf. Ioh. 1, 14

loco iam monui (*S. 107 p. 794*); *ad prioris autem partis caliginem aliqua ex parte illustrandam haud inutilis mihi uidetur locus Tertullianeus* (*de praescr. haeret. c. 13*): postremo delatum (*uerbum = filium Dei*) ex spiritu patris Dei et uirtute in uirginem Mariam (*Euang. Luc. 1, 35*), carnem factum in utero eius et ex ea natum exisse Iesum Christum. *Primo igitur, nisi fallor, Commodianus de Christo ex uirtute Dei nato uel potius, ut erat ille Monarchianus, de Deo sua ipsius uirtute in Christo nasci se faciente egit, deinde ex miraculis a Christo editis unum attulit* (*Matth. 14, 36*), *ut, quantum in illo ualuisset uirtus diuina, exemplo comprobaretur. Prioris sententiae nouissima, posterioris prima pars cum periisse uideatur, maioris lacunae interposui signa. Ceterum primum uersum utcumque poteram composui; reliquis manum admouere non ausus sum.* — De *locutione* carnaliter nasci *cf. u. 403* Praedictus est Deus carnaliter nasci; *de* facere se *cum infinitiuo cf. u. 122.* — *Roensch* (*Berliner Wochenschrift V* (*1885*) *p. 401*) *ita locum scribendum censet:* De uirtute curasse sua legis fimbriam unam, *eamque opinionem litteris ad me datis ita rationibus firmat:* '*In diese wenigen Worte ist, wie ich glaube, die ganze Erzählung Luc. 8, 43–48 kurz zusammengedrängt, vgl. namentlich daselbst V. 44:* tetigit fimbriam, *46:* noui uirtutem de me exiisse, *47:* quemadmodum confestim sanata sit.' *Quae argumentatio uiri doctissimi quamquam haud mediocriter me mouet, dubitaui tamen quae proposuit recipere, praesertim cum uersus:* De uirtute curasse sua legis fimbriam unam *legitima apud Commodianum caesura semiquinaria careat; cf. Hanssen. de arte metrica Commod. § 2 p. 7; Wilh. Meyer, Abh. p. 289* **284** Deus erat P^1 (*cf. u. 342*); deserat ***M***; deseratur ('nunmehr wird das Fleisch erschlossen .., d. h. der Leib der Maria überschattet ..') *uel* sed erat *Lb*; uerbus erat (in quo) *uel* desierat (*idem* P^3) *uel* desuerat (= *desueuerat*) *R*; descenderat *Ld* age bat (*sic!*) ***M*** **284** *sqq.* agebat, (Quid .. uidendum?) Vt *v* **286** claritas tanta *R*; charitas (caritas *Ld*) tanta P^2 P^3 *Ld*; alacritas tanto ***M*** P^1

Nec populus noster prosilisset in noua lege,
Si non Omnipotens ordinasset ante de nobis.
Hic erat Omnipotens, cuius ⟨in⟩ nomine gentes
Crederent omnino, quod propheta dixit Esaias:
Exurget in Israel homo de radice Iesse,
In illum sperabunt gentes, cuius signo tuentur.
Et alter dixit testem illum esse per orbem,
Manifestari eum principem nationibus ipsum.
In psalmis canitur: Dominus regnauit a ligno;
Exultet terra, iocundentur insulae multae.
Sic et patriarchae Iacob benedictio uera
Paruit in gentes: Hic erit spes gentium, inquit.
Sub caelo non aliud nomen est nisi Christi praelatum,
In cuius nomine crediderunt gentes ubique.

291 sq. Esai. 11, 10 **293** Esai. 55, 4 (Cypr. p. 56, 2 H.) **295** sqq. Psal. 96, 1; 95, 10 sq. (cf. Cypr. p. 98, 7 H.; Tertull. Marc. 3 c. 21; Iustin. Tryph. c. 73; Roensch. comment. ad hunc locum) **297** sq. Gen. 49, 10 **299** sq. Act. 4, 12

287 noster] nr̃ *M* psilis////set (*erasae litterae* es) *M* nouam legem P^3 **289** in P^1v (*cf. u. 300*); *om. M* gentes *initio omissum in M m. 1. add.* **290** Crederent P^2 *in nota ad u. 295 (300) pertinente;* Credere *M* (P^2 *falso*: credidere); Credidere *v*; Crediderunt P^1 omnino MP^1R; omnes *Ld* Credidere; omnino *R*; credidere omnes. *Ld* quod *MLbR*; Quid *Ld; om.* P^1 Esaias? *Ld* **291** Exurget *M*; Exsurget P^1v ıſl *M* **292** signo *M* (*cf. Cypr. test. II 22 inscript.*: Quod in hoc signo crucis salus sit omnibus, qui in frontibus notentur. *De passiuo* tuentur *cf. Georg. HW*[7] *s. u.* tueo); signa P^1 (*s. u. l.*) *v* **293** alter ꝺ̃ (= *dixit*) *M* (alter *retinui, quamquam Roensch in commentario p. 244 recte monuit insequentem quoque locum eiusdem Esaiae prophetae esse*; *Commodianus ipse uidetur errasse*); alter ⟨cecinit⟩ P^1; aliter (*uel* alibi) cecinit *R*; ait terrarum *Ld* **296** Exultet terra *M*; Exultent terrae P^1 (*s. u. l.*) *v*; *cf. S. 107 p. 799* **297** et patriarchae *v*; et patriarcha *M*; patriarcha P^1 **297** *sq.* Iacob: «Benedictio uera .. gentes, hic .. gentium», inquit P^1 inquid *M* **299** celo *M* praelatum *Hilgenfeld Ld*; prelator *M*; praelator P^3 ('*quasi* praeferatur *aut* proferatur') *Lb* (*omisso* est); praestatum *R* **300** crederent P^2

Non ita suademur credere pro tempore clauso,
Sed propter futurum tempus, in aeterno uiuentes.
Haec speranda nobis spes est, sempiterno frunisci,
Non ista, quae fragilis cito mutat gaudia nostra.
Sint licet diuitiae prae oculis laute fruendae,
Excluderis illis substituta morte caduca;
Aut si perseuera[ue]ris, horrescis ipse uiuendo,
Aut si ualetudo fuerit mala, quo tibi uita?
Tormentum est totum, quo⟨d⟩ uiuimus isto sub aeuo;
Hinc adeo nobis est spes in futuro quaerenda:
Hoc Deus hortatur, hoc lex, hoc passio Christi,
Vt resurrecturos nos credamus in nouo saeclo.
Sic Dei lex clamat: fieret cum humilis Altus,
Cederet infernus, ut Adam leuaretur a morte,
Descendit in tumulum Dominus suae plasmae misertus
Et sic per occulta inaniuit fortia mortis.
Obrepsit Dominus ueteri latroni celatus
Et pati se uoluit, quo magis prosterneret ipsum.

316 Hebr. 2, 14

301 clauso *scripsi* (*cf. u. 411* historia clausa; *Horat. carm. II 4, 24* claudere lustrum); quasso *MP*¹; casso *v; fortasse scribendum* passo, *ut u. 62* pando *cum P*¹*R posuimus pro* quando; *cf. Lucret. 6, 359* tempora se ueris .. pandunt; *adde quod Diez, Etymol. Woerterb.*⁴ *p. 238,* passare *a* pandere *originem ducere putat* **303** Hec *M* speranda *MP*¹*Ld*; quaerenda *LbR* sempiterno frunisci *M* (*P*² *falso*: franisci) *Ld*; sempiterna frunisci *R*; (sempiterno) fruenda *P*²; *idem tamen in excursu* (*P*³) frunisci *ueram lectionem esse putat* **304** fragilis *P*¹*v*; fragili *M* nostra *P*³; nã *M*; uita *P*¹ **305** laute *M*; lautae *Ld*, *nescio an recte* **306** caduca *M* (*cf. Horat. carm. II 13, 11*; *III 4, 44*); caduco *R*; caducus *Ld* **307** *N*τ si (= *Aut si*) *MR*; Vt si *P*¹; Si *Ld* perseuerraueris *M*; perseueraris *R Hanssen*; persenueris *Wilh. Meyer, Abh. p. 292* torpescis *R* **308** quo *MPLd*; quid *R* **308** *sq.* uita | Tormentum *P*¹ **309** quod *v*; quo *M*; qua *P*¹ **310** nobist *Hanssen* querenda *M* **312** resur recturos *M* hoc *M*¹; nou *M*² sclo *M* **314** Cęderet *M* **315** Descendit *P*¹*v*; Discendit *M* plasme *M* misertus *P*¹*v*; miserius *M* **317** celatos *M*

Ille quidem audax et semper saeuus ut hostis,
Dum sperat in hominem saeuire, uictus a Summo est.
Per quod prius hominem prostrauerat morti malignus,
Ex ipso deuictus; unde nobis uita prouenit.
Adam degustato pomo mori iussus obi⟨u⟩it;
Cuius de peccato morimur sic et omnis itemque.
Sed iterum dixit Dominus: De ligno uitali
Si sumpserit ille, in aeternum uiuat honestus.
Mors in ligno fuit et ligno uita latebat,
Quo Deus pependit Dominus, uitae nostrae repertor.
Hoc lignum uitae Dominus praedixerat esse,
Vt, qui credit ei, sic sit quasi sumat abinde.

323 sq. Rom. 5, 12 **325** sq. Gen. 3, 22 **330** Ioh. 3, 15

319 seuus ***M*** **320** seuire ***M*** **320** *sq.* est. Per quod P^1; est, Per quod *v* **321** morti ***M*** (*cf. Verg. Aen. 12, 464* sternere morti); morte P^1 (*s. u. l.*) **323** pomo $P^1 v$; homo ***M*** obi⟨u⟩it P^3***R***; obiit P^1; abiit ***M***; abiuit *Ld* (*coll. u. 1055* in umbra mortis abibunt) *extremo huius uersus uocabulo in* ***M*** *additum est signum* b̄c, *quo pertinet imo margine* :b̄p:, *sub quo signo uersum 324 initio omissum m. 1.* (?) *add.* **324** morimur sic et omnis itemque *scripsi* (*cf. Instr. I 35, 4; de* item *et* idem *inter se confusis cf. u. 583*; *de aduerbio cum adiectiuo particula copulatiua coniuncto cf. Verg. Aen. 11, 673* praecipites pariterque ruunt; *de* et .. que *compositis cf. u. 623*; *ceterum ambigo, an* et = *auch,* que = *und zwar sit*; *cf. u. 154* perit ipse priorque); morimur sic & omnis Idemque ***M***; morimur; sic uiuus et omnis. | Idem P^1; 'Sic eius(!) omnis *ib.*' (= *in cod.*) P^2; moritur filius eius omnis. | Idem ***R***; morimur: sic est iussus omnis; | Idem *Lb*; morimur stirpis eius omnes. | Idem *Ld*; morimur similiter omnes *Hanssen*
325 Sed iterum ꝺ (= *dixit*) dñs ***M***; (Idem) sed iterum Dominus P^1; (Idem) sed iterum Domini *v*; (Idem) sed iterum donum *Lb; idem in adnotatione haec temptat*: sic est iussus omnis (*sc. mori*); sed idem iterum, si sumpserit ille donum (*cf. Rom. 5, 15*) de ligno uitali, (*iussus est, ut*) in aeternum uiuat honestus (*i. e. iustificatus*; *cf. Rom. 5, 21*) *ante* de ligno *interpunctio uulgo omittitur* **326** ille ***M*** *Ld*; illum P^1; inde ***R*** (*uulgo ante* ille *uel* inde *interpungitur*) uiuat ***M*** P^1; uiuet $P^3 v$ **327** et ligno ***M*** P^1; et in ligno *v* **328** uite .. reppertor ***M*** **329** predixerat ***M*** esse ***M*** (*cf. u. 335*; P^2 *falso*: iste); ipse $P^1 v$ **330** credet ei *Wilh. Meyer* (*cf. u. 669*); credet ⟨ipsi⟩ *Hanssen*; cred& et ***M***; credit et P^1 (*s. u. l.*) *Ld*; creditet *Ebert* (*Abh. d. k. saechs. Gesellsch. d. Wissensch. phil.-hist. Cl. V p. 391*); crediderit P^3***R*** (*cf. u. 664*) sic sit ***M*** P^3 ***R*** *Hanssen Ebert*; sitit P^1; scit, is *Ld*

Et sumit et gustat suauiter Dei summi praecepta
Et discedit, quoniam potior resurgit, a morte.
Qui credit in Christo, de ligno uitae degustat,
Quo fuit suspensus Dominus, ⟨a⟩ Moyse praedicto.
Hunc ipsum Esaias humilem denuntiat esse
Et nimis deiectum, fuerit quasi serui figura:
Et uidimus illum, nec erat praeclarae figurae,
In plaga depositus homo, sciens omnia ferre.
Hic dolet pro nobis et peccata nostra reportat,
Et pro facinore nostro Deus tradidit illum.
Qui, cum uexaretur, tacuit sicut agnus ad aras.
Hic homo iam non erat, sed erat Deus caro pro nobis;
Quo palam apparet hoc [erat] Dei nomen oriri,
Quod modo praeclarum nomen apud gentes habetur.
Hoc Malachiel canit propheta, qui et angelus ipse,
Cum et Iudaeorum reprobet sacrificia dicens:

331 Hebr. 6, 5 **334** Deuter. 28, 66; cf. u. 518 sq. **335** sqq. Esai. 53, 2 sqq. **344** sqq. Mal. 1, 10 sq.

331 suauiter *M*P^1; suauia *v* **332** resurgit, a morte *v*; resurgit a morte P^1 **334** suspensus] '*fortasse* appensus' *R Ld* (*praefat.*) ⟨a⟩ Moyse (Mose *Lb*) praedicto *Lb Ld Hanssen*; Moyse predicto ***M***; a Moyse praedictus *R*; Moyse praedictus P^1 **337** illum ***M***; eum P^1 (*s. u. l.*) *v* praeclarae figurae P^1 *v*; praeclare fulgurae ***M*** **338** In plaga P^1 *v*; impleta ***M*** depositus *M*P^3 *Ld*; positus P^1; sed positus *R* **339** nobis *MR* (*coniecturâ*); nostris P^1 (*s u. l.*) *Ld* **340** propter facinora nostra *R*, *quod Ld recte auersatur coll. Cypr. test. II, 13 p. 78, 1 H.:* Et Deus tradidit illum pro peccatis nostris **341** aras ***M***; aram P^1 (*s. u. l.*) *v* **342** non *del. R* sed Deus erat *R* caro P^1 *R Hanssen Wilh. Meyer, Abh. p. 293* (*cf. u. 284*); cura ***M***; curans *Ld* **343** Quo *M Ld* (*coniecturâ*); Quod P^1 (*s. u. l.*); Quae *R* apparet hoc erat Dei nomen ***M*** (erat *ex antecedente uersu perperam huc irrepsisse recte monuit Ld*); apparet, hoc erat, Dei nomen P^1; (nobis, | Quae palam) apparebat, factus. Dei numen *R* **344** preclarum ***M*** **344** *sq.* habetur. | Hoc *Ld*; habetur, | Hoc P^1 *R* **345** Malachía *Hanssen p. 62* et *del.* P^3 angelos ***M*** **346** iudeorum ***M***

Non erit acceptum mihi sacrificium uestrum,
Sed in omni loco offerunt meo nomini gentes,
Apud quos eximium nomen meum magnificatur,
Qui sine cruore offerunt meo nomini munde.
Nam fuit is ipse humilis, latens nomine magno,
Qui de semet ipso per ora prophetica clamat:
Contumax non sum, ait, neque contradico nocenti,
Dorsum quoque meum posui ad flagella caedendum
Maxillasque meas palmis feriendas iniquis
Praebui nec faciem auerti sputis eorum.
Stultitia subiit multis, Deum talia passum,
Vt enuntietur crucifixus conditor orbis.
Sic illi conplacuit consilium neminis uso —
Nec alius poterat — taliter uenire pro nobis.
Mortem adinuenit, cum esset inuidus, hostis,
Quam ebibit Dominus passus, ex inferno resurgens.
Idcirco nec uoluit se manifestare, quid esset,
Sed filium dixit se missum fuisse a patre.
Sic ipse tradiderat semet ipsum dici prophetis,
Vt Deus in terris Altissimi filius esset.

353 sqq. Esai. 50, 5 sq. (Cypr. p. 78, 3 H.) **359** Rom. 11, 34 **361** Sap. 2, 24 **362** I Cor. 15, 54; Hos. 13, 14; Esai. 25, 8 **366** Luc. I, 32

348 *et* **350** nomini *P*[1]*v* (*idem Cypr. test. I 16 p. 50, 11 H.*; *Tertull. adu. Iud. 5; Marc. 3, 22*); nomine ***M***, *sed priore loco altera manus* e *in* i *mutauit* **349** quas *R*, *quod refutat Ld coll. u. 686 al.* **350** Quae *R* mundę ***M*** **351** his ***M*** **352** ꝑ hora ꝓphetica ***M*** **356** prebui ***M***; *deinde una littera erasa* sputamentis *R* **359** *sqq.* conplacuit (***M***) consilium .. uso | — Nec .. poterat — taliter uenire pro nobis. | Mortem *Wilh. Meyer* (*qui* alius *genetiuum esse existimat*; pro nobis *cum* uenire *esse coniungendum apparet, si comparaueris u. 286*); complacuit: Consilium .. usus (***M***), | — Nec .. uenire — pro nobis | Mortem *v*; Sic .. complacuit, consilium .. usus, | Nec .. poterat taliter uenire pro nobis. | Mortem *P*[1] **361** esset] *postremas duas litteras in* ***M*** *m. 1. in rasura scripsit* *post* inuidus *comma posui*; *cf. u. 152; 154* **364** patrę ***M*** **366** *post* altissimi *littera* ſ *in* ***M*** *erasa*

Hoc et ipse fremit, humilis in carne cum esset,
Testaturque patrem, ut ora prophetica firmet.
Ex Israel legimus hominem resurgere talem;
Et homo est, inquit, et quis eum nouit in ipsis?
Hieremias ait. Hic Deus est noster aequalis,
Post haec et in terris uisus est conuersatus humanis.
Esaias autem: Tu es Deus, et nesciebamus:
Et Deus in te est, et praeter te non alter habetur.
Et quis in occasum prophetarum lege ueniret?
Cantate Domino, nomen est Deus illi, qui uenit!
Et psalmus de ipso quartus quadragesimus inquit:
Exaltabor ego in gentibus nomine magno.
Et alibi legimus: Hodie te genui, fili;
Pete, et dabo tibi, et habebis gentes heredes.
Certe iam apparet, qui sit Deus et quis in ipso,
Et cuius in nomine crederemus gentes ubique:
Dictum est Christo meo, teneo cuius dexteram, illud:
Exaudiant gentes, et imperet gentibus ipse.
Quid plurimis opus est, cum res tam aperte probatur,

369 cf. 291; Numer. 24, 17 **370** Hierem. 17, 9 (Cypr. p. 74, 17 H.) **371** sq. Bar. 3, 36; 38 **373** Esai. 45, 14 sq. **375** sq. Psal. 67, 5 **377** sq. Psal. 45, 11 **379** sq. Psal. 2, 7 sq. **383** sq. Esai. 45, 1 **384** Psal. 21, 29

367 fremit *MP¹R* (*in textu*); premit *R* (*in comment.*) *Ld* **368** profetica *M* **369** ıſł *M* **371** Hyeremias *M* **374** preter *M* **375** quis *MP¹Ld*; qui *R* occansum *M* (*cf. Schuch. Vokal. I p. 112*) legi *M* ueniret? *Ld*; ueniret: *P¹*; ueniret, *R*, *ut* qui (*u. 375*) *ad* Domino (*u. 376*) *pertineat*; *idem in commentario profitetur magis sibi placere* uehiret *secundum Graecum* τῷ ἐπιβεβηκότι; *sed cf. u. 241* **376** ille *M* **377** quartus quadragesimus *Mv*, *qui numerus quamquam discrepat a uulgari psalmorum diuisione, nihil tamen mutandum; cf. quae disserui in Zeitschrift f. wissenschaftl. Theol. XXII p. 380 sqq.* inquid *M* **378** Exaltabar *M* gentibꝰ *M* **379** hođ *M* **381** apparet *M* qui sit *M* (*cf. u. 90*); quis sit *P¹* (*s. u. l.*) *v* **382** ubiquę *M* **384** imperet *P¹v*; imperent *M* **385** plurimis *MP¹R*; pluribus *Ld*; *cf. Ienaer Literaturzeit. ann. 1877 p. 797; Wölfflin., lat. u. rom. Comparat. p. 59 sq.; p. 70; ceterum Ld ipse genuinam lectionem restituit in praefat. Instr. p. VIII*

Cum is, qui taxatur, populus iam in illo laetatur?
Illi autem miseri, qui fabulas uanas adornant
Et magum infamant, canentibus rostra clusissent.
Quales eos dicam? antequam dispersi fuissent,
Quos nec exulatus fregit nec seruitus ipsa.
Si magus adfuerat, cur ergo prophetae canebant
Venturum e caelo, ut esset spes gentium ipse?
Si false de ipsis pronuntiant perdere terram,
Quod prouenit de eis, sic erint et falsa de illo.
Sed quia sunt semper spreti, quod cruenti fuerunt,
Contra suum Dominum rebellant dicere magum.
Nec uolunt audire, quae dixerunt uates in illos,
Quod non intellegerent in totum fine sub ipsa.
Ipse Deus illos descripsit: Pectore clauso
Nec uideant oculis nec intellegant corde durato;
Incrassauit enim cor populi huius iniqui,

392 Gen. 49, 10 **393** cf. 245 sq. **399** sqq. Esai. 6, 9 sq.

386 his *M* letatur M^2; probatur M^1 **388** magum $P^1 v$; magnum *M* **389** dispersi] *postremae duae litterae in* M^1 *sic scriptae* rı, *quod altera manus correxit ut sit* ſı *post* fuissent *inuenitur in cod. signum* ħɒ, *cui respondet imo margine* ħp, *quo signo praemisso altera manu u. 390. subiungitur* **390** nec exsulatus $P^3 v$; nec exolatas *M* (P^2 *falso*: exolatos); nec exsulatos P^1 fregit nec seruitus ipsa *Wilh. Meyer;* fregit in senectas ipsas *M* (P^2 *falso*: ipsos); fregit nec ipsa senectus *Ld*; fregit, ense (ensis *R*) necat ipsos $P^1 R$; fregit, sed incitat ipsos P^3 **391** adfuerant M^1; n *del.* M^2 prophete *M* canebant? $P^1 v$ *post* canebant *M haec praebet a Pitra omissa:* Venturę ecelo ut esset ſpes gentium ipsę; *cf. u. 744; S. 107 p. 795* **394** erint et falsa *scripsi* (*cf. Instr. II 3, 4; 23, 12*; *I 27, 18*); erit et falsa *M*; erunt et falsa P^1 *Wilh. Meyer, Abh. p. 293*; erit et falsum *v* **395** semp spreti *M*; spreti semper P^1 (*s. u. l.*) *v* **396** dicere magum $P^1 R$; dicere magnum *M* (P^1: 'Magnus *in cod.*'); magum dicentes *Ld*; P^3: '*Aliis placuit retinere* magnum *i. e.*: *Hi prae sua in Deum proteruia illi magni nomen detrectant*' **398** in *M m. 1. s. l.* ipso P^1 **399** describsit *M* descripsit: Pectore clauso *scripsi*; descripsit, pectore clauso P^1; descripsit pectore clauso (cluso *R*), *v* **400** Nec *M*; Ne P^1 (*s. u. l.*) *v*

Vt nihil agnoscant, donec meo uerbo sanescant.
Praedictus est Deus carnaliter nasci pro nobis,
Vt fieret illis merito cruciatio maior:
Ecce dabit Deus ipse uobis signum ab alto:
Concipiet uirgo et pariet terra caelestem;
Emmanuel autem uocetur, iusserat illos;
Quod lingua Latina 'Deus nobiscum' euoluit.
Audite, quod ipse nutriretur melle, butyro,
Et Samariam caperet, uerbum priusquam loqueretur.
Sed haec est historia clausa, de qua docti reuoluunt,
Vt paruulus lactans sine pugna praedas iniret;
Passio cuius praedicta est taliter ante,
Vt Deus passibilis fieret profuso cruore.
Esaias ait: Tamquam ouis ductus ad aram,
Nec uoce clamauit, patienter omnia gessit.

405 sqq. Esai. 7, 14 sq. **408** Matth. 1, 23 **410** Esai. 8, 4 **415** sq. Esai. 53, 7

402 meo uerbo sanescant *P*[1] *v*; mea uerba senescant ***M*** *P*[1]; *P*[3] *dicit noluisse se coniecturam suam in textum recipere, quod ironice Commodianus dicere potuerit: 'Nae, tantum audient, quum Dei deficientibus annis ipsius uerba senio tabuerint'* **403** predictus ***M*** Dominus *Hanssen Wilh. Meyer, Abh. p. 290* **404** cruciatio ***M***; r *m. 2. addidit* **405** Dominus *Hanssen* **406** celestem ***M*** **407** illis *R* **409** buturo ***M*** **410** Et (*om. R*) Samariam caperet, uerbum *P*[1] (*s. u. l.*) *v* (*ad quam lectionem probandam R affert Esai. 8, 4 διότι πρὶν ἢ γνῶναι τὸ παιδίον καλεῖν πατέρα ἢ μητέρα, λήψεται . . τὰ σκῦλα Σαμαρείας*); Et uerbum Samaria caperet et ***M*** (*apparet igitur, quae codicis lectio uidebatur, eam ingeniosam Pitrae esse coniecturam*) priusquã ***M*** (*P*[2] *falso:* priusque) **410** loqeretur ***M*** **411** hec ***M*** hystoria ***M*** clusa *R* qa ***M*** **412** predas ***M*** iniret *P*[1] *R Wilh. Meyer, Abh. p. 293*; intre ***M*** (*extremo margine scriptum, ut una littera potuerit glutinatoris opera intercidere*); teneret *Ld* (*quia 'dictio* praedas inire *latina est nulla neque cum uerbis Graecis* (*Ies. 8, 4*) *conuenit'*); haberet *Hanssen* **413** predicta ***M*** **416** *post* gessit *P*[1] *v exhibent:* Tu Deus et Dominus uere meus! contra quem ille, *quae uerba in **M** non hoc loco, sed post uersum 567 inueniuntur; cf. S. 107 p. 793 sq.*

Suffigitur clauis, quod Dauid praedixerat olim;
Quem et potauerunt secundum scripturas acetum.
Et in uestimentis meis, dixit, sortem[que] miserunt,
Quod factum, et legimus in illo omnia gesta.
Fuerunt et tenebrae factae tribus horis a sexta
Festinauitque dies inducere sidera noctis.
Praedictum hoc fuerat fieri per prophetam Amos,
Vt tegeret subito sese per sollemnia sancta.
O mala progenies, * * subdola fronte!
Generaui suboles, dixit Deus, qui me negarent.

417 Psal. 118, 120 (Cypr. p. 88, 7 H.) **418** Psal. 68, 22 **419** Psal. 21, 19 **421** Matth. 27, 45 **423** sq. Amos 8, 9 **425** Esai. 1, 4 **426** Esai. 1, 2

417 predixerat **418** scribturas ***M*** acetum ***MP***[1] *v ut psalm. cod. Sangerman.* (*Sabat. II p. 137*) *et cod. Fuld. deperd. in libro Tertull. adu. Iud. c. 13*; aceto *Lb* **419** Et ***M***(*?*) *R* (*coniecturâ*) *Ld*; Vt *P*[1] (*s. u. l.*) sortem *Lbv*; sortemque ***MP***[1] *Wilh. Meyer, Abh. p. 293* ('que *steht bei Commodian öfter, wo es kaum zu erklären ist*') **420** *sq.* factum, et legimus in .. gesta. | Fuerunt *scripsi*; factum et legimus in .. gesta fuerunt. | *P*[1]; factum et legimus. In .. gesta fu-erunt. | *R*; factum et legimus. In .. gesta | Fuerunt *Ld* **421** fuert̃ ***M*** tenebrae factae tribus horis a sexta *Hanssen Wilh. Meyer, Abh. p. 293*; tenebre facte tribs horis a[d] sextam ***M*** (d *m. 1. s. l. scripsit*); tenebrae factae ad sextam (in *P*[3]) tribus horis *P*[1]; t. f. tr. ⟨sunt⟩ h. ad sextam *Lb*; t. f. tr. in h. a sextam *R*; t. f. tr. h. ad sextam *Ld* **422** inducere ***M***; obducere *P*[1] (*s. u. l.*) *v* **423** Amos ***MP***[1] (*cf. u. 66*; *193*); Amosum *P*[3]*v* *post* Amos *in* ***M*** *additur* ꝗ, *quod est signum uersus exeuntis* **422** *sqq.* noctis. | Praedictum .. Amos, | Vt *scripsi*; noctis. | Praedictum .. Amos | Vt *P*[1]; noctis, | — Praedictum .. Amosum — | Vt *v* **424** Vt tegeret subito sese (*sc.* dies) *Ld*; Vt legeret subitos esse ***M***; Vt legeret sublatos esse *P*[1]; Vt lugeret subito terra *Lb*; *idem suspicatur hic uersum excidisse et locum sic esse scribendum*: 'Vt lugeret subito terra per ⟨solem occasum, | Mutaretque Deus in luctum⟩ solemnia sancta'; ut lugeretur sublato die *R coll. Cypr. test. II, 23 p. 91, 3 sqq. H.:* occidet sol meridie et obtenebrabitur dies lucis; et conuertam dies festos uestros in luctum sollemnia ***M*** **425** O mala progenies subdola fronte ***M***; O mala progenies, ⟨inquit,⟩ o subdola fronte! *P*[1]; O mala progenies, ⟨audi,⟩ o subdola fronte! *R*; O m. progenies! O s. fronte | (Generaui) *Ld*; O m. pr., ⟨ingrata,⟩ s. fronte! *Hanssen*; *fort. addendum:* ceruicosa; *cf. 261* **426** suboles ***M***; soboles *P*[1] (*s. u. l.*) *v*

Et dixit: Audite uocem tubae. — Nolumus, aiunt.
Hoc dicit Ezechiel: Audient ergo gentes a longe.
Vno uolo titulo taugere librum Deuteronomium:
In caput eritis, gentes; nam increduli retro.
Si respuunt certe omnia supra dicta rebelles,
S⟨c⟩ite quid opponunt, cum res tam aperte dicatur?
Videte iam ergo, dubii qui nunc usque natatis,
Quod gentes in Domini fuerint scriptura priores.
Nunc ergo fas est credere, quem libri designant,
Non idolis uanis, qui frustra pro uita coluntur,
Nec istis adiungi uoluptuosis et sine freno,
Qui magis luxurias diligunt quam Summi praecepta.
Non est culpa satis una, qui credere nolunt,

427 Hierem. 6, 17 sqq. **429** sq. Deuter. 28, 44

427 diẋ *M* **428** Ezechiel] *quamquam locus citatus apud Hieremiam inuenitur, nihil tamen mutandum est, cum Cyprianus eodem modo errauerit; de qua re cf. Roensch. comment. et Zeitschr. f. wissensch. Theol. XXII p. 378* **429** Hoc uolo P^3 titulo P^1*v*; titulũ *M* deutheronomiũ *M*; Deuteronomii P^1 (*s. u. l.*) *Ld*; Deuteronomî *R*; Deuteronomum (?) *Wilh. Meyer, Abh. p. 299; 305* **430** In caput eritis, gentes; nam increduli retro. *Wilh. Meyer*; In (Id *Lb*) caput: Eritis gentes; nam increduli retro (Respiciunt,) | P^1*Lb*; In caput eritis, gentes, nam increduli retro | (Respiciunt.) *v*; *R in comment. totum locum illustrauit coll. Cypr. test. I, 21 p. 55, 10 H.:* Eritis gentes in caput, incredulus autem populus in caudam **431** Si respuunt *M* (P^2 *falso:* Sic respiciunt); Respiciunt, P^1; Respiciunt. *v* certe] contra P^3*Lb*; *malim* corde; *cf. Instr. I 27, 13* si corde retractes reuelles *M*; rebelles, *Wilh. Meyer, Abh. p. 305*; rebelles. P^1*v* **432** Scite quid P^1*v*; Scite, quid *Wilh. Meyer*; Site quid *M* (P^1 *falso*: quia) dicatur. P^1; dicatur? *v* **433** natatis *M* (*cf. quae Heindorf adnotat in Horat. serm. II 7, 7*); nutatis P^1*v* **434** Domini *v*; dño *M*; Domino P^1 scribtura *M* **435** Nunc ergo fas est *M*P^1 (*cf. u. 439*); N. e. f. est ei *R*; N. e. f. ei *Ld* (*idem in praefat. Instr. p. VIII praefert* est); Huic ergo fas est *Wilh. Meyer* **436** qui *M*P^1 (*cf. u. 348 sqq.* gentes, Apud quos .. Qui; *467 sqq.* ipsa maiestas .. profitetur, ipse quis esset); quae *v* **438** precepta *M* **439** satis una qui *MP* (*cf. u. 435*); satis una quia *R*; satis ⟨iis⟩ una qui *Ld*; *eidem postea* (*praefat. Instr. p. VIII*) *magis placebat codicis lectio*

Sed magis infamant: In puteum misimus illum.
Quapropter et Dominus indignatus iurigat illos:
Propter uos nomen meum blasphematur in gentibus, inquit.
Si missus in puteum, sed resurgere quare clamatur?
Ab inferis, Domine, animam meam inposuisti:
Ego dormiui, ait, et somnum cepi securus;
Auxilio Domini surrexi, nihil mali passus.
Et iterum dicit: In infernum non derelinques
Nec dabis sanctum tuum interitum quoque uidere.
Hic personans ait: Fili prophetae, ascendo,
Vt Dominum dicam passum per miseriam summum.
Et [in] libro psalmorum de Domini morte clamatur,

442 Esai. 52, 5 **443** Psal. 40, 9 **444** Psal. 29, 4 **445** sq. Psal. 3, 6 **447** sq. Psal. 15, 10

441 iurigat *Schmitz* (*Beitr. z. lat. Spr. p. 167 sq.*), *ad cuius sententiam accedunt Ld* (*praef. Instr. p. IX*) *et R* (*Berl. philol. Wochenschr. ann. 1885 p. 400*); iurgiat MP^1v **442** in *initio omissum in M m. 1. s. l. scripsit*; *om.* P^1 (*s. u. l.*); *add. R coll. Ies. 52, 5* βλασφημεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσι inquid *M* **443** Si missus in puteum *scripsi*; Si missum (Simissum *M*) in puteum MP^1; Sic missum in puteum P^2 *LbR*; Dimissum in puteum *Ld* sed resurgere *scripsi* (*de litteris* u *et* d *commutatis cf. u. 492, ubi* M^1 uiuentes, M^2 uidentes *habet*); seuresurgere *M*; se resurgere P^1 (*s. u. l.*); posse surgere *Lb*; non resurgere *R*; uere surgere *Ld* **444** Ab inferis *M* (*cf. Psal. 29, 3; Cypr. test. II, 24 p. 91, 15 H.* Domine, eduxisti a b i n f e r i s animam meam); Inferis P^1 (*s. u. l.*) *v* inposuisti *M* (= ἀνήγαγες!) **446** Auxiliũ *M* nihil *M*; nil P^1 (*s. u. l.*) *v* **447** dič *M* **448** uideri *M* **449** personatus *Hanssen* propheti *M* ascendo, *scripsi*; ascendo: P^1; ascendo. *v*; ascende *R cunctanter proponit in comment. alleg. Psal. 3, 8* (*7*); *Apoc. 4, 1* **450** Dominum] *in M litteras* mi *primo omissas m. 1. s. l. scripsit* dicam *Mv*; dicat P^1 per miseriam *scripsi*; p̄ (P^2 *falso*: pro) miseria *M*; pro miseris P^1v; pro miseria *Hanssen* Summum. P^1; Summum, *v* **451** Et libro *Hanssen Wilh. Meyer, Abh. p. 292* psalmûm *LbR* de Domini morte P^3v; Domini de morte P^1; de dño morte *M* **451** *sqq.* clamatur, | Non .. referre. | Aut *scripsi*; clamatur; | Non .. referre: | Aut P^1; clamatur. | Non .. referre, | Aut *v*

Non ut illi putant Dauid de ipso referre.
Aut si putant illud, congruunt uniuersa, quae dixit?
Non est flagellatus Dauid nec cruce leuatus.
Quid? Vaticinantur Iudaei more Saturni?
In fabulas coeunt, cum iam declinetur in illos?
Non quasi maleficum alapantur cruce leuatum.
Insciis, indoctis, ignorantibus talia fingunt.
Quis Deus est ille, quem nos cruce fiximus? aiunt
Nolentes respicere scripturas, corde caecati.
Ecce canit alius repetens iterumque propheta,
Cuius uoce tamen titulatur talis edictus:
Nunc exurgam, ait Dominus, nunc clarificabor,
Nunc exaltabor, humilem quem ante uidistis;
Nunc intellegitis, nunc erit confusio uestra:
Vana cogitatis, ideo uos ignis habebit.

454 Psal. 34, 15; 72, 14; 21, 17; 118, 120 (Cypr. p. 88, 7 H.) **456** Psal. 20, 12? 40, 7 sq.? **463** sqq. Esai. 33, 10 sq. (Cypr. p. 92, 23 H.)

452 ut MP^1 (ut putant *cum infinitiuo anacoluthum est Graecis usitatum*; *ex Ciceronis rep. I 37, 58 exemplum affert Kuehner, ausf. Gr. § 243, 3 a*); id *Lb v* ipso MP^1; se ipso $P^3 v$ **453** congruunt uniuersa *Ld*; cum graui uniuersa MP^1; cum qua ui uniuersa P^2; migrant (= *neglegunt, subuertunt*) uniuersa P^3 (*Duebner*?); tum praue conuersant *Lb*; tum grauant uniuersa *R* *post* dixit *Ld primus interrogationis signum posuit* **455** iudei *M* **456** illos MP^1; illo (*i. e. Dauid*) *Ld*; illum $P^2 Lb R$ **455** *sqq.* Quid uaticinantur Iudaei, more Saturni? | In fabulas coeunt, cum iam declinetur in illos, | Non P^1; Quid .. Iudaei? More Saturni | In .. coeunt, cum .. illum. *Lb*; Quod uaticinatur (Iudaei more Saturni | In fabulas coeunt) quum iam declinetur in illum, | Non *R*; *nos Ludwigi interpunctionem retinuimus*; *ceterum quae sit hoc loco poetae sententia fatemur nos ignorare* **457** maleficum $P^1 v$; maleficium *M* cruci *M* (*cf. 454*) *post* leuatum *R primus interrogationis signum posuit* **459** cruce MP^1 (*cf. u. 1048*); cruci *v* (*cf. u. 358*) **460** scribturas *M* cecati *M* **461** repe tens *M* **462** talis edictus *M*(?) $P^3 v$; tali se dictus P^1 **463** exurgam *M* **465** intellegitis *M* (*ut Cypr. test. II, 26 p. 93, 1 H., codd. optimi AL*): intellegetis *Ld*; intelligetis $P^1 R$ confusio *v* (*Cypr. ibid.*: confundemini); confessio MP^1; *cf. Instr. II 8, 4*

Haec Esaias ait. Tunc sic et ipsa maiestas,
Cum esset in carne, profitetur ipse quis esset:
Nemo meam animam poterit auferre conatus,
Sed ego sponte a me pono eam meo decreto.
Ipse potestatem habeo de illa ponendi
Et sumendi iterum habeo potestatem in illam.
Apertius autem de iusti morte clamatur,
Vt pareat magis induratos esse Iudaeos:
Ecce perit iustus, nec quidem intellegit ullus;
Sed erit in pacem huius sepultura dilecti.
Quid illi infamant in puteum esse demissum,
Cum legimus illum sepulturae traditum esse?
Ignominiosi, crudeles, caeci, superbi,
Qui magis de facto deberent lugere, plaudent!
Inspiratus enim Salomon de ipso prophetat
Et magis insequitur plenius ostendere iustum:

469 sqq. Ioh. 10, 18 **475** sq. Esai. 57, 1 sq. **481** sqq. Sap. 2, 12 sqq.

467 Hec ***M*** Esaias ***M****v*; Isaïas *P*¹ (*s. u. l.*) **469** poterit *R* (*coll. Cypr. test. II, 24 p. 92, 1, ubi codd. WMB*: auferet, *ceteri* aufert *exhibent*; *eodem euangelii loco cod. Rehdig.*: tollet) *Ld*; potuit ***M*** *P*¹ **470** a me pono eam *Cypr. l. c. p. 92, 2*; eam pono eã ***M***; eam pono, eam *P*¹; eam pono ex *P*³*v*; mea pono eam *Wilh. Meyer* **471** illam deponendi *R* **474** pareat ***M*** (*cf. u. 279; 298 et indic. uerborum*); pateat *P*¹ (*s. u. l.*) *v* magis *P*¹*v*; maius ***M*** (*cf. u. 527*); clarius *Hanssen* iudeos ***M*** **475** q̊idem intelleḡ ull› ***M*** pacĕ ***M****v*; pace *P*¹ **477** demissum *P*³; dimissum ***M****P*¹*v* **479** superui ***M*** **480** lugere ***M*** (*de paenultima correpta cf. u. 949*; *Instr. II 32, 10*); gemere *P*¹ (*s. u. l.*) *v* plaudent ***M*** (*cf. u. 20; Lucif. Calar. 42, 14; 49, 6 H.*); Plaudunt *P*¹ (*s. u. l.*) *v* **482** insequit̃ ***M*** ostendere iustum: *R* (= *ut plenius quam antecedentibus locis — uelut u. 475 — ostendatur, iustum esse, qui periturus sit**); *similiter Cyprianus test. II, 14 hos aliosque quos collegit locos ita inscripsit*: Quod ipse sit iustus, quem Iudaei occisuri essent); ostendere iustum. *P*¹; ostendere: Iustum *Ld*

*) *Hoc ipsum autem ostendi nequiret, nisi in eo quoque qui sequitur loco* (Circumueniamus *etc.*) *illud* iustum *retineretur.*

Circumueniamus iustum, si qui [nobis] grauis esse uidetur,
Qui nostris operibus contrarius ualde resistit;
Exprobrat in totum nihil nostra lege teneri,
Adhuc et adfirmat filium Altissimi esse.
Omnimodo reprobat et nugaces aestimat esse,
Abstinet et sese a nobis et in altera uadit;
Nos inmundos ait et innouat altera iusta,
Et sibi laetatur Dominum patrem esse caelorum.
'Ergo, si sermones illius sunt ueri, probemus;
Temptemus hunc Deum uidentes, quid fit in illum;
Interrogemus eum omni cum tormento quietum,
Condemnemus eum turpissima morte' dicentes,

491 sqq. Sap. 2, 17 sqq.

483 Circumueniamus iustum P^3 *R*; Circumueniamus iusto *M* P^1; (Iustum |) Circumueniamus *Ld Wilh. Meyer, Abh. p. 293* si qui (si qua P^3) nobis grauis esse uidetur *M* P^1; si quidem nobis grauis uidetur *R*; si quî nobis grauis (*in praefat. p. XXV* esse *addidit*) uidetur *Ld*; nobis (*omisso* si qui) grauis esse uidetur *Wilh. Meyer*; *ego* nobis *uncis seclusi*: *Leimbach coll. Sap. 2, 12* (*Cypr. test. II, 14 p. 79, 11 sqq. H.*) *totum locum sic scripsit*: Circumueniamus iusto si qui inutilis nobis, | Dissimilis et iam nobis grauis est ad uidendum **485** nostrae legis *Lb* teneri P^1 (*s. u. l.*) *v* (*cf. Verg. Aen. 2, 160* teneor patriae nec legibus ullis; *12, 819* nulla . . lege tenetur); tenere *M* **486** et] se *R*; *sed cf. u. 618* esse] sese *Hanssen* **487** nugaces aestimat *Lb* (*coll. Sap. 2, 16*); nutacesaestimat *M*; muta caesa aest. P^1; muta, caeca aest. P^n; ruta caesa aest. *Duebner*; nugaces nos aest. *v* esse *M* **489** inmundos *M* innouat altera iusta *M* P^1 (*praegnanter dictum pro* altera inducendo iusta res innouat; *cf. Cypr. p. 79, 18* praefert nouissima iustorum); inouat ultima iusti *R* (*satis ingeniose, cum Graeca uerba sint*: μακαρίζει ἔσχατα δικαίων; *sed constat hac in parte carminis Cypriani potissimum uestigia poetam premere*); nouissima altari iusti *Ld* **490** laetatur (letatur *M*) dominum *M* P^1 *Ld*; gloriatur Deum *R* **492** Temptemus *M* hunc deum *M* P^1 *Ld*; hunc Dominum *Lb Hanssen Wilh. Meyer, Abh. p. 290*; hinc Dominum *R* uidentes M^2 P^1 *v*; uiuentes M^1 quid fit in illum *scripsi* (*cf. Cypr. p. 79, 20* temptemus quae euentura sunt illi); quid (quis *R*) sit in illum *M* P^1 *Lb R Ld*; quid sit in illo P^3 **494** Condempnemus *M* morte dicentes *M*; morte, dicentes. P^1; morte dicentem P^3; morte. — Dicebant. *R*; morte. Mouebant, *Lb Ld*; *sed cf. Wilh. Meyer, Abh. p. 305*

Haec cum fecissent, capita suspensa mouebant:
Saluum illum faciat pater, aut descendat abinde!
Vt eos caecos Salomon ostendat aperte,
Sic, quasi nunc referat, et fecisse talia culpat:
Dum ista cogitant, ducti sunt in errore nefando;
Excaecauit illos malitia sua saeuire.
Ecce quia caeci ipsi sunt et alteros aiunt,
Dixit illis Salomon: Nescierunt Dei secreta.
Quaecumque dixerunt testes uniuersi priores,
In Christo fuerunt facta. Aut in altero dicant?
Quod ipsum si cupiunt facere frustrantes in ore,
Ipsi se subsannent, uideant cum ⟨im⟩pletum in illo.
Quis fuit is iustus, de quo prophetae canebant,
Cum nemo sit iustus in terris, nisi [e] caelo uenisset?
Dauid enim princeps peccauit amando puellam,
Peccauit et Salomon; et tamen paenituit illos.

495 sq. Matth. 27, 39 sq.; Psal. 21, 8 sq.; 108, 25 **499** sq. Sap. 2, 21 **502** Sap. 2, 22 **509** II Reg. (Sam.) 11; III Reg. 11

495 Hec ***M*** mouebant ***MP*****¹**; mouentes ***R***; dicentes ***Lb Ld*** **496** illum faciat pater ***M*** (?) ***Lb*** (*coniecturâ*) ***Ld***; f. i. p. ***P*****¹**; p. f. i. ***R*** descendat ***P*****¹** *v*; discendat ***M*** **498** referat ***P*****¹** *v*; repperat ***M*** et *del.* ***R*** feciss etalia ***M*** **499** cogitant ista *Hanssen* cogitant, ducti sunt in errore ***MP*****¹** ***Ld*** (in *om.* ***P*****³**); cogitant, sunt ducti errore ***Lb***; recogitant, sunt inducti errore ***R*** **500** excecauit ***M*** saeuire ***P*****¹** ***P*****³** ***R*** (*de infinit. cf. u. 396*); seuirę ***M***; seu irae *uel* seu ira ***P*****²**; seu irae ***Ld***; *idem in praefat. Instr. p. VIII praefert* saeuire **501** ceci ***M*** **502** aiunt] agunt *malit* ***R*** **503** Quecumque ***M*** **504** facta. Aut in altero (*esse facta*) dicant? *scripsi*; facta, aut in altero dicant! ***P*****¹**; facta? aut in altero? Dicant. *v* **505** cupiant ***P*****³** frustrantem ***R*** **506** subsannent, uideant cum (qui ***Lb***) impletum in illo ***P*****³** ***Lb R*** (*cf. Tertull. adu. Iud. 7* retro omnes prophetae de eo praedicauerunt ... quod ipsum a d i m p l e t u m u i d e m u s); subsannent (,) uideant cum plebem in illo ***MP*****¹**; subsannent: uideant completum in illo ***Ld*** (*cf. u. 532*) **508** caelo *Hanssen*; ę celo ***M***; e caelo ***P*****¹** *v* **510** Peccauit et ***M***; Peccauit ***P*****¹** (*s. u. l.*) *v* et tamen ***MP*****¹** (= *ceterum*; *cf. quae in editione mea Minucii Felicis, append. p. 127, adnotaui*); et tandem *v* penituit ***M***

Cum isti tam clari et insigni reges eorum
Non fuerunt iusti, sed ipsi de iusto canebant,
Nec quidem Esaias uates de se talia dixit,
Qui fuit ab rege Manasse de serra secatus.
Alter lapidatus, alter est mactatus ad aras,
Alterum Herodes iussit decollari reclusum.
Omnes isti uates alia sunt morte perempti,
Quod Dominus ligno pependit, uoce Moysi:
'Non quasi homo Deus suspenditur', intimat ante;
'Aut non ceu filius hominis minas patitur', inquit.
Sic Dominus ipse cum uenisset, ista secutus:
Oportet me, inquit, reprobari uoce Moysi.
  At ego non tota, sed summa fastigia carpo,
Quo possint facilius ignorantes discere uera.
Hi autem iniqui, ⟨qui⟩ subdole uiuere quaerunt,
Iam semel cruenti perseuerant fingere uana.
Infatuant stultos magis euanescere dictis,
Quod crucifixus ⟨sit⟩, cum sic oporteret eundem.

513 cf. 475 **519** sq. Numer. 23, 19 (Cypr. p. 88, 15 H.) **522** Ioh. 3, 14

511 isti .. eorum *M* P^1; isti .. peccarunt (peccarint) *Lb R*; iustum .. bearunt *Ld* insigni *Mv*; insignes P^1 **512** sed ipsi *M* P^1; ipsi, sed *v* **512** *sq.* canebant. | Nec P^1*v* **513** esaias *Mv*; Isaias P^1 (*s. u. l.*) **514** ab *scripsi*; ad *M*; a P^1 (*s. u. l.*) *v* **517** isti *scripsi* (*quoniam u. 508 docetur, neminem iustum esse in terris, nisi qui e caelo uenerit*); iusti *M* P^1*v*; missi *uel* prisci *R in commentario* **518** uoce Moysi *scripsi*; uoce moyse *M*; uoce Moysis P^1 (*s. u. l.*); uoce Moyses *Ld*; hac uoce Moyses *R* **521** secutus *M*; sequutus P^1*v* **522** me P^1*v*; ne *M* inquid *M* moysi *M*; Moysis P^1*v* **523** At *Lbv*; Ast P^1; Ad *M, ut* P^2 *affirmat*; *Knoell illud* At, *quod est in exemplari typis impresso, quo in collatione utebatur, non mutauit* **524** possint] n *in M m. 1. s. l. scripsit* **525** qui *Ld*; quia P^3*R*; *om.* *M* P^1 **526** finiere *M* **527** Infatuan *M* stultos magis P^3*v*; stultos maius (*cf. u. 474*) *M* (P^2 *falso*: magus); stultis magis P^1; stultos magum *Lb*; stultos malis *Wilh. Meyer* dictis] *post* c *in M littera* i *erasa* **528** Quod *M*; Quum P^1 (*s. u. l.*) *v* sit *scripsi*; erat *Wilh. Meyer, Abh. p. 305*; *om.* *M* P^1*v* cum *M*; enim P^1 (*s. u. l.*) *v* **526** *sqq.* uana; | Infatuant .. dictis. | Quum (Cum) .. oporteret (,) — eundem | Sic .. ruinam — (,) | Non P^1*v*

Sic enim disposuit propter primitiui ruinam;
Non solum pro illo, et pro nobis uenit e caelo.
Constituit populum nouum suo nomine firmum,
Iuxta prophetias conpleuit omnia Christus.
Ecce noua facio, Esaias clamat in ipso,
Et nemo priora reputet nec antiqua sequatur.
Haec noua sunt hodie sub nostra lege profecta,
Quod gentes in Christo credi⟨di⟩mus dicto Moysi.
Ille duos populos praedixerat esse futuros,
Et quidem minorem populum praecellere dixit.
Sed isti nequitiae pleni iam desperato furore:
Lex nobis est data, dicunt, uos unde uenistis?
Si nobis obsistunt, putant et resistere Summo,

533 sq. Esai. 43, 18 sq. (Apoc. 21, 5; II Cor. 5, 17) **536** Gen. 49, 10? **537** sq. Gen. 25, 23

529 p̄p̄t ***M*** **530** illo et ***M*** (*cf. u. 41*); illo sed P^1; illis sed *v*; *ceterum Ld praefat. Instr. p. VIII restituit genuinam lectionem* uenire *R* celo ***M*** **531** populum .. firmum $P^1 v$; populus .. firmus ***M*** (*non* firmum *ut* P^1 *s. u. l. scribit*) nomine] *litteras* ne *in* ***M*** *m. 1. s. l. scripsit* **532** Iuxta P^1 (*s. u. l.*) *v*; Iuxtaque *R*; Iusta ***M***; *cf. Instr. II 26, 5* prophetias ***M***$P^1 v$; *idem Knoellio* ***M*** *habere uidebatur*; P^2: 'propheticas *ib.*' (= *in cod.*) conpleuit ***M*** **533** noua facio omnia P^1 (*s. u. l.*); omnia, *quod deesse apud Cyprianum, test. I, 12 p. 47, 10 H.* (*excepto uno cod. B*) *iam Roensch monuerat, Ld deleuit*; *idem ne in* ***M*** *quidem Knoell repperisse uidetur* **535** hec ***M*** profecta $P^1 v$; propheta ***M*** **536** credidimus *scripsi* (*cf. u. 300*); credimus ***M***$P^1 v$ dicto ***M***P^1 (*cf. u. 518*; *522*); ex dicto *v* Moysi ***M***; Moysis P^1 (*s. u. l.*) *v* **537** predixerat ***M*** **538** precellere ***M*** **539** nequitie ***M*** **540** Lex *scripsi*; (h)eχ ***M*** (*prima littera* h *in rasura*); Haec $P^1 v$ data ***M***P^1; data lex $P^3 Lbv$; Haec lex nobis data est *Hanssen* nobis ***M***$^2 P^1 v$; nouis ***M***^{1} **541** putant et resistere summo ***M*** (*post* summo *inuenitur signum* ₵, *quo indicatur uersum finiri*; *cf. u. 423*) P^1; reputent se resistere Summo *R*; putant et resistere posse *Lb*; patet et resistere istos *Ld*; *sed cf. Ienaer Literaturzeit. ann. 1877 p. 797. Iidem* (*Lb et Ld*) *a* Summo *nouum uersum ordiuntur*

Qui uoluit nobis bonus esse * * ?
Nec illud respiciunt ceruicosi, setis ⟨e⟩rectis,
Quod semper innocuos cruciarunt lege uitata.
Sic Deo fecerunt, quod erant consueti, crudeles,
Et filios sese audent adhuc dicere Summi.
 Iam qualiter ⟨iterum⟩ resurrexit, supra notaui,
Non de uoce mea, sed dicta prophetica dixi.
Praedixerat autem discipulis cuncta de sese,
Qualiter a populo pateretur Petro negante;
Et quia de tumulis resurgeret tertio die,
Dixerat et ipsud, et conpleuit omnia dicta.
At ubi surrexit, uenit ad apostolos ipse
Et stetit illis in medio: Pax uobis, inquit.
Inter quos discipulos non adfuit unus orantes;
Cui cum referrent, discredere coepit et addit:
Si prius non digitum misero, ubi claui fuerunt
Aut ubi percussus de lancea, non ego credo.

542 Matth. 20, 15 **543** cf. 229; 261 **553** Ioh. 20, 19 sqq.

542 Qui uoluit nobis bonus ⟨omnibus⟩ esse! Nec illud *R*; (Summo,) qui uoluit nobis bonus esse. Nec illud *Ld Lb*; *Wilh. Meyer* (*Abh. p. 305*) *post* esse *posuit lacunae signa et* nec illud, *quo uulgo u. 542* (*538*) *finitur, ad insequentem uersum transfert, neque hiat in* ***M***, *ut* *Knoell testatur, inter* illud *et* respiciunt *litterarum series* **543** Nec illud respiciunt ceruicosi setis erectis *scripsi*; Nec illud respiciunt ceruicosi-setis rectis ***M***; Respiciunt ⟨ipsi⟩ (*Lb*; *om. reliqui*) ceruicosi, caeci et erecti. (erecti; *R*) P^1 *Lb R*; Respiciunt ⟨serui⟩ ceruicosi setis erectis *Ld* **544** Quod *Wilh. Meyer;* Quid ***M***; Qui P^1v innocuos P^1v; innouos ***M*** lege uitata ***M*** *Lb* (*cf. Instr. I 35, 1* ut Dei praecepta uitaret); lege uetati P^1v; P^2 *in u.* **543** *sq. obscurius haec adnotat: Tu, si lubet, aliter haec codicis legito:* Ceruicosis et is rectis quid semper in nouos cruciarunt lege uitata **547** qualiter ⟨iterum⟩ *Ld coll. u. 559* rursus remeauit; *829* redit iterum, *aliis similibus;* iterum *om.* ***M***; qualiter Dominus *Lb R*; qualiter ille P^3 resurrexerit *Lb* **549** Predixerat ***M*** **551** *sq.* die, Dixerat et *scripsi;* die. Dixerat, et P^1v **552** ipsud & ***M*** (*cf. Instr. II 25, 9*; P^3: *'Haud immerito taeduit insulsi (!) codicis*: ipsu det'); ipse dein P^1 *R*; ipse Deus *Ld* conpleuit ***M*** **553** Ad ***M*** surrex̄ ***M*** **554** inquid ***M*** **555** quos ***M***; *om.* P^1 (*s. u. l.*) *v* **556** cepit ***M*** **558** ego M^1 *om.*; *add.* M^2

Tunc die Dominica rursus remeauit ad illos
Et stetit illis in medio: Pax uobis, inquit.
Et statim adgreditur Thomam incredulum illum:
Accede propius et contange corpus ut ante.
Non ego sum umbra, mortuorum qualis habetur:
Vestigium umbra non facit; considera uulnus.
Extendit palmas; at ille tangere coepit
Et manum in latere, fuerat quo lancea fixa,
Misit et exinde prostrauit se precando:
Tu Deus et Dominus uere meus! Contra quem ille:
Haec quia uidisti, credidis⟨ti⟩, sed illi felices
Posteri, qui credunt audito nomine tantum.
Quadraginta dies cum illis ex ordine fecit,
Edocuit illis multa, quae saeclo uenirent.
Post cuius ascensum miracula multa fecerunt,
De uerbo curabant infirmos in nomine Christi.
Qui si talis erat, qualem isti perfidi dicunt,
Fortia non fierent testium de uerbo per illum.
Ascendit in caelos, sicut et scriptura canebat:
Excipite regem, principes, caelorum in altis!

---

570 Ioh. 20, 29; 31 **578** Psal. 23, 7 sqq.

560 inquid ***M*** **562** proprius ***M*** **565** Extendit palmas ad ***M***; Extendit palmas. Ast P^1; (uulnus,) | Extende palmas! At *R*; Extendit palmas et *Ld*; *sed cf. Ienaer Literaturzeit. ann. 1877 p. 797* **566** quo *scripsi*; quod ***M***P^1*v* fixa ***M*** (*cf. Instr. I 23, 5*; *S. 107 p. 751 extr.*); fixum P^1*v* **567** se ***M***P^1 (*cf. u. 66*); sese P^3*v* **568** Tu dr̃ & dñr̃ uere meus contra quem ille ***M***; *om.* P^1*v*; *cf. quae adnotaui in u. 416* **569** credidisti P^1*v*; credidis ***M*** **572** Edocuit ***M***; Et docuit P^1 (*s. u. l.*) *v* saeclo P^3 *v*; sęculo ***M***P^1 **573** fecerunt ***M***; fuerunt P^1 (*s. u. l.*) *v* **574** nom̃ ***M*** **575** qualẽ///// (ſ *erasum*) ***M*** **577** celos ***M*** sić ***M*** scribtura ***M*** **578** principes, caelorum in P^1 (*cf. Cypr. test. II, 29 p. 97, 11; 13 H.*); principes caelorum, in P^3*v*

Quid amplius opus est recitare cuncta de lege?
Sufficiunt ista rudibus, bono corde tuenda.
Quod si nec ipsi uolunt scire Deum ista legendo,
Ipsi sibi reputent, quo uenerint, illo quo nolunt.
Vergilius legitur, Cicero aut Terentius item;
Nil nisi cor faciunt, ceterum de uita siletur.
Quid iuuat in uano saecularia prosequi terris,
Et scire de uitiis regum, de bellis eorum?
Insanumque forum cognoscere iure peritum,
Quod iura uacillant, praemio ni forte regantur?
Sit licet defensor, sit licet diuinus orator,
Nil morte proficiet, si uiuus in Christo negauit.
Immo prius quaerat, ubi sit sua uita redacta!
Sic fuerit sapiens, si ceterum uituperatur.
Illi legunt iura et discunt proloquia mira,
Sed superant miseros, pro quibus loquuntur, agendo.

582 quo ***M***; quod P^1 (*s. u. l.*) *v* uenerint, illo quo nolunt *scripsi*; uenerint illo (illo, *Ld*) quo nolunt P^1*Ld*; uenient illo quo nolunt ***R***; *idem postea* uenerint *praeferebat* **583** Vergilius ***Mv***; Virgilius P^1 (*s. u. l.*) Terrentius ***M*** item P^1*v* (*cf. u. 324*); idem ***M*** **584** cor (= *mentem, ingenium ?*) ***M***; eos P^1 (*s. u. l.*) *R*; os P^3 (*'haud illepide mihi suggestum est — a Duebnero? — esse legendum:* Nil nisi os faciunt, *id est fingunt tantum eloquium, sed de uita recte instituenda silent'*); hoc ***Lb***; hos *Ld* **585** iubat ***M*** in uano P^1*R* (*cf. u. 693, 781 etc.*); inbano ***M***; insanos *Ld* secularia ***M*** terrae *R* **586** Et scire de uitiis *Wilh. Meyer* (*idem ego iam scripseram; cf. Horat. epist. 1 2, 6 sqq.; 13 sqq.*); sed scire diuitiis ***M***; Et scire de diuitiis P^1 (*s. u. l.*); Scire de diuitiis *Lb v*; *Mart. Hertz in indice lectionum Vratislau. ann. 1880 p. 6 allegat Horat. epist. I 12, 6; serm. II 2, 101* **587** peritum, P^1; periti P^2; peritum? *v* **588** Quod ***M***P^1*Ld* (*causa affertur, cur* i n s a n u m *dicatur forum*); Quo (= *In quo*) *Wilh. Meyer*; Quot *R* iura uacillant, *scripsi*; iure uacillant, P^1; iure uacellant ***M***; iura uacillant! *R*; iura uacillant? *Ld* ni P^3; ne ***M***P^1*v* rogantur P^1; *eidem in commentario* (P^2) *codicis lectio probatur* **589** Sit licet defensor, sit licet *Ld*; Sic licet defensor sit licet ***M***; Sic, licet defensor sit, licet P^1*R* *uersus* **590—593** *in* ***M*** *litteris uncialibus scripti* **592** Sic *Wilh. Meyer* (*cf. u. 614*); SI ***M***P^1*v* VITVPERATVR ***M***; uituperatus P^1 (*s. u. l.*) *v* **594** locuntur ***M***

Infelix est ille, qui uenerit illis in ore;
Illi ferunt laudes et ille uictoria⟨m⟩ damnis.
Stat miser in medio mutus, cui plus dolet intus;
Illi tonant ore et ille silentio nummis.
Obstrepit interea uox adornata diurnum,
Et saepe fit causa melior mala pluscula dando.
Hinc pretium quaerit sapiens, hinc uincere gaudet,
Etsi praue gerat, dum sit modo uictor, aegrotat.
Nil sua de causa tractat, cum lucra conatur;
Spem subit alterius et sua⟨m⟩ posterga remittit.
Multi de successu rapiuntur saeculi silua;
Dum gaudent in breuia, remanent a gratia Christi;
Dum cupiunt multa oculo, dum augere quaerunt,
Nec Deus est illis aliquid nisi saeculi uita.
Pro uentre satagitur, agon est pro ipso diurnum,
Et uerum agonem spernunt pro aeterna salute.

